

Pharmacologia, seu manuductio ad materiam medicam / [Samuel Dale].

Contributors

Dale, Samuel, 1659?-1739.

Publication/Creation

Leyden : J.A. Langerak, 1739.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/d4fm3ktp>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



L.BODIN, LIBRAIRE

Publie un Catalogue de Livres anciens et
modernes envoyé gratuitement.

OUVRAGES SUR LES SCIENCES OCCULTES
(Catalogue spécial)

43, Quai des Gr^{es} Augustins, PARIS





9 #
2
3

19576 / C



425
SAMUELIS DALEI, M. L.
PHARMACOLOGIA,

S E U

M A N U D U C T I O

A D

MATERIAM MEDICAM:

In qua

Medicamenta OFFICINALIA SIMPLICIA, hoc est
Mineralia, Vegetabilia, Animalia eorumque partes in
Medicinæ Officinis usitata, in Methodum naturalem
digesta succincte & accurate describuntur.

C U M N O T I S

Generum Characteristicis Specierum Synonymis, Diffe-
rentiis & Viribus.

OPUS Medicis, Philosophis, Pharmacopœis, Chirurgis, &c. utilissimum.

Ad calcem adjiciuntur

I N D I C E S N E C E S S A R I I.

Q U A R T A E D I T I O,

Indice Gallico, Germanico, Belgico aucta.

ο βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ.

Hipp. Lib. 1. Aphor. 1.

LUGDUNI BATAVORUM.

Impensis JOH. ARNOLD. LANGERAK.

M D C C. X X X I X.

SAMUELIS DALLI, M.D.

PHARMACOLOGIA

M A T T E R I A M

M A T T E R I A M

In qua



Medicamentis, Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus, et
Medicamentis, Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus, et
Medicamentis, Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus, et

COMPOSITIS

Generum Characteribus Speciebus Synchronis, Differe-
ntiis, et Viribus.

OPUS POSTERUM, THEORETICUM, PRACTICUM, ET

Ad usum alicuius

INDICIS, INDEXES

QUAESTIONES, QUAE


Indicis, Gallicis, Germanicis, Hispanicis, et

Indicis, Gallicis, Germanicis, Hispanicis, et

Indicis, Gallicis, Germanicis, Hispanicis, et

Impressit JOH. ARNOLD LANGER

MDCCCXXII



CELEBERRIMO

COLLEGIO REGALI

Medicorum Londinensium,

HÆC

NATURÆ SPOLIA

ET

ARTIS ORGANA

CONSECRAT

Devotissimus AUCTOR.

Hunc Librum (cui titulus est PHARMACOLOGIA:
dignum censemus, ut typis mandetur,

Thomas Burwell, Propræses.

Samuel Collins.

Edvardus Hulse.

Richardus Morton.

Joh. Bateman.

Datum 5^{to} Septembris A. D. 1692. in Comitiiis Censoriis
ex ædibus Collegii Nostri.



P R Æ F A T I O.



SCIENTIA Medicæ est Res maximi momenti, tam Medicis, quam Pharmacopœis & Chirurgis, sine quâ quanti errores, quantæ strages! Quis enim medicamenta ægrotantibus præscribere, propinare, & administrare valet, spe obtinendi beneficia iis adscripta ab Antiquis, si penitus rudis, & ignarus sit, vel in dubio hæreat, an sint ipsa, quæ nobis tradita sunt? *Non fingendum, aut excogitandum, sed inveniendum quid Natura faciat, aut ferat*, monente Oraculo illo *Verulamio* nostro. Quod si à seculis *Hippocratis*, *Theophrasti*, *Dioscoridis*, *Galen*, aliorumque Artis Medicæ Principum, per cuncta ad hæc nostra hoc observatum fuisset, Materia Medica nobis incorrupta & perspicua mansisset, omni Mercatorum fraude, & Negotiatorum officiis purgata, & sine controversia facilis & luculenta: Sed, proh dolor! tantus stupor & ignavia Rempublicam Medicam hodie opprimit, ut quamplurimi mallent otiose errare, & eruditè necare (periculosus imposturis avidorum Mercatorum, Pharmacopolarum sive Seplasiariorum, Anicularum, aliorumque ejusdem farinae veneficorum, nimis fidendo, & indulgendo) quam elaborare, examinare, & distinctè addiscere ipsa simplicia Medicamenta quotidiani Usus. Disertè scribit *Galenus*, Lib. 1. de Antidoto, cap. 15. *Medicus omnium (inquit) stirpium, Fossilium, & Animalium peritiam habeat, consulo; sin minus, plurimorum saltem, quibus frequenter utimur.* Huic quoque his verbis suffragatur *Oribasius*, *Simplicium medicamentorum, & facultatum quæ in eis insunt, cognitio ita necessaria est, ut sine ea nemo rite medicare queat.* Huc quoque spectat *Ætii* sententia, *Omnium simplicium Pharmacorum vires nosse oportet eum, qui aliquot compositum est factururus.* Et *Aristoteles* haud ineleganter, *Prima laus est humanæ sapientiæ, valde similia posse distinguere.* Magnus ille Medicinæ parens sapientissimus *Hippocrates* ubique ferè inculcat, Medicum Rerum Naturalium peritum esse debere. Aspera fane censura quamplurimorum apud nos hodiè medicantium.

Hæc mihi stimulum & ansam dederunt investigandi, inspicendi, & cognoscendi

scendi Simplicia Medicamenta, Libros Botánicos, & Scriptores Naturales pervolvendo, Res ipsas colligendo, summâque, quâ potui, diligentia examinando.

Postquàm Typis mandaveram priorem meum Tractatum Anno 1693. animadverti plurimas res medicas, quæ jam tum cœperunt obtinere in usu medicinali à me omittas fuisse, plurimi quoque Libri eo spectantes tum temporis in manus inciderint, qui antea haud impressi fuerint, vel quorum saltem notitiam nondum habuerim. Verum cum mihi innotuit ab aliquamultis etiam ingeniosis Librum meum æqui bonique acceptum fuisse in Regionibus exteris, quin & plurimos peregrinantes se illum non tantum in *Gallia & Hollandia*, verum etiam in *Italia* & in ulterioribus *Germaniæ* oris, vidisse; subiit considerare *Supplementum* ferè necessarium, quo majori esset usui aliis regionibus; & cum iter jam fecisset usque ad viciniam *Græciæ*, antiqui istius Scientiarum fontis, quod non è re foret adjicere ex *Dioscoride* exterisque Pharmacopœis quodcunque non adhuc impressum penes me fuit, & non expectandum usque dum Liber aliam requireret impressionem, sed seorsim continuo edendum.

Postquam non contemnendum jam progressum in constituto subjecto fecerim, certior sum factus *Gallorum* Regem mandasse ingeniosum Botanicum Tournesortium in *Græciam* Insulasque adjacentes, ad investigandas *Dioscoridis* Plantas, id quod effecit; qua de causâ ad tempus ab opere destiti, sperabam enim fore, quod cum insignis iste Vir redux fuerit, aliquid saltem in lucem ederetur ad dirimendam vexatissimam istam inter Botánicos quæstionem de veris antiquorum Græcorum plantis. Verum enimverò cur visum fuit præstantissimo Botanico invidere orbi literario alium laborum suorum Orientalium fructum præter Corollarium, pauculasque Observationes de Fossilibus quibusdam Plantisque Medicinalibus in Itinerario suo sparsim occurrentes, me sanè fugit: Si quid ulterius observaverit, nondum patet.

Operam dedi, ut ubique de Materia Medica *Dioscoridis* liquido constaret; atque adeò consului præcipuos Auctores, qui hoc argumentum tractarunt, & quam pressè potui textui adhæsi; ad suppetias etiam meas adhibere lubuit Matthioli Translationem, ut & Commentarium: In his libris concinnandis inivi viam à nemine tritam; qualis nulla (quod sciam) sit mentio in aliqua Lingua, ideoque tam vivos quàm mortuos consului, plurimos scilicet doctos, eosque ingeniosos Viros, ut etiam Libros; quoniam verò necesse omnino fuit unicuique rei medicæ adjicere virtutes, cum tamen libri institutum brevitatem exigat, atque adeò ut in Epitomen redigeretur, hoc in causâ fuit, quod eosdem excerpti ex Auctoribus, qui id mihi effectum dederunt. Verum ne Jovis Corvi instar furtivis me efferrem plumis, mihi plus tribuerem quàm par est, aut meritis sum, ad calcem uniuscujusque transcriptionis imposui Auctoris nomen, unde

mutuò

mutuò accepi, notas scilicet características, easque præsertim ex operibus nuperi mei vicini, & amici longè colendissimi, dignissimi, & solertissimi D. *Joannis Raii* A. M. *Ἰωανναίου*, necnon à Pharmacopœia *Schroderi*; unde accidit, ut nonnulli perperam existimarent primum volumen nihil aliud esse quam transcriptum ex istiusmodi Auctoribus; & non opus, ut reverà est, prorsus novum.

De divisione & methodo hujus Libelli alibi disserui. Quoad finem, hoc mihi negotii credidi solum dari, Populo ut inservirent, quas fecissem Tabulas; nam proh Deum atque Hominum fidem! Quanti Lusus de Corio Humano! Quanti lethales Ictus ab imperitis Blateronibus, & Vaftris circulatoribus, qui nugis & strophis suum captant quæstum, Materiam Medicam nunquam prælibantes! ignavum & sordidum Pecus!

Quadraginta quatuor circiter abhinc annis hanc nostram *Pharmacologiam* primum edidi; quantum verò eruditis placuerit, variæ editiones domi forisque abunde testantur. Nunc demum frequenti amicorum doctorum sollicitatione adductus, cæteris dudum divenditis, & hanc postremam multò auctiorem & emendatiorem publici juris facio. Erat hujus operis propositum, Medicinæ Studiosis vera simplicia indicare, quibus in medicamentis conficiendis uti deberent, ne à fraudulentis mercatoribus delusi, venenum potius, quam Pharmacum salutare ægrotantibus propinarent: quod ut ægro calamitosum, ita Medico ignominiosum foret. Hunc autem Laboris mei fructum reportavi, quod & Tyronibus Materiam Medicam investigandi majorem alacritatem studiumque injecerim, & proVectioribus in hac scientia magistris ad aliquid, quod aliis adjumento foret, in lucem edendum auctor fuerim & adjutor. Hujusmodi Scriptorum tria tantum ad manus pervenerunt, *Catalogi* nempe *Plantarum Usualium*, quæ in *Hortis Amstelædamensi, Haerlamensi, & Chelsiano* enutriuntur. Horum primus à viro clarissimo *C. Commelino*, alter ab erudito *Ægidio de Koker*, postremus autem à diligentissimo Herbarum cultore *Isaaco Rand*, ejusdem Horti Præfecto, fuit conscriptus. Hisce adminiculis freti genuina simplicia rite dignoscant *Pharmacopœi Juniores*, neque nimis credulitati se dedant, uti *Pharmacopolæ Viennenses*, qui, teste *Clusio*, *Buphtalmi* radices loco *Ellebori nigri* emebant; nec iis similes, quibus, uti narrat *Johnsonus*, *Oenanthæ* venenosæ radices pro *Pæonia* perfidi venditabant *Rhizotomi*. Quod ad methodum horum Librorum attinet; primus miscellus est, neque alphabeti ordinem, neque methodum quamcunque institutam sequitur; numeri singulis plantis præfixi, locum cujuslibet Herbæ in Horto (ut suspicor) notant; aliis verò, quoniam nullus accommodatur Index, quamlibet invenire plantam difficile erit & molestum. Alteri duo literarum ordine dispositi sunt; numeri autem annexi areolas, in quibus quæque nascuntur plantæ, indicant. His addi potest *Index Plantarum, quæ in medicum usum recipi solent*, à *Josepho Monti, Botan. Profess. & Horti qui est Bononiæ Præfecto*, Anno 1724 editus. In duas dispertitur partes; prior *Indicem* Plantarum medicinalium alphabeticum complectitur, quarum singulis adscribitur numerus Classis Physicæ, in qua illæ reponi debent: altera pars *Elen-*
chus

chus est, quo in varias suas *Classes* dividuntur *Plantarum Vires*. Hisce adiungitur *Exoticorum Simplicium Medicamentorum Distributio*; hæc in tres dividitur partes, *Animalia* nempe, *Vegetabilia*, ac *Mineralia*; quorum singulis *Classis* numerus præfigitur. Sequitur *Index Alphabeticus*, una cum *Elencho virium*, quibus singula pollent, in triginta sex *Classes* distributo. Huic præmittitur opus magis universale, quod inscribitur, *Plantarum genera* à Botanicis instituta, juxta *Tournefortii methodum* ad proprias *Classes* relata, una cum *Indice Generum Alphabetico*. Totum opus in re Medica, & Herbaria magistris potius quam Tyronibus accommodari videtur; hisce etenim impedimento magis quam auxilio foret, nisi quibus hortos invifendi plena indulgeatur facultas, vel Librorum Botanicorum fatis ampla suppeditetur copia.

Præter illos jam memoratos, varii intra paucos annos fuerunt editi de *Materia Medica* Libri, quorum quidam Lingua vernacula sunt conscripti. Horum primus *Interpretatio Materiae Medicæ* à *Tournefortio* scriptæ dici solet; an vero Idiomate seu *Gallico* seu *Latino*, unquam fuerit editum hocce opus, an sint tantum notulæ quædam ex Professoris ore inter legendum ab alumno quodam Chartis mandatæ, nondum liquet. In duo capita generalia, *evacuantia* nempe, & *alterantia*, id partitur; hæc autem in alia iterum pro singulorum viribus dividuntur, & in singulis divisionibus continentur *Herbæ*, *Animalia*, & *Fossilia*; horum multis usus, principia Chemica, ut & descriptiunculæ annectuntur. Præsum subijt hic Liber Anno 1708. Post quatuordecim annos scilicet Anno 1722. *Josephus Miller*, Pharmacopœus & Botanicus Londinensis apprime gnarus, patrio sermone edidit *Botanicum Officinale* ordine Alphabetico secundum nomen Officinale Latinum, in quo distribuuntur plantæ vel earum partes, quæ apud Anglos in usum veniunt; accedit quoque virium Epitome. Alterum *Materiae Medicæ Indicem* Anno 1724. edidit *Jacobus Douglas*, M. D. Opus est Miscellum è Mineralibus, Animalibus, & Vegetabilibus, ordine literarum, secundum Latinum nomen dispositum, cui annectuntur variis in columnis nomina Græca & Anglica, &c. sub finem duæ adduntur Tabulæ, in priori simplicia in Mineralogiam, Zoologiam, & Phytologiam reducuntur, quarum quæque in varias iterum *Classes* dividitur. In altera autem Tabula, secundum facultates quibus pollent, disperitiuntur simplicia; hæc autem secundum partes, quæ in usum recipi solent, iterum distribuuntur. Auctorum nomina, qui singulas res tractarunt, omittuntur; quæ de re *Peritis* in arte potius quàm *Tyronibus* adaptari videtur opus. Anno 1727. *Anglice* edidit *Edwardus Strother*, M. D. *Materiam Medicam Pauli Hermanni*, Botanices apud *Leydenses* quondam *Professoris*. In hoc Libro continentur *Hermanni* super *Materia Medica* Offinarum *Praelectiones*; & quum res ipsas, ut Discipulos melius institueret, præ manibus habuerat Professor, eas describere supervacaneum ducere potuit; quales autem in hoc opere sustinuit Editor partes, ipse in *Præloquio* narrat; quod vero argumentum *Interpres anonymus* parum fatis intellexerit haud est dubitandi locus. Quod ad methodum

dum attinet, in Radices, Cortices, Herbas, Semina, &c. dividitur; prout res ipsæ in *Professoris capsis* erant reconditæ; unde idem nomen sæpius iteratur. Eodem Anno prodire *Boerhaevii* celeberrimi *Prælectiones* in horto *Leydenſi* quotannis habitæ, opus, uti ex hallucinationibus multis patet, planè surreptitium, tametſi *Editor anonymus* in Præfatione affirmat, *Incredibile est, quanto cum fervore ejus dogmata à discipulis sunt excepta, quæ scribendo collecta, inter se collocata, & in unam molem redacta sunt, unde natum est manuscriptum nostrum, cujus tanta apud Leidenſes studiosos exſtitit fama, ut variis originem dederit manuscriptis.* Complectitur notas características & derivationes nominum cujusque plantarum Classis in illo horto nascentium, secundum methodum à doctissimo Professore in *Indice suo altero* institutam; accedunt *Vires & Usus* Plantarum Medicinalium, item quænam plantæ aliarum loco substitui possunt. Prodiit Anno 1730. Anglico sermone Liber inscriptus, *Cursus Prælectionum de Materia Medica antiqua & moderna, in Schola Medica* (verius in Diverſorio seu Taberna sub Tauri caput, i. e. *The Bull-head Inn, or Tavern*) apud *Cantabrigienses habitus, super Cimeliis Attenbrokii & Vigani, in Aula Catharina & Collegio Reginali depositis à R. Bradly S. R. S. & Botanices* (uti se venditat) in eadem *Academia Professore.* Cimelium antea, quantum conjectare liceat, nunquam vidit. Opusculum trifariam, in Mineralia nempe, Vegetabilia, & Animalia, dividitur; Mineralibus Medicamenta composita, Chemicæ præparationes, Gummi aliaque immiscentur corpora; Vegetabilia veterum Radicum, Corticum, Lignorum, &c. sequuntur methodum; tertia pars Insecta, Pisces, Aves, quadrupedesque complectitur. Futile prorsus & ineptum opus, erroribusque scatens foedissimis.

His tantummodo insuper adjiciam *Historiam Plantarum usualium compendiarium* à Chomelio *Gallice* conscriptam. *Methodum* in Materia Medica à *Tournefortio* institutam præcipuè sequitur Auctor, nisi quod Vegetabilia, quæ secundum vires disposuit, tantum tractaverit, ubi post nomen cujusque plantæ Gallicum & illa *J. B. C. B.* aliorumque, ut & *Offinarum*, quandoque adjiciuntur; hæc excipit partium, quæ in usum venire solent, compositorum quæ ingrediantur, ut & virium narratio. Utrum *Tournefortii* Liber huic præcesserit, an hic ex illo ortum duxerit, nescio; quater autem sub prælo sudavit opus.

Præter jam dicta adminicula, restat unum à *Pharmacopœis Societatis Londinensibus* institutum, memoratu apprime dignum; hi enim, ut Tyrones scientia stirpium *Officinalium* aptius imbuantur, certas arcas in horto suo Botanico iis colendis assignarunt, in quibus singulæ secundum Indicem supra laudatum disponuntur herbæ, super quibus quidem prælectionem quolibet ab *Aprili* per æstatem mense habet Præfectus eruditus. Præterea, ut stirpes in agris nascentes melius ediscant *Pharmacopœi Juniores*, sex per æstatem Plantas investigandi gratia instituit eadem Societas itinera (mense *Julii* excepto) quibus confectis, herbarum nomina inter Tyrones quisque indicat; & qui per æstivum tempus maxime om-

nium profecerit (*Judicio Præfecti, &c.*) *Raii Synopsis stirpium Britannicarum* Pergamena viridi compactam, Laborum accipit mercedem. At Grande Iter eadem causa Mense *Julii* susceptum, nequaquam est silendum; quod quidem institutum centum abhinc annos invaluisse videtur. Clarissimus enim *Thomas Johnsonus* in *Itinere plantarum suo investigationis ergo suscepti à decem sociis in agrum Cantianum*, Anno Domini 1629. hæc habet: *Paucis abhinc elapsis annis, consuetudo vere laudabilis inter rei herbariæ studiosos crevit, bis aut sæpius quotannis triduum aut quatrimum iter Plantarum investigationis ergo suscipere.* Quorum quatuor Itinera Annis 1629, 1632, 1634, & 1641. ipse edidit. Vetus hic Mos jam desiit observari in modum supra dictum; sed nunc horti *Præfectus* mense *Julii*, cum quinque vel sex sociis rei Botaniciæ peritis, in *Cantium* aut alium quemlibet locum per dies duos vel tres iter faciunt; & quas collegerint Plantas ad *Congressum* generalem Societatis supra dictum afferunt, ubi *Præfectus* in præsentia *Magistri, Gardianorum, &c.* eas demonstrat, ad cujus Prælectionem cuilibet curioso datur Accessus. Neque hæc solum fecit Societas ad promovendam Rei herbariæ scientiam, sed & *Hybernaculum magnificum*, itemque varia *Hypocausta*, in quibus ali possunt stirpes per Hyemem frigoris impatientes, extrui curavit; quorum priori conclave satis amplum, *Bibliothecæ Botaniciæ* instruendæ destinatum superstruitur.

Jam vero tempus est, ut ad nostrum revertamur opus, & Lectori; quid in hac Editione præstitum sit, indicemus. Quicquid antea sub Supplementi forma prodiit, nunc suo loco aptius restituitur; & id, quod in partes duas dividebatur, opus, integrum magis & concinnum evadit, adeo ut Lectori totam simplicium singulorum Historiam uno intuitu contemplari posthac licuerit. Quicquid in *Materia Medica* novi, vel ab Amicis communicatum habuerim, vel inter legendum Auctores recentius editos invenerim, inserui, atque nihil, quod ad rem nostram fecit, omisi. Quandoquidem autem *Materiam Medicam* unius loci aut civitatis ab alterius multum discrepare observaverim, totum in hoc opere complecti sum conatus, neque simplex quoddam ab aliis, exteris licet, usurpatum, prætermissi; adeo ut nunc multò latius pateat, quam prius nostrum tulerat institutum. Synonymis Auctorum paginam ubique attexui, ut Lector solers, quid de re qualibet fusiùs disputatum est, nullo negotio invenire possit. Auctorum *Casp. Baubini* Pinace editorum, nostratium præcipuè, Synonyma itidem inserui, ut ad Herbarum studium eos magis alliciam, qui ad Medicinam faciendam quoquo modo animum appellant. Omisi quidem *Catalogum Cantabrigiensem*, ut & *Catalogum Plantarum Angliæ*, à doctissimo celeberrimoque *Raio* conscriptos, quoniam in *Synopsi* illius *Stirpium Britannicarum*, quam ubique laudavi, uterque comprehendatur. *Threlkeldii Synopsis stirpium Hybernicarum* raro citavi; quoniam vero in isto Libro non numerantur paginae, plurimum tædii affert Lectori; sin autem vir quidam Reverendus in ista gente diutius commoratus esset, accuratius multò & emaculatius prodiisset istud opusculum.

Præter

Præter Objectiones contra hunc nostrum Laborem, quæ supra in hac Præfatione refelluntur, restant & aliæ quædam, quibus obviam ire hoc in loco necesse duxi. Objicitur primo, quod descriptiones nostræ nimium breves sint, ideoque minus usui accommodatæ. At nostri non erat instituti *Historiam Plantarum Officinalium* generalem scribere (huic enim majus destinaveram opus, cujus in Præfatione prioris editionis mentionem feci, cujusque pars major jam pridem est confecta, reliquam tamen prorsus absolvendi spem resecat ætas ingra-vescens) tantummodò autem viâ compendiariâ illas Plantarum partes, quæ in Officinis quotidiano teruntur usu, ut omnis fraudi & errori præripiatur ansa, depingere. Deindè, me stirpes ad *Raianam Methodum*, quæ à paucis intelligitur, disposuisse dicunt. Cum verò brevitati semper consului, satius duxi methodum talem instituere, qua singulas ejusdem herbæ partes simul tractare possem, neque eadem sæpius repeterem, ut necesse esset, si veterem Radicum, Corticum, Herbarum, Seminum, &c. methodum, vel vires medicas secutus essem, uti ab aliis factum est. Hoc quidem caveri potuisset, si ordine Elementari omnia distribuisssem; tunc verò Vegetabilia, aliaque congenera separata fuissent, quæ legibus Physicis uniuntur; & Lectori Philosophico, tanquam memoriæ ancilla, aptius hæ accommodantur leges: Et ut verum fatear, inter varias recentes Plantarum methodos intra paucos annos editas, *Raianam*, ut naturæ magis consentaneam, cæteris semper anteposui.

De *Ortu* & Progressu simplicium Medicamentorum scribere, majoris molis est, quam Romanam condere gentem. Quædam Casu, quædam Instinctu, aliæ ab Experientia effluerunt: Multa ab Indis, multa à Brutis derivamus, Barbari enim, & Feræ commodissimas res invenerunt, quæ gentes sapientissimas latuerunt.

Restat solum, ut grates persolvam debitas amicis nostris, quorum opera & consiliis usi fuimus in concinnandâ hæc *Materiæ Medicæ historiola*. Hi fuere viri clarissimi, meum supereminentes Præconium, exquisita Rei Naturalis notitia, D. *Hansius Sloane*, Bar. *Tancredus Robinson*, M. D. *Joannes Raius*, A. M. *Leonardus Plukenet*, M. D. *Martinus Lister*, M. D. *Gulielmus Sherard*, L. L. D. *David Krieg*, M. D. *Samuel Doody*, *Jacobus Petiver*, & *D. Finch*, Pharmacopœi Londinenses, & *Jacobus Newton*. Horum priores duo adhuc sunt superstites, cæteri sunt emortui. Sic orta est Fabrica nostra rudis indigestaque moles; sublimioribus Ingeniis incudenda, formanda, polienda, & perficienda. Tentamini & cœptis asperate, Lectores Benevoli.

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

A Litera, in prioribus Editionibus in margine posita fuit ad denotandum, quæ Mineralia, Plantæ, & Animalia indigenæ fuerint, vel in Anglia nascentur; sed per errorem accidit, ut Typographus eam ubique fere adhibuerit, ideoque ei fidendum non est.

Ut Lectori etiam facilius sit invenire quodvis Minerale, &c. in hoc Libro memoratum, addidi quo Anno & Loco Opera cujusvis Scriptoris typis impressa sint.

Act. Med. i. Thomæ Bartholini Acta Medica & Philosophica Hafniensia, Vol. i. *Hafn.* 1673. 4to. *Act. &c.* ii. Ejusdem, Vol. ii. *ib.* 1675. 4to. *Act. &c.* iii, iv. *ib.* 1677. Ejusdem, Vol. v. 1680. 4to.

Act. Philof. & Transact. *Philof. Act.* Philosophica Regiæ Societatis Londinensis, *Lond.* & in 38 Voluminibus contenta sunt, 4to.

Agricol. Agricola de Re Metallica, *Basil.* 1657.

Aldrov. Dendr. Aldrovandi Dendrologia, *Bonan.* 1668.

Aldrov. Exang. Aldrovandus De Animalibus Exanguibus, Ejusd. 1642. *Aldrov. de Insect.* Aldrovandus De Insectis, Ejusd. 1638.

Aldrov. Mus. Metal. Aldrovandi Musæum Metallicum, Ejusd. 1648. *Aldrov. Ornith.* i, ii, iii. Aldrovandi Ornithologia, Vol. i, ii, iii. Ejusd. 1640. *Aldrov. de Pisc.* Aldrovandus De Piscibus, Ejusd. 1638. *Aldrov. de Quad.* Aldrovandus de Quadrupedibus, Ejusd. 1639. *Aldrov. de Quad. Bisulc.* Aldrovandus de Quadrupedibus bisulcis, Ejusd. 1642. *Aldrov. de Quad. digit.* Aldrovandus de Quadrupedibus digitatis, *Ibid.* 1645. *Aldrov. Hist. Serpent.* Aldrovandi Historia Serpentium, *Ibid.* 1640.

Alpin. Egypt. Prosperus Alpinus De Plantis Ægypti Liber. 4to. *Patav.* 1640. *Alpin. de Bals.* Prosperus Alpinus De Balsamo, *Patav.* 4to, 1639. *Alpin. Exot.* Prosperus Alpinus De Plantis Exoticis, Libri duo, 4to. *Venet.* 1627.

Albin. Inf. Albin Eleazar, A Natural History of English Insects, *Lond.* 1720. 4to.

Amman. Pauli. Ammanni Brevis ad Materiam Medicam in usum Philiatrorum Manuductio, ad finem Supellectilis Botanicae, *Lipsiæ* 1675. 8vo.

Ang. & Anguil. Aloysius Anguillara Opusculum, *Venet.* 1561. 8vo.

Bagliv. Dissert. ii. Georgius Baglivus Dissertatio secunda, *Lugd. Bat.* 1700. 8vo. *Bagliv. de Fibra Motric.* Idem, De Fibra motrice & Morbosa Specimen, *Lond.* 1703. 8vo.

Barr. Icon. Jacobus Barrelierus. Icones Plantarum per Galliam, Hispaniam, & Italiam observatarum, *Parif.* 1714. fol. *Barr. Spec. Insect.* Idem Specimen Insectorum quorundam marinorum mollium, &c. *ib.* 1714. *Jus. Obs.* Antonius de Jussieu. Plantæ per Galliam, &c. in lucem editum, & ad recentiorum normam digestum, *Par.* 1714. fol.

Bellon. de Aquat. Petrus Bellonius de Aquatilibus, Libri duo, *Parif.* 1553. 8vo forma longa. *Bellon. des Oyse.* Ejusdem l'Histoire des Oyseaux, *Parif.* 1555. fol. *Bellon. Obs.* Ejusd. Observationes tribus libris expressæ, *Antw.* 1605. fol.

Bocc. Plant. Rarior. Paulus Bocconus. Icones & Descriptiones rariorum Plantarum Siciliae, &c. *Oxon.* 1674. 4to. *Bocc. Obs.* Ejusd. Observationi naturali, *Bolog.* 1684. 12mo. *Bocc. Mus. di Fis.* Ejusd. Museo di Fisica, *Venet.* 1697. 4to. *Bocc. Mus. di Piant.* Ejusd. Museo di Piante Rare, *Venet.* 1697. 4to.

Bod. à Stapel. Joannes Bodæus à Stapel in Theophrasti Historiam Plantarum, *Amstelod.* 1644. fol.

Boerb. Ind. A. Hermanni Boerhaave Index alter Plantarum, *Lugd. Bat.* 1720. 4to.

Boet. Anselmi Boetii de Boet Gemmarum & Lapidum Historia, *Lugd. Bat.* 1647. 8vo.

Bonan. Philippi Bonanni Recreatio Mentis & Oculi, &c. *Romæ* 1684. 4to.

Bont. Jacobus Bontius in Historia Naturali Indiæ Orientalis à Gulielmo Pisone edit. *Amstelod.* 1658. fol.

Breyn. Cent. Jacobi Breynii Exoticarum aliarumque minus cognitarum Plantarum centuria prima, *Gedani* 1678. fol. *Breyn. Prod. i.* Ejusd. Prodromus fasciculi rariorum Plantarum, &c. *Gedan.* 1680. 4to. *Breyn. Prod. ii.* Ejusd. Prodromus fasciculi rariorum Plantarum secundus, *Gedani* 1689.

Breyn. Hist. Cocc. Joannis Philippi Breynii Historia Naturalis Cocci Radicum Tinctorii, *Gedani* 1731. *Breyn. Sched.* Ejusd. Schediasma de Echimis, *Gedani* 1732. *Breyn. Dissert. Bot.* Ejusd.

Brom. Chlora. Gotb. Olai Bromelii Chloris Gothica, seu Catalogus stirpium circa Gothoburgum nascentium, 1694. 8vo.

Buxb. Joannis Christiani Buxbaums Enumeratio Plantarum, *Hale Magdeb.* 1721. 8vo.

Calc. Mus. Franciscus Calceolarium. Musæum Calceolarium Veronense, *Veron.* 1622. fol.

Cam. Joachimus Camerarius de Plantis Epitome utilissima, *Francofurti ad Mœnum* 1586. 4to.

Cam.

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

- am. Hort.* Ejusd. Hortus Medicus & Philosophicus, *Ibid.* 1588. 4to.
- Camel. Syllab.* Georgius Josephus Camellus. Stirpium Insulæ Luzonis, &c. Syllabus.
- C. B. Pin.* Casparus Bauhinus. Pinax Theatri Botanici, *Basileæ* 1671. 4to. *C. B. Pbyt.* Ejusdem, Phytopinax, *Ibid.* 1596. 4to. *C. B. Prod.* Ejusdem, Prodromus Theatri Botanici, *Ibid.* 1671. 4to. *C. B. Cat. Basil.* Ejusdem, Catalogus Plantarum circa Basileam sponte nascentium, *Basil.* 1622. 8vo. *C. B. Theat.* Ejusdem, Theatrum Botanicum, *Basil.* 1658. fol. *C. B. Matth.* Ejusdem, In Matthiolo, *Ibid.* 1674. fol.
- Cat. Angl. & Cat. Plant. Angl.* Vid. Raii C.C. Idem.
- C. Jamaic. & Cat. Jamaic. & Hist. Jamaic.* Vid. Sloanii.
- Cas. & Casalp.* Andræas Cæsalpinus. De Plantis, Libri xvi. *Florent.* 1583. 4to.
- Chab.* Dominicus Chabræus, M.D. Stirpium Icones & Sciagraphia, *Genev.* 1677. fol.
- Charlt. Exer.* Gualterus Charltonus. Exercitationes de differentiis & nominibus Animalium, *Oxon.* 1677. fol. *Charlt. de Pisc.* Idem De Piscibus, *Ibid.* 1677. fol.
- Clus. & Clus. Hist.* Carolus Clusius. Rariorum Plantarum Historia, *Antw.* 1601. fol. *Clus. Exot.* Idem, Exoticorum, Libri decem, *Ibid.* 1605. *Clus. Hist.* Idem. Rariorum aliquot stirpium per Hispanias observatarum Historia, *Ibid.* 1576. 8vo. *Clus. Pan.* Idem. Rariorum aliquot stirpium, per Pannoniam, Austriam, & vicinas quasdam Provincias observatarum Historia, *Ibid.* 1583. 8vo.
- Col. & Colum. Ecph.* Fabius Columna. Minus cognitarum rariorumque stirpium *Expositio* i. i. i. *Romæ* 1616. 4to. *Col. Aquat.* Idem. Aquatiliū & terrestrium aliquot Animalium, &c. Observationes, *Ibid.* *Col. Purp.* Idem. Purpura, *Romæ* 1616. 4to. Idem. *Phytobasanos* sive Plantarum aliquot Historia, *Neapoli* 1592. 4to.
- Commel. Plant. Usu.* Casparus Commelinus. Horti Medici Amstelædamensis Plantarum Usualium Catalogus, *Amstel.* 1724. 8vo. *Commel. Prælucl.* Idem. *Præluclia Botanica*, ad Publicas Plantarum Exoticarum demonstrationes, *Lugd. Bat.* 1715. 4to. *Commel. Flo. Mal.* Idem. Flora Malabarica, sive Horti Malabarici Catalogus, *Ibid.* 1696. 8vo. *Commel. Hort. Amst.* ii. Idem Horti Medici Amstelædamensis Rariorum Plantarum, &c. Pars altera, *Amstel.* 1701. fol. *Commel. Flor. Mal.* Idem. Flora Malabarica sive Horti Malabarici Catalogus, *Lugd. Bat.* 1696. 8vo.
- Commel. in Not.* Joannes Commelinus. Notæ ad Hortum Malabaricum. *Commel. Hort.* Idem. Catalogus Plantarum Horti Medici Amstelodamensis, *Amstel.* 1689. 8vo. *Commel. Hort. Med.*
- Idem. Horti Medici Amstelodamensis Rariorum Plantarum Descriptio & Icones, *Amstel.* 1697. fol.
- Corn.* Jacobus Cornutus, M. D. Canadensium Plantarum, &c. Historia, *Parisi.* 1635. 4to.
- Cup. Hort. Catb. & Hort. Catb. Supp.* Franciscus Eupanus Hortus Catholicus, &c. *Neapol.* 1696. 4to. *Supp. Horto Cath. Ibid. Cup. Supp. alt.* Idem. Supplementum alterum ad Hortum Catholicum, *Panor.* 1697. 4to.
- Dale, Thomæ.* Dissertatio Medico-Botanica Inauguralis, *Lugd. Bat.* 1723. 4to.
- Dill. Cat. Giff.* Joannes Jacobus Dillenius. Catalogus Plantarum sponte circa Gissam nascentium, &c. *Franc. ad Moen.* 1719. 8vo.
- Diosc.* Pedacius Dioscorides Anazarbeus. De Materia Medica usu.
- Dod.* Rembertus Dodonæus stirpium Historia Pentades sex, sive Libri xxx. *Antwerp.* 1616. fol.
- Dodart.* Dodartius. Description de quelques Plantes nouvelles, *Parisi.* 1676. 8vo.
- El. & Elem. Bot.* Vide Tournefortius.
- Ephem. Germ.* Ephemerides Medico-physicæ Germaniæ sive Miscellanea curiosa Medico-physica, *Lipsiæ* 4to.
- Flo. Lugd. Bat. Flor.* Vid. Hermannus.
- Gal. & Galen.* Claudius Galenus.
- Garid. Hist.* Petrus Garidel, M. D. Histoire des Plantes qui naissent en Provence & Principalement aux environs d'Aix, *A. Par.* 1719. fol.
- Garz.* Garzia ab Horto. Aromatum & Simplicium aliquot Medicamentorum apud Indos nascentium Historia, sive Caroli Clusii Exoticorum Liber septimus, *Antwerp.* 1605. fol.
- Ger.* Joannes Gerardus. *The Herbal, or General History of Plants*, *Lond.* 1597. fol.
- Ger. Emac.* *The Herbal, or General History of Plants, corrected and enlarged by Thomas Johnson.* *Lond.* 1636. fol.
- Gesfn. de Aquat.* Conradus Gesnerus. Historia Animalium, Lib. iv. Qui est de Piscium, & Aquatiliū Animantium natura, *Francof.* 1620. fol.
- Gesfn. de Avib.* Ejusdem, Historia Animalium, Lib. iii. Qui est de Avium natura, *Ibid.* 1617. fol. *Gesfn. de Plant.* Ejusdem, Historia Plantarum & vires, *Basil.* 1541. *Gesfn. Quadr.* Ejusdem, Historia Animalium, Liber primus, De Quadrupedibus viviparis, *Ibid.* 1603. fol. *Gesfn. de Quadr. Ovip.* Ejusdem, 1586. fol. *Gesfn. de Serp.* Ejusdem, Historia Animalium, Lib. v. Qui est de Serpentium natura. *Ibid.* 1621. *Gesfn. de Lap.* Ejusdem. de rerum Fossilium

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

- Lapidum, & Gemmarum, &c. Liber. *Tigur.* 1565. 8vo.
- Gæda Insect.* i. Joannes Gædartius, Metamorphosis & Historia Naturalis Insectorum, Pars i. *Medioburg.* 1662. *Gæda* ii. Ejusdem, Pars altera, *Ibid.* 1667. *Gæda* iii. Ejusdem, Pars tertia & ultima, *Ibid.* 1667, 8vo.
- Helw. Lithogr.* i. M. Georgius Andreas Helwing. Lithographia Angerburgica, sive Lapidum, & Fossilium, in Districtu Angerburgensi, &c. *Regiom.* 1717. 4to. *Helw. Lithog.* ii. Ejusdem, Pars ii. *Lips.* 1720.
- Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* Paulus Hermannus, Horti Academici Lugduno-Batavi Catalogus, *Lugd. Bat.* 1687. 8vo. *Herm. Flor.* Ejusdem, Floræ Lugduno-Batavæ Flores, *Lugd. Bat.* 1690. 8vo. *Herm. Flor.* ii. Ejusdem, Principio Editionis ii. *Herm. Mus. Zeylan.* Ejusdem, Musæum Zeylanicum, sive Catalogus Plantarum in Zeylana sponte nascentium, *Lugd. Bat.* 1717. 8vo. *Herm. Parad. Bat. Prod.* Ejusdem, Paradisi Batavi Prodromus, sive Plantarum Exoticarum in Batavorum Hortis observatarum Index, *Amstel.* 1691. 12mo. *Herm. Parad. Bat.* Ejusdem, Paradisus Batavus continens plus centum Plantas affabre ære incisas, & descriptionibus illustratas, *Lugd. Bat.* 1698. 4to.
- Hern.* Franciscus Hernandez, Nova Plantarum, Animalium & Mineralium Mexicanorum Historia, &c. *Romæ* 1651. fol.
- Hoffman.* Casparus Hoffmannus, M. D. De Medicamentis Officinalibus tam simplicibus, quam compositis, Libri duo, *Parisi.* 1647. 4to.
- Hoffman. Flor. Alt.* Mauritius Hoffmannus, Floræ Altdorffinæ Deliciæ Hortensis, sive Catalogus Plantarum Horti Medici, *Altdorf.* 1660. 4to. *Ejusd.* Deliciæ Sylvestris, sive Catalogus Plantarum in Agro Altdorffino locisque vicinis sponte nascentium, &c. *Altdorf.* 1662. 4to.
- H. Beaum.* Herbertus à Beaumont, Horti Beaumontiani Exoticarum Plantarum Catalogus, *Hagæ-Comitis* 1690. 8vo.
- H. M. & H. Mal.* i. Henricus Adrianus Van Rhee-de, Vol. i. *Amstelæd.* 1678. fol. *Ejusd.* ii. *Ibid.* 1679. *Ejusd.* iii. *Ibid.* 1682. *Ejusd.* iv. *Ibid.* 1683. *Ejusd.* v. *Ibid.* 1684. *Ejusd.* vi. *Ibid.* 1686. *Ejusd.* vii. *Ibid.* 1687. *Ejusd.* viii. *Ibid.* 1688. *Ejusd.* ix. *Ibid.* 1689. *Ejusd.* x. *Ibid.* 1690. *Ejusd.* xi. *Ibid.* 1692. *Ejusd.* xii. *Ibid.* 1703.
- H. Oxon.* Vid. Morisonus.
- H. Reg. Par.* Antonius Vallot, Hortus Regius, *Parisi.* 1665. fol.
- Imperat.* Historia Naturale di Farrante Imperato, *Venet.* 1672. fol.
- Ind. Med.* Index Medicamentorum, *Par.* 1732. fol.
- J. B. i.* Historia Plantarum universalis, Auctoribus Johanne Bauhino, & Johanne Henrico Chersero, Tom. i. *Ebrod.* 1650. fol. *J. B. ii.* Ejusdem, Tom. ii. *Ibid.* 1651. fol. *J. B. iii.* Ejusdem, Tom. iii. *Ibid.* 1651. fol.
- Jonsf. de Avib.* Johannes Jonstonus Historia Naturalis de Avibus, *Amstel.* 1657. fol. *Jonsf. de Pisc.* Ejusdem, Historia Naturalis de Piscibus & Cetis, *Ibid.* *Jonsf. Exang.* Ejusdem, Historia Naturalis de Exanguibus aquaticis, *Ibid.* *Jonsf. de Insect.* Ejusdem, De Insectis, *Ibid.* *Jonsf. de Quad.* Ejusdem, Historia Naturalis de Quadrupedibus, *Ibid.* *Jonsf. de Serpent.* Ejusdem, De Serpentibus, *Ibid.* *Jonsf. Dendr.* Ejusdem, Dendrographias, sive Historia Naturalis de Arboribus & Fruticibus, *Francosf. ad Moen.* 1662. fol.
- Jonsf. Iter.* Thomas Johnson. Iter Investigationis, ergo susceptum, &c. in agrum Cantianum, *Lond.* 1629. 4to. *Jonsf. Descript.* Ejusdem, Descriptio Itineris Plantarum Investigationis in agrum Cantianum, *Ibid.* 1632. Ericetum Hampstedianum, sive Plantarum ibi crescentium, *Ibid.* 1629. Idem, Enumeratio Plantarum in Ericeto Hampstediano locisque vicinis crescentium, *Ibid.* 1632. *Merc. Bot. i.* Mercurius Botanicus sive Plantarum gratia suscepti Itineris, Anno 1634. Descriptio, *Lond.* 1634. 8vo. *Merc. Bot. ii.* Mercurii Botanici Pars altera, sive Plantarum Gratia suscepti itineris in Cambriam, sive Walliam, Descriptio, *Lond.* 1641. *Ger. Emac.* Gerard's Herbal, or General History of Plantes enlarged, *Lond.* 1636. fol.
- Kemp. Amœnit. Exot.* Engelbertus Kempferus Amœnitates Exoticæ, *Lemgov.* 1712.
- Kentm.* Johannes Kentinanus, M. D. Nomenclatura Rerum Fossilium, quæ in Misnia, &c. *Tigur.* 1565. 8vo.
- Klein Echin.* Jacobus Theodorus Klein, Naturalis dispositio Echinodermatum. *Gedani* 1734. 4to.
- Laet. & De Laet.* Joannis de Laet, De Gemmis & Lapidibus, *Lugd. Bat.* 1647. 8vo. *De Laet. Ind. Occid.* 8vo. Ejusdem, Novus Orbis seu Descriptionses Indiæ Occidentalis, *Ibid.* 1633. fol.
- Lang. Hist. Lap.* Carolus Nicolaus Langius Historia Lapidum Helvetiæ, &c. *Venet.* 1708. 4to. *Lang. Meth. Test.* Ejusdem, Methodus nova & facilis Testacea marina, &c. *Lucern.* 1722.
- Lister & List. Hist. A. A.* Martinus Lister, M. D. Historia Animalium Angliæ, tres Tractatus, *Lond.* 1678. 4to. *List. Hist. Conch.* Ejusdem, Historia sive Methodus Conchyliorum, *Lond.* 1685. fol. *List. Exer. Anat. i.* Ejusdem, Exercitatio Anatomica, *Lond.* 1694. 8vo. *List. Exer. Anat. ii.* Ejusdem, Exercitatio Anatomica

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

- altera, *Ibid.* 1695. 8vo. *List. Exer. Anat.* iii. Ejusdem, Conchyliorum bivalvium utriusque aquæ, Exercitatio Anatomica tertia, *Ibid.* 1696. 4to.
- Lob. Adv.* Matthias deLobel, Dilucidæ simplicium Medicamentorum Explicationes, & Stirpium Adversaria, *Lond.* 1695. fol. *Lob. Obs.* Plantarum seu Stirpium Historia, *Antwerp.* 1576. fol. *Lob. Icon.* Ejusdem, Plantarum seu Stirpium Icones, *Ibid.* 1581. 4to. forma longa. *Lob. Illust.* Ejusdem, Stirpium illustrationes, *Lond.* 1655.
- Luid. Litho. Brit.* Edwardus Luidius Lithophylacii Britannici Ichnographia. *Lond.* 1697. 8vo.
- Lugd.* Historia Generalis Plantarum, *Lugd.* 1587. fol.
- Marcg.* Georgius Marcgravius, Historia Rerum Naturalium Brasiliæ, Libri octo, *Lugd. Bat.* 1648. fol.
- Magnol.* Petrus Magnol, M. D. Botanicum Monspelienſe, ſive Plantarum circa Monſpelium naſcentium Index, *Monſpel.* 1686. 8vo.
- Matth.* Petrus Andreas Matthioli, Commentarium in ſex Libros Pedacii Dioſcoridis Anazarbei de Medica Materia, *Venet.* 1565. fol. *Matth. Compend.* Ejusdem, Compendium, *Venet.* 1571. 4to.
- Mer. Pin.* Chriſtophorus Merret, Pinax rerum Naturalium Britannicarum continens Vegetabilia Animalia, & Foffilia, in hac Inſula reſerta, inchoatus, *Lond.* 1667. 8vo.
- Merc. Bot. Vid. Joſtonius.*
- Mill. Bot.* Joſeph Miller, Botanicum Officinale, or a Compendious Herbal, &c. *Lond.* 1722. 8vo.
- Mil. Cat.* Philippus Miller, Catalogus Plantarum Officinalium, *Lond.* 1730. 8vo.
- Mont. Ind.* Joſephus Monti, Index Plantarum, quæ in Medicum Uſum recipi ſolent, *Bonon.* 1724. 4to. *Mont. Exot.* Ejusdem, Exoticorum Simplicium Medicamentorum, *Ibid.* *Mont. Prod.* Ejusdem, Catalogi Stirpium agri Bononiensis Prodromus, *Bonon.* 1719. 4to.
- Mor. Prælu.* Robertus Morisonus, Hortus Regius Bleſenſis Auſtus, &c. Præluſiorum Botanicorum Pars prior, *Lond.* 1669. 8vo. *Mor. Umb.* Ejusdem, Plantarum Umbelliferarum diſtributio nova, &c. *Oxon.* 1672. fol. *Hiſt. Oxon.* ii. Ejusdem, Plantarum Hiſtoriæ univerſalis Oxoniensis, Pars ſecunda, *Oxon.* 1680. fol. *Hiſt. Oxon.* iii. Plantarum Hiſtoriæ Univerſalis Oxoniensis, Pars tertia, *Ibid.* 1699.
- Morton.* John Morton, M. A. The Natural Hiſtory of Northamptonſhire, *Lond.* 1712. fol.
- Mouff. Inſect.* Thomas Mouſſet, Inſectorum ſive Minimorum Animalium Theatrum, *Lond.* 1634. fol.
- Munt. Herb. Brit.* Abrahamus Muntingius. De vera Antiquorum Herba Britannica, &c. Diſſertatio Hiſtorico-Medica, *Amſtel.* 1681. 4to.
- Munt. Aloid.* Ejusdem, Aloidarium ſive Aloes, &c. Hiſtoria, *Ibid.* 1680. 4vo.
- Muſ. Pet.* Jacobus Petiverius. Muſei centuria decem, *Lond.* 1695, &c. 8vo. *Pet. Gazoph.* Ejusdem, Gazophylacii Naturæ & Artis, Decas 1, &c. *Lond.* 1702. fol.
- Muſ. Reg. Soc.* Muſæum Regalis Societatis, per Nehemiah Grew, M. D. *Lond.* 1681. fol.
- Offic.* Nomina uſitata in Officinis Londinenſibus denotat.
- Ogilb. Chin.* i. John Ogilby, *Hiſtory of China*, Part. I. *Lond.* 1671. Part. II. *Lond.* 1673. fol.
- P. B. & Pbyt. Brit.* Phytologia Britannica, Natales exhibens indigenarum ſtirpium ſponte emergentium, *Lond.* 1650. 8vo.
- Parad. Bat. Prod.* Vid. Hermannus.
- Park. Parad.* Johannes Parkinsonus. Paradifus terreſtris, or a choice Garden, &c. of Flowers, *Lond.* 1656. fol. *Park. Theat.* Ejusdem, Theatrum Botanicum, &c. or an univerſal and compleat Herbal, *Lond.* 1640. fol.
- Plin.* C. Plinius ſecundus in Hiſtoria Naturali.
- Pluk. Almag.* Leonardus Pluckenetus, M. D. Almageſtum Botanicum, ſive Phytographiæ Pluknetianæ Onomaſticon, *Lond.* 1696. fol.
- Pluk. Amalt.* Ejusdem, Amaltheum Botanicum, &c. *Ibid.* 1705. fol. *Pluk. Mant.* Ejusdem, Almageſti Botanici Mantiffa, *Ibid.* 1700. fol. *Pluk. Pbytog.* Ejusdem, Phytographia ſive Stirpium illuſtriorum & minus cognitarum Icones, *Ibid.* 1691. fol.
- Piſ. & Piſon. Ed.* 1648. Gulielmus Piſonis, M. D. De Facultatibus Simplicium, *Amſtel.* 1648. fol.
- Piſ. Ed.* 1658. Ejusdem, De Indiæ utriusque re Naturali & Medica, *Ibid.* 1658. fol. *Piſ. Mant.* Ejusdem, Mantiffa Aromatica, *Amſtel.* 1658. fol.
- Rand. Ind.* Ifaacus Rand, Index Plantarum Officinalium, &c. *Lond.* 1730. 8vo.
- Rauwolf.* Leonhartius Rauwolfius, Itinerarium in Orient. *Lond.* 1693. 8vo.
- Raii Hiſt.* i. Joannes Raius, Hiſtoria Plantarum, Tom. 1. *Lond.* 1686. fol. *Raii Hiſt.* ii. Ejusdem, Tom. 2. *Lond.* 1688. fol. Ejusdem, Tom. 3. *Ibid.* 1704. *Raii Dend.* Ejusdem, Dendrologia, 1704. fol. *Raii Cat.* Ejusdem, Catalogus Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium, *Lond.* 1677. 8vo. *Cat. Cant.* Ejusdem, Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium, *Cantab.* 1660. 8vo. *Raii Meth.* Ejusdem, Methodus Plantarum nova, &c. *Lond.* 1682. 8vo. *Raii Meth. A.* Ejusdem, Methodus Plantarum emendata

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

- data & aucta, *Ibid.* 1703. 8vo. *Raii Ornith.* Ejusdem, *The Ornithology of Francis Willoughby Esq. &c. Lond.* 1678. fol. *Raii Ichth.* Vid. Willoughby. *Raii Synop. A.* Ejusdem, *Synop. Methodica Animalium Quadrupedum & Serpentinum generis, Lond.* 1693. 8vo. *Raii Synop. Avi.* Ejusdem, *Synopsis Methodica Avium, &c. Lond.* 1713. 8vo. *Raii Synop. Pis.* Ejusdem, *Synopsis Methodica Piscium, Lond.* 1713. 8vo. *Raii Synop. iii.* Ejusdem, *Synopsis Methodica Stirpium Britannicarum, Lond.* 1724. 8vo. *Raii Hist. Insect.* Ejusdem, *Historia Insectorum Opus Posthumum, Lond.* 1710. 4to.
- Rivini. Introd.* Augustinus Quirinus Rivinus, *Introductio generalis in Rem Herbariam, Lips.* 1690. fol. *Rivini. Irr. Mon.* Ejusdem, *Ordo Plantarum quæ sunt flore irregulari monopetalo, Lips.* 1690. fol. *Rivini. Irr. Tetr.* Ejusdem, *Ordo Plantarum quæ sunt flore irregulari tetrapetalo, Lips.* 1691. fol. *Rivini. Irr. Pent.* Ejusdem, *Ordo Plantarum quæ sunt flore irregulari pentapetalo, Lips.* 1699. fol.
- Rondel. de Pisc.* i. Gulielmus Rondeletius, M. D. *Libri de Piscibus marinis, Lugd.* 1554. fol. *Rondel. de Aquat.* ii. Ejusdem, *Universæ aquatiliæ Hist. pars altera, Lugd.* 1555. fol.
- Ruel.* Joannes Ruellius *De Natura Stirpium, Libri tres, Basil.* 1536. fol.
- Rupp. Flor. Jen.* Henricus Bernhardus Ruppilius, *Flora Jenensis, sive enumeratio Plantarum, &c. Franc. & Lips.* 1726. 8vo.
- Salv. de Aquat.* Hippolytus Salvianus, *Aquatilium Animalium Historiæ, Liber primus, Romæ* 1557. fol.
- Schrod.* iv. Johannes Schroderus, *Pharmacopœia, sive Thesaurus Pharmacologicus, Lib. iv. Ulmæ Suev.* 1649. 4to. *Schrod. v.* Ejusdem, v. *Schonef. Ichth.* Stephanus Schonevelde *Ichthyologia, &c. Hamb.* 1624. 4to.
- Schw. A.* Casparus Schwenckfeld *Aviarium Silesiæ, Lign.* 1603. 4to. *Schw. Quad.* Ejusdem, *Quadrupedum, Ibid.* 4to. *Schw. Insect.* Ejusdem, *Insectorum, Ibid.* 4to.
- Sib. Phal.* Robertus Sibbaldus, *Eques Auratus, Phalainologia nova, sive Observationes de Balænis, Edinb.* 1692. 4to.
- Sloan. Cat. Jam.* Sir Hans Sloan Bar. *Catalogus Plantarum quæ in Insula Jamaica sponte proveniunt, Lond.* 1696. 8vo. *Sloan. Hist. V. i.* Ejusdem, *A Voyage to Jamaica, with the Natural History, Vol. 1. Lond.* 1707. fol. Ejusdem, *Vol. 2. Ibid.* 1725.
- Tourn. Elem. Bot.* Pitton Tournefort, *Elemens de Botanique ou Methode pour connoitre les Plantes, Par.* 1694. 8vo. *Tourn. Instit.* Ejusdem, *Institutiones Rei Herbariæ, Ibid.* 1700. 4to. *Tourn. Cor.* Ejusdem, *Corollarium Institutionum Rei Herbariæ, Par.* 1703. 4to. *Tourn. Hist.* Ejusdem, *Histoire des Plantes qui naissent aux environs de Paris, Ibid.* 1698. 8vo.
- Trag.* Hieronymus Tragus, *De Stirpium, maxime earum quæ in Germania nostra nascuntur, Argent.* 1552. 4to.
- Tab. Icones Plantarum seu stirpium, &c. Francof. ad Mœnum.* 1590. 4to. forma oblonga.
- Turn. William Turner, M. D. The first and second parts of the Herbal, with the third part lately gathered, Collen.* 1568. fol.
- Volck.* Johannes Georgius Volkamerus, M. D. *Flora Noribergensis, seu Catalogus Plantarum in agro Noribergensi, &c. Norib.* 1700. 4to.
- Usu.* In usu sunt.
- Willugh. Ichth.* Franciscus Willughbeus, Armig. *De Historia Piscium, Libri quatuor, Oxon.* 1686. fol. *Willugh. Ornith.* Ejusdem, *Ornithologia, Lond.* fol.
- Worm. Mus.* Olaus Wormius, M. D. *Museum Wormianum, seu Historia rerum rariorum tam Naturalium, quam Artificialium, &c. Lugd. Bat.* 1655. fol.



PHARMACOLOGIÆ


SEU

MANUDUCTIONIS

AD

MATERIAM MEDICAM

PROLEGOMENA ISAGOGICA.



CAP. I.



Harmacologia est descriptio rerum medicamentarium ad bene medicandum; Objectum est res naturalis medicamentalis quæcunque ad medicandum adaptabilis, sive figuram ea obtineat nativam, sive elaborationem aliquam officinalem sustinuerit; verum enim vero, quia nomina plurima occurrunt, quæ vel minus vulgaria, vel æquivoca sunt, operæ pretium duxi Pharmacopœiæ tyronibus synopsis brevi inservire, & nomina alphabeticâ serie exhibere.

A.

A *Cetum* in genere liquorem quemcumque acidum notare potest: in *Officinis* liquorem solum acidum denotat, ex potulentis succis

factum, e. g. ex vino seu uvis in aqua, & hoc recipiendum est, quoties *Aceti* simpliciter fit mentio.

Acinus non pro uvæ vinaceo apud idoneos auctores, sed pro uva ipsâ seu fructu toto accipitur, qui ex succo, & ex ambiente cute seu folliculo constat. Angl. *A Grape*, not a *Grape-stone*. Gall. *Des Grains comme ceux de raisin*. Germ. *Körnlein Vollerbericht*. Belg. *Korl*. Columel. lib. 11. cap. 2. *Cum expresseris vinacea, quæ acinis celantur, eâque jam infuscata, & propemodum nigra fuerint, &c.* Extenditur & hoc nomen latius ad fructus minutiores arborum fruticumve spissius crescentes & coactius, ut *Hederæ*, &c. & sic à *bacca* distinguitur, quæ rarius crescit, ut in *Olea*, *Lauro*, &c. Jun. Medici recentiores pro gigarto seu vinaceo accipiunt, cum dicunt *uvæ exacinate*.

Acus, eris, purgamentum frumenti, palea. A. *The Chaff*. Gal. *Paille*, *Balle*. G. *Spreu* / *Kley*. B. *Kaf*. Porro *Acus* Plinio dicitur, cum per

A

sc

se spica pinfitur; Palea verò, ubi cum stipula teritur in area.

Adeps, A. A Grease or Fat. Gal. Graisse, sein. G. Feisse / Fett / Schmeer / Schmalz / B. Smeer, Vet, Ongel. pars est Sanguinis oleosa, per vasa peculiaria in vesiculas appropriatas fluit; generaliterque denotat Pinguedinem mollem, e. g. Anseris, Anatis, Humani, &c. usitatus autem pro Axungia usurpatur.

Ala caulis est angulus, quem cum caule vel ramo, vel folium, vel pediculus folii constituit, qui semper ferè acutus est, vel rectus saltem, quia pediculi sursum nituntur. *Fung.* Non rarò etiam accipitur pro ramulo, ut cum dicimus caule multis alis brachiato, vel in multas alas diviso, quia rami veluti totidem alæ cauli adnascuntur.

Alabastra sunt folia illa viridia, herbacea, quæ flores sepiunt. *Junius* exponit *alabastrum* Rosæ globum nondum explicitum totum, sed conniventem.

Alabastrum in mineralogia lapis est, ut suo in loco ostendimus.

Alburnum Plinio dicitur exterior ligni pars mollior & teredini obnoxia, à colore albo.

Amylum dicebatur quòd *χωρὶς μύλου* sine mola pararetur: cujus conficiendi modum vide in capite *De Tritico*.

Anthera Offic. sunt summitates seu cacuminula in florum medio staminibus incumbencia, q. *ἄνθη ποδῶν*, i. e. flos rosæ. *The Cbives*. Gal. *sommitex*, *sommets*, *Bourgeons*. G. *Zipfels*. B. *Noppen*.

Apices idem significant quod *Anthera*.

Arbor [*ἄλδος*] est planta lignosa, crassitudine & altitudine inter omnes maxima, cui caudex pro superficie est perennis & naturâ simplex, qui in multos ramos majores, quos *ἀγκύρας* & *ἕξ* Græci vocant, & deinde in ramusculos complures, quos iidem *κλάδεις*, Latini *furculos* appellant, dividitur. Anglicè *A Tree*. Gal. *un. Arbre*. G. *Ein Baum*. B. *Een Boom*.

Arilli Offic. Vinacea, gigarta, q. aridula, quòd sicci sint, & nullum succum præbeant.

Arista Acus exilis ac longa è gluma extans. A. *The Beard or Awn*. G. *Arrête de l'Epy*, *barbe d'épy* (les petites pointes, qui sont à l'entour de l'épy, pour empêcher que les oiseaux ne mangent le grain.) G. *Die ganke Ahr*. B. *Het hair van een Korenaar*.

Aroma est odoramentum quodvis, ut Caryophylli, Cinamomum, &c.

Aparagus dicitur primum germen herbarum quod edendo est, vel oleris cujusque turio,

antequam in folia explicetur, à *σπείρον*. A. *The tender sprout or shoot of any herb from the ground*. G. *les premières tiges vertes au commencement, puis blanches*. G. *Was zu erst von der Wurzel hervor komt / ehe dan es laub gewinnet*. B. *d'eerste jonge spruyten van 't kruid*. Hinc per Antonomasiā dicitur herba quædam, quæ grandes profert & edules asparagos.

Axungia est pinguedo Sevo mollior, generaliterque Porci denotat. A. *Lard*. Gal. *Graisse*, *sein doux*. G. *Schmeer* / *Schmalz*. B. *Reufel*, *Seutzel*.

B.

Baccæ dicuntur, qui sparsim arboribus fruticibusque adnascuntur fructus parvo - rotundi. A. *Bercies*. Gal. *Bayes*. G. *Beeren* B. *Bezie* & sic ab Acinis distinguuntur; qui sunt racematim dependentes baccæ. Nos in hoc opere restrictiore acceptione voce *Baccæ* utimur pro fructu minore pericarpio seu pulpa carneve molli & humida semina includente, & membrana tenuiore tecto.

Balaustium, sylvestris mali Punicæ flos. A. *The flower of the wild Pomegranate tree*. Gal. *les Balaustes*, ou fleurs de Grenadier sauvage. G. *wild Granat-appfel blüthe*. B. *de bloem of bloeyfel van een wilden Granaat Appelboom*.

Balsamus vel *Balsamum* denotat genus quoddam odoramenti ex arboribus sponte exstillans; suntque vel liquidi, vel crassiusculi, vel solidi.

Bitumen est sebum aut resina Macrocosmi.

Bulbus est radix subrotunda, vel pluribus tunicis in orbem se amplexantibus, vel pluribus squamis imbricatim ferè dispositis coagmentata, fibras plurimas ex ima sede seu basi emittens. Interdum latius accipitur pro radice quavis uno tubere constante etiam solidâ & substantiâ continuâ, nec divisâ in squamas aut tunicarum involucra, fibras ex ima sede aut basi emittente. Sic *Croci* & *Colchici* radices bulbosæ censentur.

C.

Cacumina sunt idem quod summitates.

Cacuminula idem quod *Anthera*.

Calyx, folliculus seu involucrum floris priusquam dehiscat, præcipuè Rosæ: interdum flos ipse rosæ connivens & nondum expansus. At nunc frequentissimè accipitur pro fol-

- Polliculo**, quo flos primum, deinde semen herbarum & fructus arborum cooperitur. A. *The Cup enclosing or containing the flower.* Gal. *Calice d'une fleur.* G. Worin die Blüthe / Saamen / oder Früchte verborgen. B. een bloemknop, een uytbottende bloem.
- Capillamenta** sunt filamenta illa tenuia, in floribus medietate surgentia, apicibus plerumque donata. Angl. *Threads.* Gal. *Filets.* G. Die Fäselein mitten in der Blüthen. B. De Draadjes in de blom.
- Capita** in Phytologia, rotunda sunt illa seminum receptacula, quæ capita referunt. In Zoologia quid sint notum est.
- Capitulum** est quod constat ex pluribus floribus & staminibus arcte in globosam aut circula-rem sive disci figuram congestis, ut in *Cyano*, *Scabiosa*, *Carduis*, &c.
- Capitatae plantæ** nobis in hoc opere dicuntur, quarum flores ex flosculis etiam marginalibus, fistulosis componuntur, quoniam calyx eorum squamosus in ventrem plerumque extumescit grandiusculum & subrotundum: cujusmodi *Carduus*, *Centaureum majus*, *Barbana*, &c.
- Capreolus**, est pars quædam auxiliaris, filamentum aut funiculi æmulus, cincinni in modum contortus, quæ planta quævis vicinis stirpibus aliisve stipitibus se implicans, in altum enititur. A. *A clasper or tendrel.* Gal. *Pampre*, *Tendon.* G. Die Giebel. B. Klawier. Hujusmodi cernuntur in Vite & Leguminibus.
- Caro** in Phytologia, substantiam illam molliorem fructuum succulentorum notat, quam alias pulpam vocamus, ut pulpa seu caro *Cassia*, caro *Prunorum*, &c. *Schrod.* In Zoologia est substantia muscularis, constans ex fibris; vel, ut quibusdam, ex fistulis seu vasculis sanguinem ex arteriis accipientibus, inque venas revertentibus. A. *Flesh.* Gal. *Chair.* G. Fleisch. B. Vlees.
- Catulus** apud recentiores Botanicos idem sonat quod *Julus* aut *nucamentum*, ut catuli *Salicis* aut *Juglandis*, id est *Juli*. A. *A palm or Catkin.* Gal. *Emouchete*, *Chaton de certains arbres ressemblant à une queue de Chat, comme de Noyer, Avellanier &c.* G. Die blust an hasel-stauden. B. Bloesem van haselnooten, Kat-tenstaartjes niet ongelijk.
- Caudex** idem est in arboribus & fruticibus, quod caulis in Herbis.
- Caulis** est quod supra terram simplex assurgit: unde folia frondesque seu ramusculi emicant, vel, definiente *Jungio*, est pars herbæ su-
perna, ita in altitudinem exporrecta, ut anteriora à posterioribus, vel dextra à sinistris non differant. In arboribus, & fruticibus *caudex*, in frumentis *culmus* appellatur. A. *The stalk of any Herb, or trunk or body of a Tree.* Gal. *Tige des Herbes.* G. Der Stengel. B. Steel, struik.
- Cicus & ciccum**, membrana tenuis acinos in malo Punico discriminans. Hinc proverbialis locutio *Cicum non interdum*, id est, Non curo, perinde mihi est.
- Clavicula** idem quod *Capreolus*. A. *A clasper or tendrel.* Gal. *Tendron.* G. Die Giebel. B. Klawier.
- Comæ** sunt plantarum summitates vel arborum frondes.
- Conus** in Phytologia dicitur fructus ex compæctili lignosarum squamarum strue compositus, conici figuram æmulans, hoc est, à lata & circulari basi in mucronem desinens, qualis est *Pini*, *Abietis*, &c. A. *A cone or clog.* Gal. *Fruit formé en cone, comme p. ex. la Pomme de Pin, de Sapin.* G. Zirbel-Nuß. B. Vrucht, die aan de steel dik en rond is, en na boven spits word, gelyk als Pyn-appels. enz.
- Cor** sive *corculum* seminis, est portiuncula seminis unde tum radix, tum germen enascitur; medullamque vegetabilium significat. In Zoologia pars est substantiæ carnosæ & fibrosæ duos ventriculos habens, sanguinique recipiendo & circumvehendo inserviens. A. *The Heart.* Gal. *Cœur.* G. Das Herz. B. Het Herte.
- Cornua** non nisi in Zoologia locum habent.
- Cortex**, exterior arboris quasi crusta, A. *The bark of a Tree or other Plant.* Gal. *Ecorce.* G. die Rinde am baum. B. de Bast. Interior tunica ipsi ligno adhærens *Liber* dicitur. *Cortex* autem à *corium* & *tego*, quia quasi corium tegit, ut *Isidorus* *ἱτυμολογίζει*.
- Corymbus** in genere significat quodvis summum. Nam prima notio & *κορύμβος* est in capite Veterum Atticorum tutulus seu meta suggestus capillorum, autore Scaligero. Verum apud plantarum scriptores *Corymbi* propriè *Hederæ* racemi appellantur. *Plin.* lib. 16. cap. 34. in descriptione *Hederæ* ponit, *Racemis in orbem circumactis, qui vocantur Corymbi.* *Corymbi* nomen extendit *Jungius* ad significandam extremitatem caulis, ita subdivisam, & floribus aut fructibus onustam, ut sphaerica figura inde oriatur, ut in *Cepa*, *Porro*, &c. Alii *Umbellæ* synonymum faciunt. *Corymbus* etiam aliàs sumitur apud re-

centiores Botánicos pro flore composito discoide, qui in pappos non resolvitur: qualis in *Chrysanthemo*, *Bellide*, &c. cernitur: Nam hujusmodi flores in latum extensi umbellam seu corymbum quodammodo æmulantur.

Croci idem sunt quod apices. *Crocus* autem planta est bulbosa florem gerens, cujus stamina Officinarum *Crocus* est: Ut suo loco ostendimus.

Culmus, frumenti (aut etiam graminis) calamus est à radice ad spicam. A. *The Stalk of any Corn or Grass*. Gall. *Chalumeau*, (*le Tuyau*, qui porte l'épi &c.) G. *Der Halm*. B. *Stroo* (*balm*, *stoppel of stronk van 't Koren*, die de air ondersteunt.)

Cyma, æ, & *Cyma*, atis, q. *κίμα*, id est, parvus novellus, qui prima germinatione producit; est ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus, & dicitur præcipue de *Brassica*: verum & in genere *Cymæ* sunt cauliculi teneriores delicatioresque scaporum, quos à prima sectione præstant: imò *Cymæ* apud Botánicos adhuc latius sumuntur pro summitatibus quarumcunque herbarum.

Cytinus, flos est mali *Punicæ* sativæ. A. *The flower of the Pomegranate Tree*. Gal. *la Fleur de la Pomme du Grenadier domestique*. G. *Die Blüthe der Granaat-äpfel*. B. *Bloem der Granaat-appel*.

D.

Dactylus, *Palmula*, *caryotis*, *Palmæ* arboris fructus, à digiti similitudine sic dictus. A. *A Date*. Gal. *Dattes ou Dactes*. G. *Datteln*. B. *Dadel*, *dayen*, *dalen*.

Digitatum folium nobis cum *Jungio* dicitur, in quo plures lacinie seu plura simplicia folia, quasi ad unum petioli punctum sive terminum aptata sunt, ut in *Pentaphyllo*, *Lupino*, *Cannabe*, *Vitice*, *Trifoliis*, *Fragaria*, &c.

Discus est media pars floris compositi ex compressis & confertis flosculis, ita ut unam quasi apparentem superficiem constituent, ut in *Caltha*, *Flore Solis*, &c. à similitudine disci, cujus figura plana erat ac rotunda, ut ex Veteri statua apparet. Hinc Sol Græcis *Discus* appellatur. Erat autem *Discus* moles aliqua è plumbo aliòve metallo, quam jacentes athletæ inter se decertabant.

E.

Echinus, asperum & spinosum est *Castaneæ* operculum, & in genere quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, sive tegmen, sive caput, sive cacumen fuerit, à similitudine *Echini* animalis. A. *A Bur or any prickly Fruit*. Gall. *fruit épineux*. G. *Stachelichte Frucht*. B. *in 't gemeen vrucht vol stekels*. In *Zoologia* *Quadrupedem*, & *Insectum* marinum crustaceum denotat.

F.

Fibræ sunt veluti stamina rebus nonnullis intertextæ, v. g. *ligni foliis*, &c. sic fibras ligneas vocamus corpora seu filamenta in longum extensa, ex quibus maximam partem lignum componitur, vid. lib. 1. cap. 8. Item fibræ dicuntur minutissimæ & extremæ radiculæ.

Flos est pars plantæ tenuior, colore vel figurâ vel utroque insignis, fructui prævia eique plurimum cohærens, & tenello tegendo fovendoque inserviens, quæ, postquam explicatur, brevi aut decidit aut inarescit. *Flos* simplex & compositus seu aggregatus, uniformis & difformis, discoides, radiatus, &c. quis sit, vide *Raji H. P.* lib. 1. cap. 11. pag. 18, 19.

Folia in *Mineralogia*, folia *Auri* & *Argenti*, dicuntur laminæ tenuissimæ eorundem metallorum, seu *Aurum* & *Argentum* in tenuissimas laminas diductum. *Folium*, in *Phytologia*, definiente *Jungio*, est quod à sede cui adhæret ita in longitudinem & latitudinem extenditur, ut tertiæ dimensionis termini inter se differant, hoc est, superficies folii interna seu superior caulem respiciens ab externa seu inferiore. Folii differentia, quidque per folium *digitatum*, *pennatum*, *triangulatum*, &c. intelligimus, vide sis in *Historia Plantarum Cl. D. Raji* l. 1. c. 9. p. 13.

Folliculus, est theca tenuis, quæ granum, vel semen continet involutum. A. *A husk or cod*. Gal. *l'Etui*, ou la bourse qui enferme la semence ou le grain. G. *Das Samen-Haus*. B. *Het velletje*, *schelletje*, of *kasje* daar 't koren of 't graan ingroeit.

Frit *Varroni* est, quod in summa spica maturat minus est quàm granum.

Frontatum petalum seu floris folium nobis dicitur, quod in extremum latius, & non raro

rectâ lineâ terminatum definit, ut in *Calendula* & similibus.

Fructus sunt grandiores illi ac succulenti plantarum scetus, seminum receptacula, ut *Poma*, *Pyra*, *Pruna*, &c. à fruendo; sed & latius extenditur nomen *Fructus* ad omnem agrorum proventum. *Jungio fructus* dicitur pars plantæ annua, florì cobarens & succedens, qui, ubi maturuerit, id est, ad perfectionem suam pervenerit, sponte à planta abscedit, & terrâ aliâve commodâ nutrice excepta, novæ plantæ sit initium. A. *The Fruit*. Gal. *Fruits*. G. *Früchte*. B. *Vruchten*. Sunt ergo fructus, vel *Pericarpia* integra cum seminibus contentis, vel *Semina* sola in iis quibus *pericarpium* deest.

Fruges, quicquid de terræ proventu in alimoniâ cedit. Errant ergo qui discriminant legumina à frugibus.

Frumenta sive frumentacea, Botanicis dicuntur quæcunque geniculato culmo & arundinaceis foliis constant, seménque pultibus aut panificio aptum in spicis aut jubis producunt, ut *Triticum*, *Hordeum*, *Milium*, *Panicum*, &c. *Frugum* enim duo sunt summa genera, *Frumentacea* & *Legumina*. Cæterum & *Ficum* grana exigua *Frumenta* dicta sunt *Plinio*.

Frutex, definiente *Bodæo à Stapel*, est stirps inter lignosas altitudine ac crassitudine mediocris, cui pro superficie stipes perennis, natura multiplex, quique facile in naturam arborum stolonum abscissione transcendit. A. *A sbrub*. Gal. *Arbrisseau*. G. eine staude / *Gesträuch*. B. *Heester*.

Fundus plantæ [*ῥιζὸν*] *Jungio* est limes communis, in quo radix & pars superna cohærent.

G.

Gemma in Mineralogia *Lapis pretiosus* est. A. *A Gemm or Precious Stone*. Gal. *Pierre pretieuse*. G. *Edelstein*. B. *Edelgesteente*. In Phytologia idem est quod *Oculus*. A. *A Bud*. Gal. *un Bourgeon*, *Bouton*. G. ein Auge / B. een Botte, een Gewas. Id quod in arboribus tumescit cum parere incipiunt. *Gemmæ* pleniorē descriptionem vide *Raji* l. 1. c. 8. p. 12.

Geniculum est nodus quidam herbarum in caule. A. *A joint or knot*. Gal. *Nœud qui se trouve aux tiges, ou aux racines des herbes, ou au tuyau de l'épy de bled*. G. ein Knötgen / *traut-stengel*. B. *Halmknop*.

Glans in Phytologia dicitur, quod cortice constat tantum semen continente, cujus pars posterior, quæ arbori adhæret, calyce proximè cooperitur, parte superiore nuda. *Spigel. Isag.* Rectius *Glans* dicitur ipse fructus calyce contentus. In Zoologia est penis suprema pars præputio in Homine tecta.

Ghuma, *utriculus*, folliculus grani seu involucrum seminum in frumentis, à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. A. *The husk or chaff of Corn or Grass*. Gal. *la Bale, ou la Bourse qui enferme le grain de l'épy*. G. *Der Balck*. B. *Het velletje, schelletje, of kasse daar 't koren, of het graan ingroeit*.

Granum propriè semen frugum dicitur, indè generalius quicquid minutum est, & similitudinem aliquam habet cum grano frumenti.

Gummi est succus plantæ concretus, qui in aqua facile dissolvitur, in igne non liquefcit, nec flammam concipit, sed duntaxat crepitat, cujus generis sunt *Gummi Arabicum*, *Gummi Cerasi*, &c.

H.

Herba (definiente *Bodæo à Stapel*, ex Antiquorum sententia) est stirps, cujus superficies est ex foliis tantum, vel etiam ex caule, sed illo annuo, carnosio, qui diutius durare nequit, lignosusque non est, nisi cum exaruerit. In praxi medica pro foliis solis, ut plurimum usurpatur.

I.

Internodium est intervallum inter bina genicula, quale in culmis & arundinibus cernitur. A. *A The space between two joints*. Gal. *l'espace entre deux nœuds dans les cannes, & dans les tuyaux de Bled &c.* G. *Der Raum zwischen den Gliedern am Rohr*. B. *De plaats tussen twee knopen, knoppen, of quasten*.

Juba in Phytologia est arundinacea coma laxè effusa, qualis in *Milio* est.

Julus, nucamentum, quod in *Corylo*, *Juglande*, &c. velut prælongus vermiculus dependet, & nihil aliud esse videtur, quàm florum stamineorum series. A. *A Catkin, and in Willows a Palm*. Gal. *Emouchete, Chaton de certains arbres, ressemblant à une queue de Chat, comme Noyer, Avellanier &c.* G. *Die Blüß an hasel-stauden*. B. *Bloeyfel van de haselnoten, Kattestaartjes niet ongelyk*. *Salicum* *Juli à Juglandis*, &c. diversi sunt; nam in fertilibus plantis numerosis vasculis seminalibus constant.

L.

Lachryma in Phytologia, est humor è plantis, tum sponte effluens (sive is concreascit v. g. in oleum, resinam, gummi, sive non) tum facta incisione emanans. *Schrod.* Spigelius Lachrymam in eo distinguit à succo, quod liquor, qui ex contusa herba exprimitur aut elicitur, Succus vocetur; qui verò vel sponte, vel incisione manat, *lachryma*. In Zoologia sunt humiditates, quæ à glandulis oculi ad oculos humectandos secernuntur, quæ si nimix fuerint, ita ut à puncto lachrymali non recipiantur, extra oculos decidunt, & lacrymarum nomine veniunt.

Lacinia est portio folii inter duas fissuras (fissura est profundior scissura) inclusa. A. *A Jag.* Gal. *crenelure, lanière.* G. *Krinmen / Kerben / B. een Kerf, een sneede.*

Lanugo in Phytologia est mollis foliorum aut fructuum lana, ut *Cydoniorum*, &c. *Jun.* vel (ut *Schroderus* definit) filamenta tenella cuticulæ extimæ instar pilorum aut lanæ adnascencia. A. *Down.* Gal. *Laineux, Cotonneux.* G. *Das wölliche an fräuteren.* B. *Wolligkeit der bladeren.*

Lapides in Mineralogia sunt corpora terrea, dura, indurabilia: in Phytologia cortices duriores, nucleum includentes, qui quandoque lapides referunt: in Zoologia calculos exhibent in animalibus repertos.

Legumen, legumentum, quicquid ex terræ factis in filiqua nascitur, ut *Faba*, *Pisum*, *Cicer*, *Lens*; à legendo, teste Varrone, quoniam id non secatur, sed legitur manu velendo. A. *Pulse.* Gal. *Legume.* G. *Allerley gemüse.* B. *Peulvrugt.* Nos in hoc opere leguminibus accensemus herbas omnes, quæ florem producunt papilionaceum.

Liber, interior tunica arboris ipsi ligno adhærens: *Jun.* Unde Liber adhuc dicitur, in quo scribitur ex quacunque sit materia, quia ante repertum chartæ vel membranæ usum, de libris arborum volumina compaginabantur. A. *The innermost bark of a Tree.* Gal. *Ecorce molle couvrant le Bois.* G. *Die innerste Rinde am Baum.* B. *de binnenste bast of schorse van een Boom die naast de stronk is.*

Loculamentum est camera quædam seclusa & distincta in seminum vasculis, uti videre est in capitulis Papaverum. *Jun.* A. *A Cell.* Gal. *Niche de grains, comme on en voit dans la tête de Pavot.* G. *Eine Zelle.* B. *Zaadbolletje.* In-

terdum ipsa capsula & feminis involucrum.

Locustæ in Phytologia sunt Avenacæ glumæ singulares cum feminibus ex longis filis dependentes, ob quandam similitudinem cum locustis dictæ. Extenditur hoc nomen ad Graminum paniculatorum grana glumis involuta significanda. In Zoologia Insectum est.

M.

Malicorium, Mali Punici cortex.

Matrix arboris idem est quod ejus medulla sive Cor. In Zoologia Uterum significat.

Medulla in Mineralogia partem molliusculam denotat, quæ in saxis nonnunquam reperitur. In Phytologia mediam cujuslibet plantæ partem molliorem & spongiosam significat, quam & Cor matricemve appellant, cujus descriptionem pleniorē vide *Raii* lib. 1. cap. 4. p. 7. In Zoologia adipem significat in ossium medietate contentam: vel molliorem illam substantiam, quæ in spina dorsi ac cranio est.

Malleolus, definiente *Columella* lib. 3. cap. 5. novellus est palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque à similitudine rei, quod in ea parte, quæ deceditur ex vetere sarmento, prominens utrinque Malleoli speciem præbet.

Merges, manipulus spicarum, quantum sc. femel instrumentum messorium *Mergus* dictum inter metendum capiat.

Minera est terra sive materia, ex qua mineralia & maximè metallica fiunt. A. *The Ore.* Gal. *Mine.* G. *Mineral.* B. *Mineraal.*

Mineralia sunt ea, quæ non sunt Vegetabilia, nec animalia, ut Metalla perfecta & imperfecta.

Mutica spica dicitur quæ aristis caret, quasi *mutila*.

N.

Nervus, in Phytologia, prælongum & continuum filamentum folia perreptans, ut in Plantagine, quæ indè quinquenervia & septinervia dicitur. In Zoologia est pars fibrosa, longa, rotunda, alba, instar Cannæ Indicæ porosa, Spirituum animalium diductioni interveniens, ut hoc ritu partes corporis mobiles & sensibiles sint.

Nucamentum, idem quod *Fulus*, quædam scilicet quasi panicula dependens è ramis nucum aliarumve arborum. A. *A Catkin or Palm.* Gal. *Emouchete, chaton de certains arbres*

bres ressemblant à une queue de chat, comme Noyer &c. G. Die Nuß-Blüthe. B. Katte-staartjes.

Nucleus, Veteribus *Nuculeus*, id vescum quod sub putamine nucis latet, & generalius semen quodcunque nucibus vel fructibus inclusum & occultatum.

Nux, agriculturæ scriptoribus dicitur omne Pomum, quod foris duro tegitur cortice, intus verò continet quod est esui. *Macrob.* Hi nempe existimarunt Pomum cum Malo haud idem esse, sed Pomi nomen Nuces atque Mala continere. Nux fructum denotat cortice lapideo nucleum occludentem. A. *A Nut.* Gal. *Noix*, (fruit couvert d'une écorce dure.) G. Die Nuß. B. Een Noot.

O.

Oculus, in Phytologia tuberculum in arborum furculis unde germinant: A. *A Bud.* Gal. *Bourgeon*, *Bouton*. G. *Neb aug!* kriechendes auge. B. *Botten*. Hinc *inoculatio* infitionis species, cujus descriptionem vide *Raii H.* lib. 1. cap. 19. pag. 37. *Schroderus* oculos exponit florum prodromos, inque flores explicabiles, nimis restrictè, nam *Oculus* æquè late patet ac *Gemma*. In Zoologia est Organum visus externum. A. *The Eye.* Gal. *Oeil.* G. Das Auge. B. Het Oog.

Oleum, in Mineralogia Bitumen liquidum denotat, ut *Terræ-Petræ*. In Phytologia est pinguedo quædam fluida ex fruticibus aut seminibus expressa, uti est *Olivæ*, *Palmarum*, *Amygdalarum*, *Raparum*, &c. A. *Oil.* Gal. *Huile.* G. *Öl.* B. *Olye.*

Olus, quæcunque herba esculenta, ab olla nomen sortita, quod in cibum veniat. *Jun.* *Holus* *Julio Scaligero* ab ὅλος, claro indicio priscae frugalitatis, quæ ad victum nihil obsonii sibi deesse existimaret, modo nē deesset olus. Hoc enim ὅλος est, sicut *Panis πῦρ*. *Jos. Scaliger* in notis ad *Varronem* olus deducit ab oleo cresco, quod olera in hortum translata ex agrestibus culta fiant. A. *Pot-herbs.* Gal. *Herbage*, *herbe à manger.* G. *Allerley Küchenfraut.* B. *Moes.*

Ossa in Zoologia notissima sunt. A. *Bones.* Gal. *les Os.* G. *Beinen.* B. *Beenderen.*

Officulum, os, penetrabile fructuum carne contextum, in quo nucleus est, ut in cerasis prunisque. A. *The stone of a Plum*, *Cherry*, or the like fruit. Gal. *Noyau d'une Cerise*, ou d'une Prune &c. G. Das harte / damit der

tern beschloffen wird. B. *Kraakesteen.*

P.

Palmula, *Dactylus*, caryotis. A. *A Date.* Gal. *Datte.* G. *Datteln.* B. *Dadel.*

Panicula est lanosa coma unde semen dependet, ut in *Arundine*, *Milio*, *Gramine*, &c. seu (ut *Jungius* definit) *Spica* laxè diffusa, præsertim propendentibus petiolis, ut in *Milio*. Idem valet quod *Juba*, & opponitur *Spicæ*.

Pappus, lanugo è floribus veterascentibus decidua & volatica, qualis in *Carduis*, *Erigerone*, *Hieracio*, &c. cernitur. Hinc *Herbarum* classis *Papposa* seu *Pappiflora* dicta. A. *The Down growing to the seed*, or wherein the seed lies. Gal. *Aigrette dont chaque semence en certaines plantes est garnie.* G. *Welle der Kräuter die sich läßt abblasen.* B. *stuyfken*, *Monnikboofden.*

Pecten arboris, linearum tractus, qui in longum excurrit in materia seu ligno, cujusmodi in pectine conspiciuntur dentes. A. *The grain of the Wood.* Gal. *Trait, ou raye le long du bois.* G. *Die Jahre.* B. *Den draet van 't hout.*

Pennatum folium, est in quo bini lobi seu si majora folia partialia, è regione sibi ad idem quasi costæ punctum sive ad eandem costæ distinctionem opponuntur, ut in *Fraxino*, *Fuglande*, &c. seu folium compositum ex foliis partialibus binis sibi invicem ad costam mediam oppositis.

Petala nobis *F.* Columnam sequutis dicuntur floris folia, seu laminæ illæ tenellæ colore insignes & fugaces. Hoc autem nomine partim ob brevitatem, partim ad Homonymiam evitandam pro floris folio utimur. Hinc *monopetalæ* herbæ nobis dicuntur, quarum flos unico folio seu laminâ constat, *tripetalæ*, *tetrapetalæ*, *pentapetalæ*, &c. quarum flos tribus, quatuor, quinque, &c. foliis componitur.

Pediculus est, à quo folium, aut flos, aut fructus dependet. A. *The foot-stalk of a leaf, flower or fruit.* Gal. *la Queue d'une feuille, fleur, ou fruit.* G. *Die stiele an der Blüthe oder Frucht.* B. *De steel.* In Zoologia Insectum est.

Perianthium est quod florem tegit, & dicitur etiam calyx.

Pericarpium, nonnullis restringitur ad significandam pulpam mollem seu humidam seminalem ambientem, ut, *Pyris*, *Pomis*, &c. Alii latius extendunt id nomen ad significandum

dum thecam aut involucrum seminis quodcunque, sive membranacea, &c. sit, ut in veticis Ulmi, Staphylodendri, &c. sive durum, ut in Castanea, sive carneum, ut in Pomis, &c.

Petiolus idem est quod pediculus. A. *A foot-stalk*. Gal. *la Queue*. G. *Der stengel*. B. *de Steel*.

Pinguedo idem est quod adeps. A. *Fat*. Gal. *Grais-se*, *sein*. G. *Feisse / Fett / schmeer / schmalz*. B. *Smeer*, *vet*, *ongel*.

Planta est vegetabile integrum.

Pomum generale nomen est, quo continetur omnis fructus arboris esui aptus, sive is molli corio tegatur, sive duro, ut scil. Nucem & Malum sub se complectatur. Nos cum arbores quosdam *Pomiferas* dicimus, *Pomi* nomen strictius accipimus pro fructu, cujus caro esculenta nec duro putamine includitur, nec ossiculum in se continet. A. *An Apple or a Pear*. Gal. *Pomme ou Poire*. G. *Apfel oder Birn*. B. *Appel of Peer*. Alii *Pomum* à Nuce distinguunt, ut *Pomum* sit quicquid foris habet quod edendo est, & durum intus includit; Nux quicquid foris durior corio tegitur, intus habet quod est esui.

Pulpa est caro seu substantia fructuum succulentorum inter corticem ac nucleum comprehensa, v. g. Pomorum, Ceraforum, & similibus. Primario significat partem carnosam in corpore animalis.

R.

Racemus est integra uva è multis constans acinis. A. *A Cluster of Grapes*. Gal. *Grappe*, (*Troche de certains fruits attachés ensemble en forme de bouquet*). G. *Der rap oder drap am Trauben*. B. *een Bos druylve*. Ad alios etiam fructus extenditur, qui uvæ in modum ex pluribus acinis sunt conglobati.

Radix, definiente *Fungio*, est pars plantæ inferior, quæ intra corpus solidius, quod plantæ sedem præbet, abdita (sive illud terra sit, ut plerumque, sive saxum, sive calx, sive arena, sive lignum, sive quodcunque aliud) & alimento attrahendo destinata est. Nonnullæ ex plantis submarinis radices habent expositas, & minime intra corpus aliquod solidius abditas, sed duntaxat saxa in fundo jacentia amplectentes.

Ramus est in quem caulis dividitur, estque velut brachium plantæ. A. *A Bough or Branch*. Gal. *Un Rameau*. G. *Ast / oder Zweig*. B. *Een Tack*.

Resina est liquor pinguis & oleaginosus ex arbore seu sponte seu eâ vulneratâ distillans, quæ in aqua non dissolvitur, sed in oleo durat, & flammam facile concipit.

S.

Sagitta, dicitur superior pars furculi aut flagelli. Vid. Raii lib. 1. cap. 18. pag. 33.

Scapus est caulis rectus in columnæ modum. *Fun.* Est enim scapus ipsum corpus columnæ inter basin & epistylum. A. *The Shaft*. Gal. *La Tige droite*. G. *gerader Stengel*. B. *de balm van de kruiden*. Vel *Scapus* est pars caulis ramosi, qui à fundo ad cacumen unâ quasi lineâ extenditur, cui rami utrinque adhærent. *Fung.*

Scobs, quod ferrâ de ligno deteritur. A. *Saw dust*. Gal. *sciure*, *limure*, *limaille*. G. *seyfstaub* oder *sâgmehl / sâgspâne*. B. *saegsel*, *saegmeel*, *vylsel*. Sic etiam dicitur limatura, seu illa velut farina, quæ limâ abraditur: à *Scabendo*. *Semen* in Officinis minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus simile nasci potest. *Schrod.*

Sevum est pinguedo duriuscula. A. *Sewet*. Gal. *Suif*. G. *Unschlitt*. B. *Roet*, *Schmeer*.

Siliqua est folliculus oblongus, cui Leguminum & similibus grana includuntur. A. *A Cod or Husk*. Gal. *Gousse des legumes*. G. *Die hulsjen*. B. *De Peul*.

Spadix, Ramus Palmæ unâ cum fructibus revulsus; inde color quidam Spadiceus denominatur. A. *A colour approaching to Bay or Chesnut, but with more red in it*. Gal. *Rameau de la Palme arraché avec les dattes*. G. *Ein abgerissener zweig von einem Dattelbaum*. B. *Een afgescheurde Tak van een Dadelboom*.

Spica est quod culmus extulit, continetque granum, glumam & aristam, A. *an Ear of Corn*. Gal. *Epy de Blé*. G. *Ahr / Kornähre*. B. *Koorn-ahre*. Verum hoc nomen latius extenditur: unde rectè à *Fungio* definitur, quod ex floribus vel seminibus spissè compositum est, ita ut conus erectus sed oblongus, sive admodum acutus inde evadat, ut in *Plantagine*, *Bistorta*, *Secali*, *Hordeo*, &c.

Stamina idem sunt quod *Capillamenta*, quæ sic describit *Spigellius*, *Isag.* lib. 1. cap. 6. Sunt autem stamina in floris medio, quod *Umbilicus* appellatur, partes oblongæ, tenues veluti capillamenta, interdum paulò crassiores, paululum prominentes in summitate apicibus frequenter præditæ, quæ stylum, par-

partem similiter oblongam, sed paulò crassiorē, atque è centro umbilici emergentem ambiunt.

Stercus est excrementum animalium per anum excretum.

Stirps, planta firmitate prædita *Jun.* in genere Plantæ Synonyma est.

Stolones sunt cauliculi inutiles à radicibus aut caudicis lateribus succrescentes. A. *Suckers from the root.* Gal. *Rejetton croissant au pied de l'arbre.* G. Ein unnützer Zweig am Stamme oder Wurzel des Baums. B. *Opslag, ondergewas, waterschoten.* Jo. *Bodæus a Stapelt*, *Stolonem* dici vult, quæ nascitur circa stipites, & avellitur cum radice & corporis parte; quo à Viviradice differt, quæ integra ex arboribus è longinquo extrahitur. Vid. *Raii lib. 1. cap. 19. p. 33.*

Stylus in Phytologia est pars floris medium ejus occupans & rudimento fructûs aut seminis cohærens. Dicitur *Stylus*, quia in longitudinem plerumque extenditur, *Jung.* Vid. *Raii H. P. lib. 1. cap. 19. p. 33.*

Succi, in Officinis vocantur expressi liquores, ex radicibus, foliis, floribus, fructibus, &c.

Suffrutex est planta humilior, lignescens & perennis, à radice non foliata, & ab imo statim ramosa, vel Planta inter lignosas minimæ & altitudinis, & crassitudinis, superficie perenni, non gemmipara, ut *Salvia, Ruta, Lavendula.*

Summitates sunt cacuminula herbarum, dicunturque de herbis foliorum minorum.

Surculus est, quod in ramis simplex assurgit, tenerum & exile. Est etiam ramulus novellus, qui inspicatur ad ferendum. A. *A small twig of a tree, also a Cyon or graft.* Gal. *Gresse.* G. Ein junger Schoß oder Reiß. B. Een jongen scheute, swacke Tack ofte Telgen, germen arboris anniculum.

T.

Testa vel ovorum cortex externus appellatur, vel concharum tegumenta.

Thyrus est, quod virgulæ in modum, aut in teli rectitudinem in planta confurgit: *Caulē autem medium fruticis, qui vulgo thyrus dicitur:* *Servius.* *Vossius* exponit, quicquid sic confurgit, ut in gracilitatem attenuetur, ut arbores coniferae, vel coniferae. Apud Botánicos cum Spica confunditur. Item *Hastula* frondibus vestita, quam solebant *Bacchantes* ferre.

Tomentum est lana brevis forcipibus desecta, aut in poliendo à fullone de pannis rudibus aut interpolatis deducta, quæ inferciuntur culcitrae qualescunque. *Jun.* A. *Flocks or Flox.* Gal. *Bourre, ou Duvet.* G. *Scheerwolle.* B. *Scheerwolle, bolster.* Hinc ad plantas transfertur, quæ molli & lanosâ comâ in capitulis eminente præditæ sunt, ut *Carduus tomentosus, Gramen tomentosum, &c.*

Truncus, caudex arboris ramis & frondibus destitutus.

Tuber, est fungus subterraneus, à tumeo. Hinc dicitur de plantarum radicibus prætumidis, rotundis. Radices tuberosæ. A. *Knobby roots.* Gal. *Racines rondes, bulbes.* G. knollichte Wurkeln / Tuberosen. B. *Knollige wortels, Bollen.*

Turiones, tenella arborum, fruticum, aut herbarum cacumina, quasi teneriones; vel, ut *Vossius* vult, quia facile teruntur. Teneritates summitatum ipsarum arborum quæ singulis annis crescunt. *Schrod.*

U.

Venæ in Phytologia sunt, quæ in plantarum foliis apparent, fibræ in ramulos divisæ: in Zoologia quid sint ignotum non est.

Verticillatæ plantæ dicuntur, quarum flosculi caulem articulatim velut verticilli amplectuntur foliolis interspersis, ut in *Pulegio* & *Marrubio* cernitur. Sunt autem *Verticilli* instrumenta quædam rotunda, quæ fusis adhibentur, ut facilius vertantur: Angl. *Wberls.* G. *Peson de Fuseau.* G. *Spinwirt / spinwirtle.* B. *Spillewervel*, dicimus.

Villi idem quod fibræ, & pili.

Vimen, omne virgultum lentum ac flexile, ad ligandum aptum, à viendo. A. *A bending twig or wytbe.* Gal. *Attache pour palisser tous les arbres.* G. *Allerhand schwancke Reiser / so sich flechten lassen.* B. *Tien.*

Vinaceum, granum acini, *viναστρον.* A. *A Grapestone.* Gal. *Grain, (Pepin dans le Raisin.)* G. *Eraubenstein.* B. *Druivenkorten.* Vide *Acinus.* Accipitur etiam nonnunquam pro totis uvæ expressæ reliquiis.

Umbella vocatur floris seminifve velut pedamentum in plures divisum longiores pediculos, qui simul ex eodem fastigio orti in latius continuo radiantur, singulique florem sustinent in orbem circumactum, ut in *Fœniculo, Anetho, Apio, &c.* vel, ut *Jun-*

gius definit, est extremitas caulis per multas subdivisiones in coni inverſi figuram aptata; à ſimilitudine umbellæ qua mulieres faciem à Sole arcent. In Umbelliferis enim ſummus caulis, ſummique ramuli in plures ab eodem puncto ortos radios dividuntur, ſinguli radii itidem in plures pediculos qui flores ſuſtinent.

Umbilicus, in Phytologia duplex eſt, 1. quod in Pomis vel prominet, vel reconditur ab adverſa pediculi parte: 2. media pars floris unde ſtylus & ſtamina emergunt. In Zoologia eſt umbo, uti dicit *Blancardus*, in medio abdominis ſitus, cui in fœtu inteſtinulum umbilicale conjungebatur, quod poſt partum tum abſcinditur. A. *The Navel*. Gal. *le Nombril*. G. *Der Nabel*. B. *De Navel*.

Unguis pars ima folii Roſæ albida. Extenditur etiam ad florum aliorum petala. In Zoologia *Ungues* ſunt corneæ extremitates digitorum & pedum. A. *The Nails of the Fingers or Toes*. Gal. *Ongle*. G. *Ein Nagel*. B. *de Nagel*.

Ungulæ ſunt cornea tegumenta, quibus pedes nonnullorum animalium conteguntur. A. *Hoofs*. Gall. *Cornes de pied de betes*, G. *Ein Huf*. B. *Klauwen*.

Uniformem florem dicimus, cujus anterior pars poſteriori & dextra finiſtræ ſimilis eſt. Vide *Raji* lib. 1. cap. 11. p. 18.

Urina, eſt excrementum ſeroſum à ſanguine in renibus ſecretum, per ureteres ad veſicam delatum, donec convenienti tempore & loco excernatur. A. *Urine*. Gal. *Urine*, *Piſſat*. G. *Urin*. B. *De Pis*.

Volva, Pomi medium, in quo ceu loculo latent ſemina. *Scribon*.

Uruncus, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti eſt minus quàm granum.

Uſnea vide *Muſcus* in Phytologia.

Utriculi ſunt ſeminum in frugibus involucra & operimenta, quæ trita & cribro excuſſa Glumæ ſive Acus dicuntur.

Hæc Terminorum explicatio maximâ ex parte à Clariffimo Raio mutuata eſt.

C A P. II.

De Inſtrumentis Pharmacopoëticis.

Inſtrumenta medicamentorum præparationi inſervientia varia ſunt, differuntque non

modò ratione officii; ſed & materiæ formæque inde dependentis diverſitate. Officii ratione alia medicamentorum præparationi, alia aſſervationi inſerviunt. Materiæ reſpectu, ſiunt alia ex lapidibus, alia ex terris, vitris, metallis, lignis, corio, linteo, panno, &c. Forma inſtrumentorum varia exiſtit, prout illorum officium requirit, materiaque permittit. Nos uſitatiora Synopſi damus.

Agitaculum. A. *A pulping Sieve*. Gall. *Un Crible*, *Tamis*, *Etamine*. G. *Ein Sieb*. B. *Zift Teems*. Eſt Cribrum ex panno cilicino factum ad trajectionem pulpæ utile.

Abenum. A. *A Braſs Kettle or Pan*. Gal. *une Chaudiere*, *un coquemar*, *un chauderon*. G. *Ein Kessel*. B. *Ketel*. Eſt vas cupreum, medicamentis coquendis deſtinatum.

Alembicus. A. *An Alembick*. Gal. *Alembic*. G. *Ein Helm*. B. *een Helm*, *een Alembick*. Eſt inſtrumentum chymicum quod cucurbitis & veſicis diſtillatoriiſ ſuper-imponitur, habet formam galeæ, intus concavum, extus convexum, circa infimam partem roſtrum habet cucurbitale, per quod vapores deſcendunt: Conſciuntur ex ære, ſtanno, vel vitro.

Ampullæ. A. *Vials*. Gal. *Phiole*, *Ampouille*. G. *Phiol*, *Gläſer*. B. *Kinderglas*, *Katrol*, *Fioolglas*. Sunt vitra rotunda, quibus collum in ſummitate eſt.

Arculæ. A. *Boxes*. Gal. *Coffrets*. G. *Käſtlein*, *küſtlein*. B. *Kasjes*, *küſtjes*. Diverſæ formæ ad reponenda ſimplicia.

Catillus vel *Catillum*. A. *A Porringer*. Gal. *un petit plat*. G. *Pfänlein*, *Topff*. B. *Een ſchoteltje*, *kopje*.

Catinus, vel *Cupella*. A. *A Cupel*. Gal. *Coupele*, (*vaſe à affiner l'Or ou l'Argent*.) G. *Ein Kapel*. B. *een Kapel*, *een kom*. Eſt ex cineribus oſium aut aliis rebus conſlatum, in quibus Aurum & Argentum à ſordibus ſuis depurantur.

Circulatorium. A. *A Digefſting-glaſs*. Gal. *Vaiſſeau Circulatoire*. G. *Circulier-glaß*. B. *Omdryfglas*, *Circulierglas*. Eſt vas vitreum, ubi inſuſus liquor, aſcendendo, & deſcendendo, quaſi in circulo rotatur. Varia ſunt hujus generis vaſa, ut *Alembicus Cæcus*, *Pelecanus*, *Gemina*, *Diota*, &c.

Cochleare. A. *A Ladle*. Gal. *Trivelle*. G. *Eine Kelle*. B. *Troffel*. Quod majus eſt, & ex ære conſicitur, vel ex argento aut ſtanno; & minus, quod Anglicè *A Spoon*. Gal. *Cuiller*, *Cuilleree*. G. *Ein Löffel*. B. *Een Lepel*. dicitur.

Colatorium. A. *Strainer*. Gal. *Colatoire*. G. *Ein Sieb*.

Seich-Zuch / ein Durch-schlag. B. een Zygoeck, een Doorzygtuig. Est cribrum, pannus, linteum, aut aliud quid, per quod aliquid colatur.

Cribrum. A. A Sieve. Gal. Crible, Tamis, Etamine. G. Ein Sieb. B. Ziste, Teems. Est instrumentum vel ex ligno, vel serico, vel panno cilicino factum ad separandum pulverem à sordibus destinatum.

Crucibulum. A. A Crucible. Gal. un creuset. G. Ein Tiegel. B. een Smeltkroes. Est vas fusorium ex terra igni contumacissima factum, acutiore basi, & ferè in ampliorem capacitatem formâ triangulari vel rotundâ desinens.

Cucurbita. A. A Cucurbite, or Gourd-like Vessel. Gal. Cucurbite. G. Eine Kolbe. B. Een kolfs, zypglas. Est vas Chymicum turbinatum ex terra vel vitro confectum, destillationibus per alembicum instituendis aptum.

Fistilia. A. Earthen Pots or Pans. Gal. Vaisselles de terre. G. Jrdene Gefäße. B. Allerhande Vaten van aarde, aardewerk. Variæ formæ.

Forceps. A. A pair of Tongs. Gal. Pincette. G. Eine Zange. B. een Tang. Est instrumentum quo Carbones Tegulæ, aliaqueprehenduntur.

Infundibulum vel Tritorium. A. Funnel or Tunnel. Gal. un Entonnoir. G. Ein Trichter. B. een Tregter, Tremelle. Est vas transmittens in summitate latum, quod paulatim in fistulam cuspidatam desinit; & ex metallo vel vitro fabricatur.

Lebes. A. A Bason. Gall. Marmite, Chauderon. G. Ein eherner Tiegel oder Pfanne. B. Een Ketel. Vas est vel fictile vel stanneum ad colatorandum vel reponendum liquorem.

Lima raspatoria. A. A rasping File. Gal. Lime, Rape. G. Ein grobe Feile. B. Een Vyl, Rasp.

Malleus. A. A Hammer. Gal. un Marteau. G. Ein Hammer. B. een Hamer.

Manica Hippocratis. A. Hippocrates's Sleeve. Gal. Chausse d'Hippocrate. G. Hippocratis-Stieb. B. een Hippocras-zak, Hippocrates-mouw. Est sacculus laneus figurâ pyramidali, quo vina aromatica & medicamentosa, aliique liquores percolantur.

Matracium. A. Matras. Gal. Cornue, Retorte. Matras. G. Ein Retort / Storcken-schnabel. B. een Retort, Krombals. Est vitrum circulatorium, habétque formam ferè rotundam,

cum collo satis longo.

Mensuræ vel Laguna. A. Measures. Gal. Mesures. G. Allerhand Maas. B. Maaten. Variæ magnitudinis, pro mensurandis vel Spiritibus vinosis, vel Aquis tum Simplicibus tum Compositis, vel Vino, &c. In Medicina tamen usitatiores sunt *Cochleare*, quod in syrups, continet Unciam dimidiam; in Aquis Stillatitiis, drachmas tres; *Cyathus*, qui comprehendit Unciam unam cum semisse; & *Congius*, qui Libras octo continet. V. *Autores de Mensuris*, præsertim *Grævium*, *Bernardum*, & *Cumberlandum* nostros.

Mortaria. A. Mortars. Gal. des Mortiers. G. Mörser. B. Mortieren, Vyzels. Vasa sunt ex ære, marmore, ligno, aut vitro confecta, in quibus pistillo ferreo, aut ligneo vel vitreo, res quædam contunduntur.

Ollæ & Ollule. A. Gally-Pots. Gal. Pots. G. Töpf. B. Potte, Potjes. Variæ formæ, & magnitudinis.

Pistilla. A. Pestles. Gal. Des Pilon. G. Die Stößer im Mörser. B. Stampers. Instrumenta sunt Pharmaceutica, ex ferro, ligno, aut vitro confecta, quibus res in mortariis tunduntur.

Pondera. A. Weights. Gal. Des Poids. G. Allerley Gewicht. B. Gewigte. In usu medicinali sunt Granum, Scrupulus, Drachma, Uncia, Libra.

Granum	} cujus signum,	Gr.
Scrupulus		ð
Drachma		ʒ
Uncia		ʒ
Libra		lb

Grana viginti	} constituunt	Scrupulum.
Scrupuli tres		Drachmam.
Drachmæ octo		Unciam.
Unciæ duodecim		Libram.

De his consulantur Autores varii de Ponderibus & Mensuris, in hisce enim maxima est confusio, & obscuritas, adeò ut Antiqui in multis rebus nobis haud intelligendi sunt.

Porphyrites. A. A levigating or smoothing Stone. Gal. Porphyre. G. Nocht-Marmelstein / Preparierstein. B. een Vryfsteen, prepareer-steen.

Prelum, vel Prelum. A. A Press. Gal. un Pressoir. G. Eine Presse. B. een Pers.

Pyramis. A. A levigating Pebble. Gal. Pyramide. G. & B. Idem. A figura.

Pyxides. A. Pill-Boxes. Gal. des Boetes pour les Onguens, ou pour les Medicamens. G. Blecherne Büchsen. B. Buffen. Capsulæ sunt, in quibus nempe Medicamenta asservantur.

Receptaculum vel Excipulum. A. A Recipient, or Receiver. Gal. un Recipient, Balon. G. Ein Empfang-Glass / oder Vorlage. B. een Ontfanger. Est vas amplum, in quo guttæ & vapores destillantes excipiuntur.

Retorta five Cornuta. A. A Retort. Gal. Cornue, Retorte, Matras. G. Die Retorte. B. Een retort, krombals. Vas Chymicum est, ex vitro, terra, vel ferro conflatum, figura rotunda, ad cuius latus rostrum est, flexum, retortum, & cavum, per quod destillanda ingeruntur & egeruntur.

Rudicula, Spatula, vel Spatula. A. A Spatula. Gal. Spatule. G. Ein Spahsten oder Rühr-Schaufflein. B. een spateltje. Instrumentum est oblongum, ex argento, chalybe, cupro, ligno, aut ebore confectum, inferius latum, quo medicamenta varia absque manuum iniquatione commodè tractantur.

Rutabulum. A. A Cole-Rake. Gal. Fourgon. G. Ein Rühr-hafen. B. een Roerstock. Instrumentum quo Pharmacopœi utuntur in proluendo igne.

Sacculi. A. Little-Bags. Gal. des Sachets. G. Kleine Beutel. B. Popjes. Ex charta, &c. confecti.

Separatorium. A. A Separating Funnel. Gal. un Separatoire, (Vaisseau propre à separer.) G. Scheide-glass. B. Schei-glas, schei-tuig, scheitregter. Vas est Chymicum vitreum oleis ab aqua separandis destinatum.

Tegulae. A. Tiles. Gal. Tuiles. G. Ziegel. B. Dakpannen.

C A P. III.

De Collectione Simplicium.

TAmetsi in peregrinis simplicibus certum collectionis tempus sciri nequeat, eorum tamen color, odor, sapor, ac species iudicium nostrum subeunt, ex quibus omnibus ac singulis collectionis debito modo & tempore factæ notas desumere possumus. Ea porro, quæ nostris terris innascuntur, tum demum colligere, ac in usum medicum congerere oportet, cum maximè vigent, aut matura sunt, vel ad propriæ virtutis perfectionem plus minus accedunt.

Ex Mineralibus, optima Metalla censentur, quæ maturuerunt.

Ex Vegetabilibus, radices evellantur inclinante vere, aut æstatis initio, post primorum foliorum eruptionem, tunc enim succo probè concocto turgent: quo tempore eas summarum virium, & maximè medicamentosas esse Autores affirmant. Herbæ colligendæ sunt, quando folia magnitudine, colore, & odore vigent, præsertim quæ cacumini sunt propiora, idque cælo sicco, & sereno, atque tempore meridiano. Flores colligendi, quando expliciti pulchritudine suâ luxuriant, non dehiscences aut decidui: Flores verò Rosarum, pro conficienda conserva avellendi sunt, priusquam aperiantur. Fructus, priusquam decerpantur, probè maturi sint oportet: nisi datâ operâ immaturi expetantur, ac deinde excidentur aëre, vel sole, & si opus sit, in clibano post panis extractionem. Semina colligenda sunt, cum siccari cœperunt, & antequam excidant, & in loco sicco, non calido, ad usum reponuntur. Cortices & Ligna avelluntur, quando arbores in pleno vigore sunt.

Animalia, eorumque partes, sumi debent ex iis quæ ad ætatem consistentiæ pervenerunt.

C A P. IV.

De Asservatione & Duratione Simplicium.

Simplicia collecta asservari ad usum debent; sic tamen, ut asservatio non extendatur ultra terminum durationis, quia vires cum tempore languescunt.

Mineralia pleraque, quia durabilioris ac solidioris sunt substantiæ, diutius ideo integris viribus durare possunt.

Ex Vegetabilibus, Flores quamdiu odorem, colorem, & saporem retinent, asservari possunt; quod tamen spatium vix ad annum extenditur; mutandi igitur singulis annis. Herbæ diutius validæ durare possunt: tamen singulis annis, præsertim indigenas, mutare convenit. Semina, quo calidiora, acriora, & magis aromatica, eo durabiliora sunt, eoque per biennium aut triennium, servari possunt, minutiora tamen, ac frigida minora, singulis annis renovare expedit. Fructus quotannis mutandi sunt: exotici tamen duriori cortice, ac crustâ vestiti, per duos tresve annos & plures durant. Radices parvæ, tenues, raræ, anno quolibet mutandæ: magnæ, crassâ substantiâ præditæ, biennium vel triennium integræ manent. Cortices, in annum & ultra perdurant.

Li-

Ligna, biennium, triennium, vel quadriennium, & ultra perdurant, *Gummi* & *Resinæ* durabilioris sunt naturæ.

Animalia, eorūque partes, vires suas vegetas obtinere creduntur, quamdiu incorrupta servantur, id quod rancido fœtore, sapore, situ, atque coloris mutatione dignosci potest: molliores tamen partes singulis annis mutare præstat.

C A P. V.

De modo adaptandi Simplicia ad Asservationem.

Modus adaptandi variat, prout res integra in partes dissecta, repurgata vel secus asservari postulat, vel prout diverso situ est collocanda, aliudve expetit, cujus auxilio à corruptione conservetur.

Flores asservantur ut plurimum à caulibus ac foliis suis herbaceis segregati. *Herbæ* seu *Folia*, si grandiora fuerint, caulibus crassioribus, seorsim à caulibus decerpta reponuntur: sin caulibus sint tenuioribus, unà cum iisdem asservantur, nec raro unà cum floribus. *Radices*, aliæ servantur integræ, aliæ in taleolas dissectæ, similiter admittitur nonnullis lignosa matrix.

Carnosæ animalium partes lavantur primum pro libitu, cum vino vel decocto convenienti, hinc exsiccantur in furno. *Res pingues* & *oleosæ* lavantur in aqua aliquoties, donec puræ evaserint: hinc lento igne liquantur, colantur, effundunturve super frigidam, ut sordes ad fundum subsidant, vel in spumam colligantur; post reponuntur in locum frigidum, quo servantur. *Membranosæ partes*, ut intestina, secundum longitudinem secantur, abluantur vino vel decocto convenienti, in frusta dissecta exsiccantur in clibano, ac servantur. *Sanguis* repurgatur à sero, hinc exsiccatur in furno. *Fella* detrahuntur à jecore, præligatisque filo viis introitus & exitus, siccantur in camino suspensa. *Coagula* exsiccata fumo aut sole asservantur.

C A P. VI.

De loco Asservationis Simplicium.

Locus in genere eligendus est purus, asservandoque medicamento conveniens, su-

blimis, siccus, pervius, septentrionem meridianemque spectans. Vitandus è contra locus impurus, pulverulentus, subterraneus, uliginosus, insolatus, infumatus, &c. Custodiendæque sunt res nè à radiis solis urantur, neque squalore tecti vel murorum madesiant. Quinimo non abs re foret, in peculiari camera seu hypocausto, super scamnis ac asseribus, herbas rarâ stratificatione, blandi caloris beneficio ficare, postmodumque vasis mundis asservare.

E Mineralibus; *Terræ*, *Metalla*, & *Lapides*, Scatulis vel arculis ligneis asservari poterunt. *Salina* ligneis custodiuntur vel vitris, reponunturque loco sicco. *Aquea* vitris vel urceis vitreatis.

E Vegetabilibus: *Flores* & *Herbæ* siccantur in umbra, ponunturque sacculis chartaceis vel arculis ligneis, ut à pulvere tutæ sint. *Semina* & *Fructus* asservantur loco sicco vasis ligneis, pyxidibus, chartisque, ut eo diutius & sine impuritate perdurent, involvantur. *Radices* asservandæ sunt in aëre sicco, vasis ligneis. *Cortices* & *ligna* arculis ligneis, locoque sicco asservantur. *Gummi*, ac *Resinæ* siccæ, sicco loco atque ligneis vasis includuntur; liquidiore in urceis.

Ex Animalibus. *Animalia* eorūque partes sicciore in pyxidibus ligneis reponuntur. *Adipes* & *Medullas*, vasis, aut urceis, vel singulis vel vitreatis recondere convenit, locoque frigido ac sicco asservare.

De Collectione & asservatione simplicium vide plura apud *Laurenbergium Horticult.* & apud *Simonem Pauli in Quadripart. Botan.*

C A P. VII.

De Viribus, & Usibus Fossilium, Vegetabilium, & Animalium in genere.

HIC maximus differendi campus, universam ferè Creationis faciem complectens; sine his nec lautè, nec commodè, nec omnino vivitur, quæcumque ad ædificium, ad vestitum, ad victum, ad medicinam, ad navigium, oblectamenta sensuum, & delicias, quæcumque ad vitam humanam necessaria sunt, è vastissimo & locupletissimo hoc Naturæ Thesauro abundè suppeditantur. Verum, his missis, de eorum tantum viribus seu usibus in medicina verba faciam; tam Antiqui, quam Neoterici, hæc vires & usus diversimodè investigarunt; alii, à temperamentis seu primis natura-

turalium qualitatibus, calore, frigore, humiditate, siccitate. Alii à Saporibus, ut *Grævius*, & *Floyerus*. Alii à Signaturis, & Aspectu Planetarum. Aliqui ab esu & pastu Insectorum. Quidam à Loco & Tempore crescendi; sed hæc incerta omnia; optimus investigandi horum vires nobis modus esse videtur experimenta faciendo in corporibus Animalibus, quos effectus & Phænomena res ipsæ producant in machinis nostris, vel purgando, movendo Diaphoresin, Urinam, Vomitus, Narcosin; vel specificè & alterativè agendo in humores. Horum ferè omnium illustria experimenta dedit *Wepferus de Cicuta Aquatica*.

De Chymica materiæ medicæ Analyfi, vide *Wedelii* & *Etmulleri Opera*; item *Raji Histor. Plant.* pag. 55, 56. & *Dodarti Memor.* ad inferendam Academiam Regiam in concinnanda Historia vegetabili, 8vo. *Parisiis*, 1679.

C A P. VIII.

De Divisione & Methodo hujus Operis in genere.

Materiam Medicam in quatuor partes dividimus, videlicet 1. *Mineralogiam*; 2. *Phytologiam* (sub qua *Botanologia* & *Dendrologia*) 3. *Zoologiam*. 4. *Anthropologiam*.

Prima pars Fossilia, Aquas Minerales, Terras, Sales, Sulphura & Bitumina, Mineras, Metalla, & Lapidés comprehendit, non vulgaribus methodis, sed novo ordine naturæ vestigiis insistente disposita Tabulis Synopticis, & notis Characteristicis distincta, adeò ut Tyrones facili operâ res ipsas certò ediscant, easque memoriæ mandare possint. Hæc Mineralium dispositio maxima ex parte nostra est, licet egregios viros, *Kentmannum*, *Gesnerum*, *Faloppium*, *Cæsalpinum*, *Agricolam*, *Swenckfeldum*, &c. in hac palæstra iudasse fatemur.

Secunda de Vegetabilibus, Herbis, Fruticibus, Arboribus, eorūque partibus in officinis usitatis, agit; in quorum dispositione, nec *Schroderum*, nec ullum materiæ medicæ scriptorem imitati fuimus, sed ipsos naturæ libros & fontes adivimus, optimosque Botanicos, *Andream Cæsalpinum*, *Fabium Columnam*, *Bauhinos*, *Morisonum*, *Raium*, *Plukenetium*, *Horti Malabarici Autores*, *Hermannum*, &c. pervolvimus. A Flore, semine, & conceptaculis, Tabulas & Characteres nostros præcipuè formavimus; vulgares methodos Alphabeticas, & dispositiones à locis, florendi tempore, vel à qualitatibus desumptas negleximus, ut incertas & frivolas.

Tertia de Animalibus, Insectis, Piscibus, Avibus, Serpentibus, Quadrupedibus, eorūque partes usui Medico accommodatas tractat; in hisce digerendis, non *Gesnerum*, non *Aldrovandum*, nec *Johnstonum*, sequuti fuimus; sed summum Philosophum *Johannem Raium*, *Britanniæ nostræ Lumen* & Ornamentum, consultavimus. Qui non solum Plantas, sed Animalia, partim in operibus editis, partim in Codicibus Manuscriptis, accuratissimè & felicissimè disposuit.


Quarta, de Homine, seu simplicia ex partibus humani corporis adhuc viventis desumpta, vel ex mortuis disserit.

A primo genere initium facere lubet, ut ita ab ignobilioribus ad nobiliora, ab imperfectioribus ad perfectiora, ab inferioribus seu subterraneis, ad superiora & altiora paulatim ascendamus.

Hæc de Divisione & Methodo nostra in genere; pro subdivisionibus subalternis & harum unicuique subordinatis ipsæ Tabulæ per totum librum sparsæ consuli possint. Ubique Methodum (Memoriæ Matrem) maximè naturalem facilèque observavimus, sine qua confusio, obscuritas, & difficultates insuperabiles oriri solent.



PHARMACOLOGIÆ
SEU
MANUDUCTIONIS
AD
MATERIAM MEDICAM
LIBER PRIMUS.



De Mineralogia.

Mineralogia est rerum Macrocosmicarum enodatio. Res Macrocosmicas voco, quæcumque extra familiam Vegetabilium & Animalium collocantur; sunt tum Primariæ, i. e. ad naturam Elementorum propius accedentes, ut Aquæ & Terræ: tum Secundariæ, i. e. à perittomate Macrocosmi prognatæ, ut Sulphura, Salia, Metallica, & Lapidēs.

Fossile est corpus perfectè mixtum, peculiari formâ, & virtute seminariâ, à Deo in prima creatione dotatum, ut sibi simile procreare, suamque speciem propagare possit. Generatur modo germinationis, & quasi vegetationis in terræ utero, & interdum in ipso aëre; de quo vide *Jordanum nostrum de Therbis & Aquis Mineral.* *Websterum de Metall.* *Boyleum de Occult. Qualitat. Aëris & de Augmento Minerarum.* Metallum perfectum interitus haud capax est; in varias formas transeat vi Ignis, vel Artis, vel Ævi; Metallum tamen manet, & pristi-

nam faciem promptè induere potest; nobis non licet esse tam felices.

Fossilia dicta, quòd major eorum pars fodiendo è terra eruatur. Ab aliis Mineralia vocantur, qui fodinas *Minas* volunt appellatas, & Venas *Mineras*. Metallica etiam à quibusdam, à potiore specie, Metallis nempè.

Horum propagatio non minùs admiratione digna est, quam Vegetabilium & Animalium; est enim multiplicativa, & regenerativa (datur verbis venia) ut cuique in rebus subterraneis seu fossilibus versato notum est; hæc etiam causa fit, quòd quanquam formæ externæ fiat mutatio, ut in liquore, pulvere, vitris, &c. in metallicum nihilominùs, nullo negotio, redigi possint, ut in Mercurio, Auro, Antimonio, &c. videre licet; stupendæ sanè & incorruptibilis natura; Plantis & Animalibus non concessa; Homo ipso metallo vilior.

Fossilia multifariam dividuntur ab Autoribus. *Dioscorides* omnia subterranea Metallica vocat. *Avicenna* quatuor statuit, Lapidem, Metallum,

lum, Sulphur, Sales. *Albertus Magnus* tria, Lapidem, Metallum, & media Mineralia, quo nomine reliqua omnia accipit, quia mediam quandam naturam inter lapidem, & metallum habere videntur. Alii omnes divisiones reprobant præter Lapidem & Metallum. Quidam sunt pro sola Terra, & succo concreto. *Wormius* fossilia dividit in media Mineralia, Lapides, & Metalla; Media Mineralia illa vocat, quæ mediam quasi naturam habent inter Lapides & Metalla; hæc rursùm sunt vel Terræ, vel Sales, vel Sulphura, vel Bitumina. Divisionem fossilium uberiores vide in *Tabula Swenckfeldi* præfixa *Lib. de Fossilibus Silesiæ*.

{ Fluida, pellucida, non ardentia: AQUA
Medicata.
Denfa & solida.

Nobis Mineralia sunt vel corpora { Non ardentia.
{ Friabilia.
{ { Dura & ponderosa.
{ { Ex particulis terreis consistentia: LAPIDES.
{ { Metallis accedentia. MINERALIA.
{ Leviora & friabiliora.
{ { Pellucida, in aqua solubilia, sapore pungente: SAL.
{ { Non pellucida, sapore astringente. TERRA.
{ Non friabilia, ductilia, fusilia, splendentia: METALLA.
Ardentia, in aqua non solubilia: SULPHUR.

Cruda, fuccis, terris, lapidibus permixta, nondum excocta, aut purgata, ut *Venæ*, & *Mineræ*.

Humida, ut *Succi Minerales*.

Residua ex metallis dum liquantur: *Scoriæ*, *Pompholyx*, &c.

Lapidum divisionem & Tabulam proprio in loco inveniet Lector, videlicet præfixam Sect. VI.

SECTIO PRIMA.

De Aquis Medicamentosis.

A Quæ nativæ, quæ usui Pharmaceutico inferviunt, tum simpliciores sunt, tum mineraliter.

I. Aquæ Simpliciores.

1. **A**qua fontana *Offic.* A. *Spring-Water.* Gal. *Eau de Fontaine.* G. *Brunnen-Wasser.* B. *Bronwater.* Est omnium purissima & usitatissima. N. 1. Ad omnia recipitur, ad quæ aqua sine peculiari mentione alterius, e. g. pluviae, &c. recipi jubetur. N. 2. Præfertur inter fontanas quæ fluit ab Oriente ad Occidentem, quæ decurrit à montanis locis altioribus, item quæ visu, gustu, & olfactu pura, clara, tenuis, levis, ac sincera deprehenditur, ut & quæ citò incalescit, & citò refrigeratur; quæ Hyeme calidior; æstate frigidior. Aquam hanc injecto pane tosto corrigere, ægrotisque, loco potus, sat grati concedere non frates consueverunt. *Schrod.*

Lotiones in aqua fontana, seu Balnea frigida Veteribus in frequenti usu fuisse ad varios morbos sanandos legimus; nuperrimè etiam plurimum commendantur à medicis nonnullis eruditis; inter quos eminet D. J. Floyer, *Eq. Aurat.* M. D. scripto non ita pridem libello de eorum usibus, titulo *Antiquæ ὕπερθευλας redi-vivæ*, &c. in quo p. 22. & 23. Catalogum exhibuit Morborum Aquis Balnearum *St. Chaddi* prope *Lichfeldiam* sanabilium.

Balnea autem frigida in quatuor genera dividit, videlicet primum est eorum quæ moderatum obtinent calorem, uno tantum gradu corporis nostri humoribus minorem; cujusmodi sunt Balnea frigida *Buxtoni* in *Derbia*, & *Bristoliæ* in *Somersetia*. 2. Aquæ fluviales æstivo sole calefactæ. 3. Aquæ fontium frigidissimorum, quales sunt *S. Winifridæ* in *Com. Flint*, & *Serbach* in *Lancastria*, *S. Chad* supradictæ, &c. 4. Fontes frigidæ minerali quodam imprægnati, ut 1. Sulphuris foetidi fontes, cujusmodi sunt *Godsballæ* in *Staffordia*, & D. *Nath. Cursoni*, *Eq. Aurat.* prope *Derbiam*. 2. Aquæ Vitriolicæ. 3. Aquæ vitriolo Cupri infectæ. 4. Fontes Salini & Aqua Marina. 5. Aquæ petrificantes, ut *Newnhamenses*, in *Warwicensi* Comitatu, &c. 6. Aquæ bituminosæ, ad *Willow-Bridge* in *Staffordia*, &c. 7. Aquæ Nitrosæ purgantes. 8. Aquæ plumbo imprægnatæ, ad *Holy-Well*, &c. 9. Aquæ Stannæ in *Devonia* & *Cornubia*. 10. Alabastrites, ut prope *Tutbury* in *Staffordia*. 11. Aquæ margâ tinctæ, ut quæ prope *Hincbley* in *Leicestria* habentur. 12. Aquæ calce imbutæ, ut quæ prope *Verulamium* in *Hartfordia*, & *Walsball* in *Staffordia* occurrunt. Qui plura velint, librum ipsum consulant: Quem in Latinum versum in *Hollandia*

landia impressum iri audio.

Præter morbos prædictos S. Chaddi aquis sanabiles, aliæ plurimæ medelæ insignes Balneis frigidis effectæ, per totum librum memorantur, quarum multæ ab eruditis medicis hodie viventibus observatæ sunt.

A. 2. Aqua Putealis Offic. A. Well-Water. Gal. Eau de Puit. G. Brunnen-Wasser. B. Put-water. Fontana vilior, & crudior ut plurimum habetur; eò quod ponderosior plerumque sit ac linguam magis feriens. Verum si ex vivis scaturiat scaturiginibus, reliquisque bonitatis signis abundat; illius vices subire haud inepta est.

A. 3. Aqua fluviatilis Offic. A. River-Water. Gal. Eau de Rivière. G. Fluß-Wasser. B. Rivier-water. Quod radiis solaribus exposita fuit, magis habetur digesta quidem, quam putealis: Verumtamen in usurpatione ejus, non erit inutile, spectare, undè originem trahat, quoque perlabatur.

A. 4. Aqua Palustris Offic. A. Pond-Water. Gal. Eau de Marais. G. Sumpfsicht-Wasser. B. Moerassige water. Pessima omnium censetur, adeoque à Medicina eliminanda.

A. 5. Aqua Marina Offic. A. Sea-Water. B. Gal. Eau de Mer. G. See-Wasser. B. Zee-water. Præp. Sal marinus Offic. Kentm. 9. Nigri quibusdam. A. Bay-Salt. Gal. Sel noir. G. Schwarze-Salz. B. Swart-Zout. Hic sal ferè durior & nigrior est quam fossilis. Evaporatione Aquæ marinæ in calidis regionibus fit. Aquam marinam in receptacula. A. Salt-Marshes. Gal. Marais salans. G. Salz-Gruben! Salz-Pfannen. B. Zout-pannen. dicta infundunt, ubi Solis calore coagulatur. Pro modis conficiendi, vide Act. Philosoph. Lond. n. 51. p. 1025. Ex Hispania & Francia ad nos transportatur.

Aliam Salis ex aqua marina conficiendi modum Lemingtoniæ, in Comitatu Hantoniæ usitatum, ab Insula cui inædificatur oppidum istud, nomine A. Port-Sea-Salt. Gal. Port-Sel-Marin. G. Port-See-Salz. B. Port-Zee-Zout. dicti meminit D. Joan. Collins, in Tractatu suo De Sale & Piscatura, p. 18. Aquam scilicet marinam in Vasa A. Brine-Pans. Gal. Marais salans. G. Salz-Pfannen. B. Zout-pannen. dicta infundunt, ubi primo Solis calore paulum evaporatur, postea ignis vi excoquitur, Sal purgatur, & coagulatur.

Quinetiam Salis genus ex aqua marina coquendo efficitur, cujus parandi modus apud Sbiolds prope Novum Castrum usitatus (quod genus Sal Novocastrensis, i. e. A. Newcastle

Salt. Gal. Sel de Newcastle. G. Salz von Newcastle. B. Zout van Newcastle. indè dicitur) ut & in Comitatus Dunelmensi & Northumbriæ à D. Collins libro prædicto, p. 10. quo lectorem refero.

Sal insuper in Lancastria ex arena marina elicitur; modum videbis apud clarissimum A. Joan. Raium, in Vocabulo Anglicarum localium Sylloge, Ed. 3. p. 209. Camdenum in Britannia, p. 753. his verbis descriptum: In ora hac maritima multis in locis sabuli cumulos videas, quibus aquam subindè infundunt, donec salsuginem contraxerit, quam postea subditis glebis in candidum salem excoquant. Nec in Lancastria tantum, sed in Hantonia, ut à prædicto D. Collins, p. 15. certiores facti sumus.

Johannes Speed Salis cujusdam meminit à lateribus lapidum quorundam in fluvio Were juxta Butterbeck prope Dunelmum jacentium exeuntem, qui Solis calore, æstivo tempore, ab aqua salsa rubent refluxus marini tempore in Salem candidum induratus. A Camdeno quoque memoratur in Britannia, p. 744. his verbis: Indè Vedra decurrit, crebrò eminentibus saxis interpolatus, quibus si aqua infundatur, parumque misceatur, salsam imbuat qualitatem.

Sal Catharticum Amarum A. Epsom-Salt. Gal. Sel d'Epsom. G. Salz von Epsom. B. Zout van Epsom. vulgò dictum. Sal fossile non est, sed ex recremento Salis Bitter dictum, factum est. Vires. Calefacit, exsiccant, abstergit, dissolvit, adstringit lenitè, consumit superfluitates, penetrat, digerit, aperit, incidit; Venerem stimulat, putredini, venenisque resistit: Hinc convenit, internè, in cruditatibus ventriculi, appetitu prostrato, obstructionibus alvi & urinæ, colicis doloribus, &c. Externè, in ulceribus putridis ac serpentibus mundificandis, in tumoribus simplicibus ac pestilentialibus discutiendis, in Pruritu & Scabie exsiccanda, &c. Schrod.

A. 6. Aqua Pluvialis Offic. A. Rain-Water. Gal. Eau de Pluye. G. Regen-Wasser. B. Regen-water. Est aqua levis linguamque minus feriens, fontanæ vicaria, utimur eâ ut plurimum destillatâ. Sunt qui præferunt imbres à Meridie advolantes, vel ab Oriente, utpotè quas radiis solaribus magis imprægnatas & digestas arbitrantur.

A. 7. Aqua Nivea Offic. A. Snow-Water. Gal. Eau de Neige. G. Schneewasser. B. Sneeuw-water. Pluviali affinis est, magisque penetrans, adeoque & ad sudorem movendum non inefficax, quas vires naturæ salinæ acceptas refert, quâ præ reliquis abundat, vi frigoris

ris condensata. *Vires*. Odontalgiam pertinacissimam aquâ niveâ fuisse domitam, scribit *Zacut*.

A. 8. Ros Offic. A. Dew. Gal. Rosée. G. Thau. B. Daww. Reliquis omnibus subtilitate, adeoque & penetratione antecellit. Præfertur Maialis. *Vires*. Vim habet laxandi, resistit ictibus animalium venenatorum, collectus ab herbis ophthalmicis oculorum affectibus convenit. *Witkel in Schrod.*

II. Aquæ Minerales.

SUB aquis Mineralibus comprehendimus Acidulas & Thermas, quæ nihil aliud sunt, quam aquæ mineralibus essentiis in Terræ abyssu imprægnatæ; estque substantia hæc mineralis varii generis, videlicet.

1. Metallinæ vel Diureticæ, Acidulæ vulgò dictæ: celebriores sunt Tunbrigienfes, in agro Cantiano, Astropienfes in Northamptonia, Knarsburgenses & Scarburgenses in agro Eboracensi, Roadenses in agro Wiltoniensi, Ipswich in Suffolcia, Spadanæ in Episcopatu Leodiensi, Pyramontenses in Germania.

Hæ à vicino nostro D. Ben. Allen. M. B. in Historia sua Chalybeatarum & purgantium aquarum Angliæ in duo genera dividuntur: Primum est earum quæ copiosum Salem nitrosum continent, quales sunt quæ ad Lecz, Witham, & Marksball in Effexiæ Comitatu, Knaresborough in Eboracensi Provincia, Ilmingtoni in Warwicensi agro, & Aylesham in Norfolcia occurrunt. 2. Acidulæ seu Chalybeatæ leviores, ut Tunbrigienfes in Cantio, Wellingburgenses in Northamptonia, Islingtonienfes prope Londinum, Felstedienfes in Effexia, & Oultonienfes in Norfolcia.

Prædictus Autor tertium adhuc Genus harum aquarum constituendum arbitratur, cui Acido-chalybeatarum nomen convenire censet. Hujus generis caracteristicam facit: Quod ponderosiores sint, coloris sui tenaces, quod mineræ minus, plus spiritus contineant, quodque cum gallic colore Cerasi instar rubentem reddant, ad modum Spirituum Vitriolinorum. Hanc classem esse ad quam Marksballenfes, & Knaresburgenses propriè & peculiaritèr pertinent. Hanc divisionem instituisse sibi in animo fuisse affirmat, verum ob nimiam festinationem memoria excidit membrum hoc tertium, & omissum est.

2. Salinæ vel Catbarticæ: celebriores sunt Epfomenfis in Surreia, Barnetina in Middlesexia, Northallensis in Hartfordia, Strettamensis, Dullechenfis, Actoniensis, &c.

Hæ etiam à prædicto Autore in tres species dividuntur: 1. Seleneticæ, quæ Epfbamiæ in

Surreia, Actoni, & Kensingtoniæ in Middlesexia, & Colcestriæ in Effexia scaturiunt. 2. Quæ in terra lutosa æquabili existunt, ut ad Richmond, Lambeth, & Stretbam in Surreia, Dulwich in Cantio, Northall & Barnet in Hartfordia, Upminster & Brentwood-Weal in Effexia. 3. Quæ chalybeatam admixtam habent, ut Scarburgi in Eboracensi Comitatu, & ad Woodbam-Ferrers in Effexia.

Quod ad vires & usus prædictarum mineralium aquarum attinet, eas in libro prædicto requirendas omitto.

3. Sulphureæ seu Therma Bathonienses in Somersetto, & Buxtonienses in agro Derbiensi, Aquisgranenses juxta limites Ducatus Fuhacensis & Limburgensis, Borbonenses apud Gallos, Baia apud Italos, Badenses in Germania, Bollenses in Ducatu Wirtembergico, Budaenses in regno Hungariæ, Hungariæ, &c. *Vires*. Aquarum mineralium Vires, pro diversitate commixtorum mineralium discernendæ, in quibus tamen, cum impossibile sit, in accuratam earum devenire mixtionem, experientiæ potiores partes dandæ sunt. *Schrod.*

Qui particulares usus variarum Aquarum Medicinalium scire desiderat, adeat prolixas dissertationes Autorum de iis expressim scribentium, videlicet. Gab. Falloppium, Gesnerum, Johannem Baubinum, Henricum ab Heers, Baccium, Jordanum, Autores Venetiis impressos, Blondellum, Wittium, Clostium, Listerum, Boyleum, Slareum, Act. Philosoph. Lond. No. 351. p. 564.

SECTIO SECUNDA.

De Terris Medicamentosis.

EX mineralibus sunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinentia, à communi tamen terra quodammodo recedunt.

Terræ medicamentosæ sunt corpora friabilia, & arida, inducilia, opaca, si in aqua solutæ fuerint, per filtrum separabilia.

Hæ in quatuor classes dividi possunt, videlicet 1. Boli. 2. Argillæ. 3. Margæ vel Lutæ. 4. Cretæ. De quibus, suis locis.

Terræ variis modis ab authoribus dividuntur, ratione qualitatum, colorum, saporum, odorum, mixturarum, & locorum: vel ratione usus; sic Figuli & Plastræ sibi seligunt Argillas & Cretas. Fabri lignarii Rubricas. Pictores Paretonium, Melinum. Fullones Cimoliam & Terram Saponariam. Fabri Argentarii Cretam argentariam. Alii alias. Medici Ter-

Terras praeparatas & sigillatas. Vide *Casp. Swenckfeldium de Fossilibus*, pag. 394. ad pag. 398.

I. De Bolo.

EST terra ex pallido rubra, pinguis, & parum Stiptica, & ad linguam promptè adhaerens.

1. Bolus Armena *Offic.* Bolus Armena Orientalis *Mont. Exot.* 13. Bolus Orientalis *Charlt. Foss.* 5. *Calc. Mus.* 111. Bolus Armena five Armeniaca *Dougl. Ind.* 118. Bolus orientalis, quibusdam Armena *Worm. Mus.* 11. Bolus seu Terra Armenia *Aldrov. Mus. Metall.* 269. Bolus Armenius verus *Kentm.* 7. Bolus vera quibusdam. A. Bole-Armoniack. Gal. Bol d'Armenie. G. Bolus von Armenien/ Roststein. B. Bolus van Armenie. Est substantia terrea, ex flavo pallidè rubicunda, ponderosa, pinguis, facile friabilis, saporis astringentis. Eruitur ex terræ fodinis in Turcia, & ad nos adfertur. Hodie apud nos est admodum rara, nam quæ apud Pharmacopolas adhibetur ad colorem Rubricæ accedens, ex Hispania, aut ex Normannia advehitur, ut scribit *Aldrov. Matthiolum* ad Rubricam Sinopicam accedere existimat. *Vires.* Alexipharmaca est, inhibendo acidum in Sanguine astringit aliquomodo, & hinc in Fluxionibus adhibetur, Externe siccat, ac cicatriculam inducit vulneribus.

2. Bolus Bohemica, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 271. Bolus Bohemicus rubens *Kentm.* 7. A. Germ. Bole. Gal. Bol d'Allemagne. G. Teutscher-Roststein. B. Duitse Rode-steen. Est substantia terrea ex flavo pallidè rubicunda, sed minus intensè quam præcedens, cum aliquot venis flavescentibus, ponderosa, facile friabilis, saporis astringentis. Ex fodinis Bohemiæ eruta ad nos advehitur. *Vires.* Easdem habet vires cum præcedente, & in Officinis nostris vulgatissima est. In febribus exanthematum symptomate oppressis præstantissima prædicatur, ut scribit *Aldrov.*

3. Bolus rubra nostras *Ind. Med.* XXI. A. French Bole. Gal. Bol François. G. Frantzöischer Bolus. B. Franse Bolus. Sed nobis est incognita, quomodo differt à Bolo nostro.

4. Bolus Blesensis, *Ind. Med.* XXI. A. Earth of Blois. Gal. Terre de Blois. G. Erd von Blois. B. Aerde van Blois. Terra est ex rubro pallescens. De usu ejus nil inveni.

5. Bolus Toccavienfis *Offic. Charlt. Foss.* 5.

Worm. Mus. 2. Bolus Hungaricus, *Crato.* Bolus Tokaikus, *Schw.* 370 Bolus Pannonicus verus, *Kentm.* 7. A. Transylvanian Bole. Gal. Bole d' Toccav. G. Tockayscher Bolus. B. Tockaische Bolus. Notas Boli Armenæ veræ habet, & instar butyri in ore liquefcit. In Transylvania ad Toccoam seu Tockai effoditur. *Vires.* In Catarrhis & peste valdè commendatur. A Cratone in usum medicum fuit traductus, qui eam præfert Armenæ, quæ Imperatori ex Turcia allata erat. An à priore differat, nescio.

6. Rubrica Sinopica *Offic. Matth.* 1359. Rubrica Sinopis *Agricol.* 583. Terra Sinopiana *Tourn. Voyag. Ed. Lond.* 2. 159. A. Earth of Sinope. Gal. Craye rouge, ou Crayon rouge. G. Roststein von Sinope. B. Roode Aarde van Sinope. Optima verò est spissa, gravis, jecoris colore, sibi que tota concolor: & quæ, cum diluitur, diffunditur copiosè. Effoditur in Cappadocia, Sinopa urbe venditur. *Vires.* Vim habet exsiccatoriam, alvum sistit, &c. *Diosc.*

Sunt qui putant viridem esse, arbitantes colorem viridem in re armoria Sinople Gallicè dictum, ex oppido Sinope nomen accepisse, narrat *Tournefortius*; veteres eam haud leviorè mollioremve existimasse, quàm Bolum quæ in variis Hispaniæ locis reperitur, & Almagra appellatur; denique esse Crocum Martis nativum censet.

7. Bolus Armena lutea *Mont. Exot.* 13. Bolus luteus Theophrasti *Kentm.* 7. Bolus Armenus naturalis flavus *Aldrov. Mus. Metall.* 270. An Terra Arabica sigillata sublutea *Charlt. Foss.* 6? A. Yellow Armenian Bole. Gal. Bol. d'Armenie jaune. G. Gelbe Bolus von Armenie. B. Geele Bolus van Armenie. Linguae adhæret, fortiter astringit, & vim resistendi malignitati eximiam obtinere dicitur.

8 Bolus candidus *Offic.* Bolus candidus Lignicensis seu Terra sigillata Goltbergenfis. *Charlt. Foss.* 5. *Worm. Mus.* 10 Bolus candidus Lignicensis *Schw. Foss.* 397. Terra sigillata Lignicensis *Schrod.* 318. *Aldrov. Mus. Metall.* 265. Unicornu Minerale *Schrod.* 111. 318. Axungia Lunæ Chymicis. A. White Bole. Gal. Bol blanc. G. Weißer Bolus. B. Witte Bolus. Effoditur ad Goltbergam in Ligiis, & Strigonium. *Vires.* Capitis dolores mulcet & mitigat, cerebrum roborat, Diarrhœæ & Dysentericæ medetur, albumque Uteri fluorem peculiari vi curat.

9. Bolus Armena alba *Mont. Exot.* 13. A. White Armenian Earth. Gal. Bol blanc d'Armenie.

menie. G. Weisser Armeniersche Erde. B. Witte Armeniaanse Bolus. Ex Armenia transportatur. Vires Cum primo convenit. In Officinis nostris non invenitur.

II. De Argillis.

SUNT terræ ponderosæ, unctuosæ ac pingues, quæ linguæ promptè adhaerent, & in ore dentatæ è sevo quasi constare videantur.

A. 1. Argilla Offic. Mer. Pin. 219. Charlt. Foss. 1. Worm. Mus. 2. Schw. Foss. 365. Aldrov. Mus. Metall. 227. Argilla nostras figura Ind. Med. XIV. A. Clay. Gal. Argille, ou Terre glaise ou Terre grasse. G. Töpffer, Erde oder Thon. B. Kley. Variæ sunt species & colores, in usu Figulorum & aliorum Mechanicorum, sed quænam ex omnibus in usum medicum veniat, me planè nescire fateor. Kentmannus p. 4, & 5. enumerat Argillas candidas micis argenteis internitentes: Cinereas, ex qua Noribergæ cum terra arenosa fiunt vasa liquationis, in quibus Orichalcum conficitur. Luteas. Fulvas. Rubras micis argenteis nitentes. Ferrugineas; quibus tinguntur Fornaces, quæ ex ferro fiunt. Bohemicas friabiles, ex quibus eximuntur Granati. Vires. Omnes species Argillarum siccant, astringunt. & abstergunt. Avicen.

Apud Wormium Porcellana Chinenfis est Argillæ purissimæ species Vide fusè differentem pag. Mus. 3. etiam Aldrov. Mus. Metall. 230. Pulverem fragmentorum horum vasorum nonnulli in dentifriciis adhibent.

A. 2. Terra Lemnia Offic. Aldrov. Mus. Metall. 262. Terra Lemnia rubra Worm. 10. Charlt. Foss. 5. Lemnia terra Matth. 1360. Lemnia vel sigillata vera Kentm. 3. Lemnia terra Dougl. Ind. 52. Terra sigillata Turcica rubra Mont. Exot. 14. A. Earth of Lemnos. Gal. Terre scellée ou sigillée. G. Erde aus der Insel Lemnos. B. Roode Aerde van Lemnos. Est substantia argillacea, sebacea, pinguis & ponderosa, ex flavo rufescens. Eruta ex terræ fodinis in Insula Lemno & alibi in Turcia, undè ad nos adfertur. Vires. Sanguinem aliquo modo incrassat & astringit, præsertim si particule acidiores in Sanguine abundant, nam cum acido effervesceat: Alexipharmaca ac Sudorifica est; Alexipharmaca inhibendo motum Sanguinis pestilentiali aliquo fermento excitatum, sudores ciere potest constringendo vasa, & sic exprimendo ferum aliquod.

A. 3. Terra Lemnia alba Offic. Terra Lemnia sigillata alba Charlt. Foss. 5. Terra sigillata Lemnia alba Worm. 9. Terra Lemnia

vel sigillata candida Kentman. 1. Terra sigillata Turcica alba Mont. Exot. 14. A. White Earth of Lemnos. Gal. Terre blanche de Lemnos. G. Weisse Lemnische Erde. B. Witte Aerde van Lemnos. Aliquantulum tenax & lubrica est, ob pinguedinem, adè ut linguæ adhæreat sine mordacitate. Si in aqua resolvitur, similis erit molli ceræ. In Insula Lemno eruntur. Vires. Sanguinis ex utero profluvia, & fluxus muliebres compefcit, venenis morbisque malignis resistit; rabidi canis morfui medetur.

A. 4. Terra Eretria Offic. Matth. 1392. Terra Eretria cinerea ultramarina, quæ Medici utuntur, Kentm. 1. A. Eretrian Earth. Gal. Terre Eretrienne. G. Eretrianische Erde. A. Eretiaanse Aerde. Duæ sunt Eretriades; una alba est, altera cinericea. Optima habetur ad cinericeum colorem vergens, perquam mollis: quæ si per aramenta tracta tractim ducatur lineam violaceam refert. Vires. Vim habet astringentem, & refrigeratorem, leviter mollientem: cava explet, & sanguinolenta conglutinat Diosc.

A. 5. Pnigites Offic. Charlt. Foss. 3. Worm. 5. Terra Pnigites Aldrov. Mus. Metall. 259. Matth. 1392. A. Black Earth. Gal. Terre noire. G. Scharze Erde. B. Zwarte Aerde. Pinguis est, spissa, mollis, nigra, astringens, & acris valde, sapore Vitriolum refert. Vires. Eisdem effectus habet quos Cimolia, paulò tamen infirmior est. Diosc. Partibus divisis constare affirmat Wormius.

A. 6. Ochra Offic. Mer. Pin. 218. Charlt. Foss. 2. Schrod. 320. Ochra Anglica Worm. 17. Ochra Aldrov. Mus. Metall. 254. Ochra nativa Calc. Mus. 137. Ochra nativa sive Sil Gossariensis Kentm. 8. Ochra fossilis seu nativa crocei coloris Dougl. Ind. 64. Vitriolum abortivum Lillar. de Font. Sil Plin. A. Yellow Oker. Gal. de l'Ocre ou Rubrique. G. Gelbe Ocker. B. Geel Oker. Est substantia argillacea, coloris flavi, seu lutei, saporis astringentis. Vires. Siccatur, astringit, discutit, excrescentias reprimit. Usus ejus rarissimus est. & non nisi externus, ac præcipuè in vibicibus & collisis, tum quoque in tumoribus duris discutiendis Schrod.

A. 7. Terra Silesiaca Offic. Terra sigillata vulgò, sive Terra Strigenfis. Terra sigillata Germanica lutea Strigenfis dicta Schrod. 111. 317. Sigillata Strigoniana Charlt. Foss. 5. Terra Silesiaca sigillata qui Chymicis Axungia Solis dicitur ejusd. 6. Terra sigillata Germanica, Sigillum Strigonienfe, Axungia Solis Chymicorum Worm 12. Terra sigillata Silesiaca

fiaca Hoffm. Paral. Offic. 664. Terra sigillata Silesiana Imp. Hist. nat. 128. Terra sigillata Strigoniensis Schwenck. Fossil. 395. Bolus Silesianus Calc. Mus. 110. A. Sealed Earth of Striga. Gal. Terre de Strigie. G. Strigische Erde. B. Strigise Aerde. Terra est lutei coloris, ad flavedinem vergens, pinguis, viscosa, instar butyri in aqua vel ore diffuens. Generatur in Auri fodinis Montis acuti, seu D. Georgii ad Strigonium oppidum Ducatus Suidnicensis inter durissimas rupes. Indè eruitur, & summâ diligentia ordinatione Magistratus præparatur, & in formam orbiculorum impresso sigillo redigitur, montis diversis prominentiis distinctum, cui additur duarum clavium, decussatim se interfecantium, Scutum, ad dextram Stella infra montem hæc leguntur: Terra sigillata Montis acuti. Hujus Terræ meminit Wormius rubei coloris. Vires. Hæmoptoicis, Phthificis, ulceribusque Pulmonum utilis: Contra omnem Hæmorrhagiam valet: Dysenteriam aliâque ventris profluvia sistit, Schwenck. Magnopere laudatur à Sennerto Lib. de Peste.

A. 8. Terra sigillata alba & rubra magni Ducis Mont. Exot. 13. A. White and red Sealed Earth of Tuscany. Gal. Terre sigillée blanche & rouge de Toscane. G. Weiße und rothe Siegel-Erde von Toscanen. B. Wit en roode Aerde van Toskanen. Vires. Astringentia & edulcorantia affirmantur Mont.

A. 9. Terra Vitriolata sigillanda M. Hoffm. Flor. Altdorf. Hanc ex crypta Veldensi, Dak Seiklock dicta petitam. Similis est terræ Silesiacæ. Vires. Idem cum Silesiaca in febribus mali moris multiplici experimento notavit C. Hoffman. Paralip. Offic. 665.

Terræ Sigillatæ ix. Species apud Pharmacopolas nostros, Druggistas vulgò, venales observavi: 1. Argillam quandam seu terram pinguem, cineream, in orbiculos seu placentulas coactam Constantinopoli, undè ad nos adfertur, & characteribus Turcicis seu Arabicis inscriptam. Hæc (quamvis rariùs apud nos inveniantur) species illa est, quæ nostrâ sententiâ usurpari debet, cum in formulis medicamentorum Terra Sigillata præscribitur, ut quæ Terræ Lemniæ veræ vires possideat, ideòque pro ea substitui possit, ut Succedaneum. 2. Terræ Lemniæ frustula seu fragmenta pulverisata, & cum mucilagine gummi Tragacanthæ in massitas composita. Hæc etiam rariùs in Officinis invenitur. 3. Est Terra quædam pinguis, cinerea, Cimoliæ purpurasc. perquam similis, si non eadem. 4. Margæ species è fusco flavicans. 5. Bolus Germanica. 6. Bolus Armeniaca

vera, sed rariùs. 7. Rubrica, quam ochram rubram vocant Angli. 8. Cimolia alba, Hippiatris & Veterinariis. A. White Lumberstone. Gal. Cimolée blanche. G. Weiße Kreide. B. Witte Kryt. dicta. Hæc pro Terra Samia vera vulgò venditur, ut suo loco ostendemus. 9. Ex Officina D. R. B. Terram quandam Terræ Silesiacæ titulo accepi è Rubrica & Cimolia alba in pulverem redactis & commixtis compositam. Hæ sunt omnes, quas hætenus observavi, Terræ sigillatæ species, quamvis minimè dubitem quin & aliæ multæ inveniantur apud Pharmacopolas fraudulentos in urbe Londinensi, & alibi, quibus imperitos fallunt, credulique & incautis imponunt. Quocirca liceat mihi fratres & symmystas Pharmacopœos amicè admonere, ut (quod jam antea dixi) quodocunque in Receptis, quas vocant, Terra Sigillata præscribitur, vel primo hîc descriptam, vel ejus loco Terram Lemniam adhibeant. Vide Historias & Characteres Terrarum sigillatarum apud Wormium in Museo, à p. 5. ad p. 15. etiam Alârovandum in Museo suo Metallico, p. 265. 266. 267. Major pars illarum sunt varia luta & limi siccata & signata, observante Cæsalpino. Monet quoque Schwenckfeldius, in Sigillata Terra emenda Pharmacopœi sibi diligenter caveant ab impostura. Solent namque circumforanei Lutum aut Argillaceum quiddam, in formam placentarum affabre fictum, & variis notis insignitum passim credulæ plebeculæ obtrudere, magno sæpè ægrotantium incommodo. Terræ Lemniæ, omnibusque aliis sigillatis multum præfertur à medicis Germanicis. Charl. Fossil.

A. 10. Terra Turcica Offic. Terra sigillata Turcica Schrod. 317. Pastilli Turcicis characteristicis insigniti Worm. 9. A. Turkey Earth. Gal. Terre de Turquie. G. Turckische Erde. B. Turkse Aerde. Color internus totius massæ cinereus, externus rubicundus; cum veræ Terræ Lemniæ minimè respondet. Vires. Pro Terra Lemnia communiter venditur, cujus viribus respondet.

A. 11. Terra sigillata Livonica Offic. Worm. 12. Charl. Fossil. 6. A. Sealed Earth of Livonia. Gal. Terre sigillée, ou scellée de Livonie. G. Liefländische Siegel-Erde. B. Gezegelde Lieflandise Aerde. Rubicundior est quàm Terra Silesiaca. Vires. Valdè astrictoria est; ideòque in Dysenteria, Diarrhœa, aliisque profluviiis commendatur.

A. 12. Cimolia purpurascens Offic. Matth. 1392. Smectis seu Terra Fullonica Mer. Pin. 218. Smectis seu Terra Saponaria Anglica

Worm. 4. *Smeētis* seu *Terra Saponaria* & *Fullonica* *Charlt.* 2. *A. Fullers Earth.* *Gal. Smeētis*, *Soletard.* *G. Braunroht.* *B. Volders-Aarde.* Est substantia argillacea, pinguis, & ponderosa, è cinericeo purpurascens. Ex fodinis Angliæ eruta est. *Vires.* Usus ejus internus, vel nullus, vel rarus in Medicina est. Externè siccatur & astringit.

A. 13. Cimolia alba *Offic. Matth.* 1392. *Terra Cimolia* *Tourn. Voya. ad Angl.* 1. 113. *Argilla alba* *Charlt. Fossil.* 1. *Cimolia Terra Calc.* *Mus.* 127. *Creta Fullonica* *Worm.* 3. *Creta Cimolia* *Aldrov. Mus. Metall.* 1. 245. *Terra Candida Saponaria* sive *Fullonica* *Kentm.* 1. *A. Tobacco-Pipe Clay.* *Gal. Cimolée blanche.* *G. Weiße Kreide.* *B. Witte Kryt.* Est substantia argillacea, unctuosâ, pinguis & ponderosa, colore albo. Effoditur è fodinis Angliæ. *Vires.* Siccatur & astringit, vel internè, vel externè. In febribus tam intermittentibus quam continuis prodest, præcipuūque fuit in hujusmodi casibus *Mayerni* arcanum, uti *Windebancus* olim *Woodwardo* narravit.

Terra Cimolia, quæ nomen a *Loco* accipit, tantòque apud Antiquos pretio fuit, à *Tournesortio* describitur esse *Creta alba*, gravis & insipida, sabulo leviusculo aut arenulis abundans; hæc Autori nostro eadem esse videtur, atque *Creta* quæ apud *Parisios* nascitur, nisi quod *Terra Cimolia* sit pinguiuscula, & *Saponi* similis, pro quo etiam ab Incolis in linteis abstergendis usurpatur, nec enim alio utuntur *Sapone*; videtur autem natura haud absimilis *Steatiti*, qui in *Rupe Saponacea* apud *Cornubios* nascitur, eundemque ad usum adhibetur. Nec verò nuperus admodum est hic usus, quum etiam apud Antiquos pannis lavandis usurpata fuit, & ad hanc rem *Cimolia alba* nostra est aptissima, eamque ab causâ nê ad exteras gentes exportetur, lege cautum est. Hacce potissimum utuntur, qui fistulas, seu tubulos ad sugendum *Nicotianæ* fumum conficiunt. In placentulas coacta Sigillo aliquo notata, *Terra sigillata alba.* *A. White Lumberstone.* *Gal. Cimolée blanche.* *G. Weiße Kreide.* *B. Witte Kryt.* in Officinis dicitur. Eandemque pro *Terra Samia* non infrequenter à Pharmacopolis vendi observavimus.

A. 14. Terra Samia *Offic. Charlt. Foss.* 3. *Aldrov. Mus. Metall.* 239. *Matth.* 1391. *Worm.* 5. *A. Earth of Samos.* *Gal. Terre de Samos.* *G. Erde aus Samos.* *B. Aerde van Samos.* Est substantia argillacea, sebacea, pinguis, & ponderosa, albi coloris, seu potius pallide ochroleuci, saporis astringentis. Ex insula *Samo* o-

lim transportabatur, sed rarò in officinis nostris Pharmaceuticis invenitur. *Vires.* Sanguinis reiectiones sistit *Diosc.* Cum terra *Lemnia* viribus convenit, cui succedaneum est.

A. 15. Terra Chia *Offic. Charlt. Foss.* 4. *Worm.* 8. *Aldrov. Mus. Metall.* 247. *Matth.* 1391. *Calc. Mus.* 125. *A. Earth of Chios.* *Gal. Terre de l'île Chie.* *G. Erd aus der Insel Chios.* *B. Aerde van Chios.* Ex insula *Chio* allata est, terra crustosa, candida, vergens ad cinereum. *Samia* similis. *Vires.* Ad rugas abstergendas, ad ambusta, aliaque, ad quæ *Samia* commendatur *Worm.* Ejus loco substitui potest vel *Samia* vel *Cimolia alba*.

A. 16. Terra Portugallica. *A. Earth of Portugal.* *Gall. Terre de Portugal.* *G. Erde von Portugal.* *B. Aerde van Portugaal.* Terra est colore subrubens ad rosam vergens. Stiptica & astringens, adeò ut linguæ adhæreat; in placentulas coacta, signatura rosæ impressa. *Vires.* Valdè astrictoria & stiptica est: in profuviiis ventris valet.

Postquam hæc scripseram, fragmenta quædam ollarum accepi nomine *Terræ Portugallicæ*, colore rubentis, instar *Boli* veræ, tactu stipticæ & astringentis. An *Vasa figulina Lusitanica* adversus venena *Aldrov. Mus. Metall.* 229. ? In omni fluxu ventris etiam laudatur.

A. 17. Terra Noceriana *Mont. Exot.* 14. *Terra Bezoartia de Nocera*, Species de *Terræ Lemniæ* *Boccon. Mus. di Fisci.* p. 61. *A. Earth of Nocera.* *Gal. Terre de Nocere.* *G. Erde von Nocera.* *B. Aerde van Nocera.* *Ufu* Terra alba in *Nocera* invenitur. *Vires.* Alexipharmaca, in Febre maligna & ardore urinae efficacissima *Boc.* Adstringens & edulcorans est. *Mont.*

III. *De Marga.* *A. Morle.* *Gal. La Moëlle de Pierre,* *G. Mergel oder Steinmark.*

B. Merg in de Steene.

Marga est substantia terrea, friabilis, levis, media substantia inter Argillas & Cretas, b. e. non ita sebacea & pinguis ut Argilla, nec tam plastica ut Creta.

A. 1. Marga *Offic. Schrod.* 320. *Mer. P.* 218. *Aldrov. Mus. Metall.* 221. *A. Morle.* *Gal. Moëlle de Pierre.* *G. Steinmark / Mergel.* *B. Merg in de Steenen.* Variæ sunt species & colores, ut rufa, grisea, & lutea. Est portio quædam pinguis & quasi medulla in saxis nonnullis, dum franguntur, reperta. *Vires.* Siccatur, con-

constringit, consolidat, farcotica est, tartarum sanguinemque coagulatum resolvit, *Schrod.* Apud *Kentmannum* variae Margarum species occurrunt. Candida, pinguis, mollis. Subcinerea, lapidosa, quæ artifices utuntur in effingendis imaginibus. Fulva, crustacea, quæ reperitur in terrâ arenosâ, aurum in se continens. Dura lutea arenosa Belgica, quæ incolæ, sicut aliis in locis, agros stercoreant.

A. 2. Marga saxatilis cinerea *Offic. Worm.* 6. Marga Goselaria cinerea *Agricol.* 579. Marga Goslarica *Charlt. Foss.* 4. A. *Asb-coloured Marble.* Gal. *Moëlle de pierre cendrée.* G. *Aschfarben Mark.* B. *Aschgrauw Merg in de steenen.* in faxorum cavitatibus & fissuris reperitur. Cinerei est coloris, ex crustis crassius constans, sapore aridiusculo. *Vires.* Astringentem & Emplasticam vim habet, sanguinis profluvium sistit. Externè cum Terrâ Samiâ viribus convenit.

A. 3. Marga saxatilis incarnata *Offic. Worm.* 6. *Charlt. Foss.* 4. A. *Reddish Marble.* Gal. *Moëlle de pierre incarnée.* G. *Fleischfarbicht Mark.* B. *Vlees-lyf-verwig Merg in de steenen.* Ex montibus Bohemicis & Ligiis allata. Terra est pinguis & lubrica, colore incarnato, ponderosa, linguæ adhærens, digitos subluteo colore tingens. *Vires.* Prodest ruptionibus, fracturis, fluxionibus, Hæmorrhoidis, Dysentericis; venenis morbisque pestilentibus resistit.

A. 4. Marga candida *Offic.* Marga Feroensis *Charlt. Foss.* 4. Marga ex insulis Feroensibus *Worm.* 6. *Stenomarga Agricol.* 578. *Morten. Northamp.* 62. *Agaricus mineralis Imper.* 129. *Cod. Med. v. Lac Lunæ Woodw. Att.* 8. *Plot. Ox.* 58. *Boet.* 413. A. *White Stone-Marble.* Gal. *Agaric mineral, lait de Lune.* G. *Weisser Stein-Mark.* B. *Witte Merg in de Steenen.* In Germania reperitur. Substantia est fungosa, alba, friabilis. *Vires.* Refrigerat, astringit, Sanguinis eruptiones sistit, mensiumque profluvium Pollinem ejus Chirurgi ulceribus desiccandis inspergunt *Gesn.* Cosmetica est insignis *Plot.* *Anselmus Boetius* ad lapidem Galactitem refert, quando durior est, sed si mollior sit ad Margæ species; non putat enim Morochthum, Galactitem, & Melititem lapidem, aliud esse quam Margam induratum. Vide *Dan. Major de Lacte Lunæ dissertationem Medicam.* edit. 1667.

A. 5. Rubrica Fabrilis *Offic. Mer. Pin.* 218. *Matth.* 1359. *Calc. Mus.* 134. *Dougl. Ind.* 80. *Rubrica Charlt. Foss.* 2. *Worm.* 4. *Aldrov. Mus. Metall.* 257. *Rubrica Fabrilis Mollis Kentm.* 8. A. *Red Oker, Ruddle, Marking-stone* Gal. *Ochre rouge.* G. *Köthelstein.* B. *Roode Oker.* Est

substantia terrea, ponderosa, intense rubra, saporis astringentis. Multis in locis reperitur, v. g. in agris *Herefordiæ, Lancastriæ, Hamptoniæ, Rutlandiæ, &c.* *Vires.* Siccat & astringit. Usus ejus medicus est in Emplastris vulnerariis & siccantibus. In Laterculos coacta pro Bolo communi, A. *Common Bole Armoniack.* Gal. *Bole commun d'Armenie.* G. *Gemein rohten Bolus.* B. *Gemeene Bolus van Armenie.* In Officinis a Pharmacopolis venditur, in placentalas coacta in sigillo aliquo signata *Terra Sigillata rubra,* A. *Red Lumber-Stone.* Gal. *Terre rouge sigillée.* G. *Köhte Siegel-Erde.* B. *Roode gezegele Aerde.* Dicitur. Rubrica laminata *Worm. Charlt. Foss.* Rubrica fabrilis dura *Kentm.* Dura est, & Fabris lignariis usitata; non nisi madefacta lineas ducit rubicundas.

A. 6. Terra Tripolitana & Tripolis *Offic.* *Tripolis Schrod.* 320. Terra seu Gleba Alana *Calc. Mus.* 131. Alana terra, vulgò A. *English Oker.* Gal. *Tripoli.* G. *Englisches gelbe Oker.* B. *Tryppelsteen.* Est substantia terrea, facile friabilis, coloris citrini intensi, saporis astringentis. Eruta est ex fodinis. *Vires.* Siccat & astringit. Usus ejus in Pharmacopœia vel nullus, vel rarus est, nisi quod pro destillandis Spiritibus salinis, salibus admisceatur, quod minus ea fluant.

A. 7. Lapis Morochthus *Offic. Boet.* 411. *De Laet.* 140. *Matth.* 1385. *Calc. Mus.* 275. Morochthus aliis Leucogæa, Leucophragis, Galaxius, Graphida, Galactites *Worm.* 71. *Charlt. Foss.* 30. Morochthus *Aldrov. Mus. Metall.* 668. *Agricol.* 606. A. *White-Marking-Stone.* Gal. *Pierre Morochthus.* G. *Weisser Marmer.* B. *Wit Marmelsteen.* Est substantia mollis, lubrica, colore varians, viridis, aliquando alba, nigra, vel mellis. Reperitur in Anglia, Saxonia, Ægypto, &c. *Vires.* Convenit iis qui sanguinem expuunt, coeliacis, & vesicæ doloribus; ad fluxus matricis commendatur. Ulcera oculorum sanat, *Diosc.*

A. 8. Lapis Galactites *Offic. Boet.* 412. *De Laet.* 140. *Matth.* 1385. Galactites *Aldrov. Mus. Metall.* 665. *Agricol.* 606. *Calc. Mus.* 276. A. *Milk-Stone.* Gal. *Pierre Galactites, (ainsi appelée parce quelle rend du lait.)* G. *Witch-stein.* B. *Melk-steen.* Substantia est mollis, cinerei coloris, gustu dulcis. Invenitur in Saxonia. *Vires.* Laudatur ad fluxiones oculorum, & ulcera *Diosc.* Nutricum Lac auget *Boet.*

A. 9. Lapis melitites *Offic. de Laet.* 142. *Calc. Mus.* 276. *Boet.* 416. *Matth.* 1385. Melitites *Agricol.* 606. A. *The Honey-Stone.* Gal. *Pierre Melitites.* G. *Honig-Stein.* B. *Honigsteen.*

steen. A Galactite tantum colore & dulcedine differt. *Vires.* Eiusdem cum Galactite effectus *Diosc.* Abstergere paulo magis ac paulo calidior Galactite videtur *Galen.* Ex iisdem Saxis calcis gignitur Galactites & Melitites *Agricola.* lib. v. *De Nat. Fossil.* *Wormius* inter Morochthum, Galactitem, & Melititem hoc discriminis ponit, quod Morochthus lacteum succum edat, absque mellis dulcedine, nec albus, nec cinereus existens. Galactites vero albus vel cinereus est, lacteum succum sine mellino sapore promens. Melitites vero vario colore, succum lacteum mellis dulcedine exhibet. Verum has tres *Jo. de Laet.* lib. de Gemmis & Lapidibus, p. 142. inter se differre statuit, & hoc modo distinguit: Qui igitur cinereo colore constat, aut nigro, Galactites fuerit: qui flavescit, mellis similitudinem etiam in colore referens, merito dici possit Melitites: subviridis autem Morochthus. Nitet autem gemma instar Morochthus magis quam ceteri.

A. 10. Lapis Thyites *Offic. Matth.* 1386. *Thyites Boet.* 415. *De Laet.* 142. *Aldrov. Mus. Metall.* 670. A. The Green Stone. *Gal. Pierre Thyites.* G. Grünstein. B. Groensteen. Subviridi est colore, laspidem imitatus, cum diluitur tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet. In Æthiopia gignitur. *Vires.* Tenebras, quæ pupillis obversantur, expurgat *Diosc.*

Thyites *Dioscoridis* quid fuerit, nobis incognitum est. At neque superioris seculi scriptoribus melius intellectum. *Fuchsius* lapidem Turcicum esse existimat, cuius opinio à *Matthiolo* bene refutatur, ad quem lectorem remitto. *Agricola* lib. 6. de *Nat. Fossil.* à Morochtho nihil differre iudicat.

IV. De Creta.

EST terra durior, emplastica & candida, non sebacea, neque pinguis, & quod ad linguam promptè hæret.

A. 1. Creta *Offic. Mer. Pin.* 218. *Schrod.* 320. *Worm. Mus.* 3. *Charlt. Foss.* 2. *Worm.* 3. *Agricol.* 580. Terra Creta *Aldrov. Mus. Metall.* 241. Creta alba, seu candida *Dougl. Ind.* 28. A. Chalk. *Gal. Craye.* G. Kretde. B. Kryt. Ex terræ fodinis variis in locis effossa. *Vires.* Siccat & abstergit, Emplastica est. Usus ejus internus nonnunquam in ardore Stomachi, Cardialgia falso dicta. Externus in Vulneribus, Ulceribus, &c. siccandis. *Præp.* Calx viva *Offic. A. Lime.* *Gal. de la Chaud vive.* G. Ungeleschter Kalk. B. Onbestagen, levendige on-

gebluste Kalk. Est substantia lapidosa ex albo cinerea, facta ex Creta ignis violentia in Calcem exusta; saporis acris & mordacis. Usurpatur externe solum in ulceribus fordibus, Cancro, Gangrænâ, &c. Interne siccat Calx extincta. *Offic. A. Slak'd Lime.* Gal. Chaud fusée. G. Geleschter Kalk. B. Uytgebluste Kalk. Est Calx viva cum sufficienti quantitate Aquæ soluta. Vide *Cap. de Lapipe* Calcario in *Seçt. Sextâ de Lap. minus pretiosis.*

A. 2. Terra Melitæa *Offic. Schrod.* 317. Terra Melitensis *Charlt. Foss.* 4. *Worm.* 6. *Aldrov. Mus. Metall.* 253. Terra ex Melita Insula effossa *Calc. Mus.* 130. Terra Melitensis. Gratia Sancti Pauli *Mont. Exot.* 14. Terra Sigillata Sancti Pauli vulgò. A. Earth of Malta. *Gal. Terre de Malte, ou Terre de Saint Paul.* G. Erde von Malttha. B. Aerde van Maltba. Est substantia cretacea, ponderosa & emplastica, colore exalbido, sapore astringenti. In tabellas coacta, & capite Divi Pauli cum vipera signata ex Insula Melitæa ad nos transportatur, sed raro aut nunquam in Officinis Pharmacopolarum nostrorum invenitur. *Vires.* Ut in externa facie, ita & viribus cum præcedente convenit. Extat Charta quædam lingua Italica exarata, quæ de viribus terræ hujus disertè agit.

Melitensis etiam terræ mentionem facit *Schroderus* in sua *Pharmacop.* lib. de Terris: inquit *Paulus Ammannus*, quæ an virtutis sit Alexipharmacæ, & quidem tantæ, quantæ vulgò æstimatur, breviter videndum. Propriè terra Melitensis dicitur corpus illud globosum, quod in spelæo S. Pauli in Insula Malttha reperitur vel effoditur; impropriè verò corpus aliquod petrosum, linguam serpentinam referens, & huic glebæ adhærens. De utroque referunt Historici sequentia: Postquam Apostolus varia edidit in Insula Malttha miracula, statim omnia venenata animalia suam vim nocivam exuerunt, adeò quidem, ut hodie nulla venenata animalia ibidem reperiantur, imò si quæ forsan importentur, statim venenum, & lædendi potentiam perdunt, ex eo, quòd, cum Apostolus Melitæ sarmenta in ignem conjiceret, viperâ manui adhærente, omni reptilium generi maledixerit, terræ contrà benedicendo. Hinc tanta virtus terræ Melitensi & glossopetris attributa. Ast quoniam hæc præter narrationem factam aliàs nullibi leguntur, vel firmo etiam experimento stabiluntur, fidem hanc historicam tam facile in nostra Praxi vix admittimus, præprimis cum ipse *Niederstedius* in *Descript. Ins. Melit.* p. 25. hæc

hæc de re dubitet. Accedit, quod glossopetræ falso credantur esse viperarum linguæ, miraculo Divi Pauli petrae factæ, inferius hæc pluribus demonstraturus.

A. 3. Plumbum nigrum *Offic.* Nigrice fabrilis *Mer. Pin.* 218. *Charlt. Foss.* 2. Massa nigra ad Pnigitem referenda *Worm.* 5. Ochra nigra *Phil. Transf.* No. 240. p. 183. An Creta nigra mollis & dura *Kentman* 7? A. *Black Lead. Wadt, Kello. Gal. Craye noire. G. Schwarze Kreide. B. Zwarte Kryt.* Invenitur in fodinis. Mollis est, sed tamen consistentiæ firmioris, levis, & splendens, non petrosa, in frustra variæ magnitudinis divisa. *Vires.* Refrigerat, siccatur, repellit. Usus præcip. adversus strumas tumoresque frigidos & Phlegmaticos. Ad ducendas lineas, & monochromata à pictoribus & fabris usurpatur. N. B. Optima censetur quæ invenitur in Anglia, v. g. apud Kewick in agro Cumberlandia; quæ ex Hispania adfertur fragilis est, pessima quæ ex India Orientali advehitur.

A. 4. Creta Selinusia *Offic.* *Aldrov. Mus. Metall.* 248. Terra Selinusia, *Matth.* 1392. *Calc. Mus.* 126. A. Earth of Selenusia. Gal. Terre Selenusienne. G. Selenusische Erde. B. Selenusiaanse Aerde. Maximè laudatur, quæ vehementer resplendet, candida, friabilis, & humore dilui celerrima. *Vires.* Siccatur & astringit, ad ulcera commendatur. Quamvis terra Eretria, Chia, Selinusia, Pnigitis & Melia antiquis notissimæ fuerint, & in usu Medico frequentissimæ, ut author est *Galenus*; tamen ab his, qui nos præcesserunt, adeo neglectas fuisse constat, ut nulla amplius quod sciam (inquit *Matthiolus*) ad nos adferatur.

Cretas diversimodè coloratas enumerat *ex-pertissimus Kentmannus*. 1. Cretam Argentariam, in quâ micæ argenteæ internitent. 2. Luteam mollem, quæ facillime lineas ducit. 3. Cæruleam, quæ fabris in pingendis parietibus in usu est. 4. Viridem duram. 5. Nigram mollem & duram, argenteis maculis nitentem. 6. Fabrillem candidam, ex quâ *Cataloni* ad *Matronam* parietes & muros exstruunt, unde etiam *Algeriæ* portus exstructus dicitur. Apud *Wormium* invenio Cretam *Umbriam* coloris fusci, pictoribus maximè expetitam, eâ enim *Umbra* in picturis exprimere solent.

Terra Japonica improprie sic dicta non hujus classis est, non enim præparatio Terræ Indicæ, sed vegetabilis seu fructus *Fausel* dictæ, ut loco suo ostendemus.

SECTIO TERTIA.

De Sulphuribus Medicamentosis.

Sulphur est resina seu terræ pinguedo inflammabilis, fitque ex perittomate macrocosmico pingui, respondente in Phytologia, Oleis, & Resinis; in Zoologia, Pinguedini Axungiaeque. Sulphur in Oleo solubile est, & gravem odorem præbet, ex Pyrite efflorescere videtur, observante *Schwenkfeldio*, 394.

I. De Sulphure.

EST Resina sive pinguedo terræ chalcantiosa, aciditate gravida, *Schrod.* pag. 501.

Sulphur nativum & vivum *Offic.* Sulphur nativum *Schrod.* 501. *Aldrov. Mus. Metall.* 364. Sulphur nativum seu vivum *Charlt. Foss.* 12. Sulphur fossile, *Agricol.* 592. Sulphur fossile seu vivum & nativum *Worm.* 26. Sulphur vivum *Schw.* 394. *Matth.* 1370. Sulphur luteum nativum *Kentm.* 18. Sulphur vivum nativum seu ignem non expertum *Dougl. Ind.* 88. A. Sulphur Vive. Gal. Soufre vis. G. Lebendiger Schwefel. B. Levendige Zwavel, Solpher. Ex terra effoditur, triplex est; vel purum, quale ex Goslariæ fodinis eruitur: vel impurum, quale ex Islandia crudum adfertur: vel fixum, ex monte Vesuvio aliisque Vulcanibus. Præfertur purum, solidum, interdum scissile & ignis expers. *Vires.* Calidum & siccum est, pectori dicatum; aperit, incidit; putredini, veneno, venenatorumque Animalium moribus resistit, provocat sudorem, &c. Hinc conducit in Phthisi, Tussi, Asthmate, Peste, Pestilentialibusque Febribus. Extrinsecus discutit tumores duros, sanat Lichenes duros, Pruritus, &c. *Schrod.* Præp. sunt. 1. Sulphur factitium *Offic.* *Schw.* 394. *Worm.* 26. *Schrod.* 501. *Agricol.* 592. *Aldrov. Mus. Metall.* 364. *Charlt. Foss.* 12. Sulphur flavum quibusdam. A. Brimstone. Gal. Soufre factice. G. Gelöschter oder getödteter Schwefel. B. toege-maakte Zwavel. Vel ex Sulphure vivo impuriori vel ex Pyrite vi ignis educitur. Vel ex effossa glebâ coctâ sublimatur & concrevit varia figura, ut in multis Italiæ locis, *Sinensi*, *Puteolani*, & *Volaterrano*. Modum sublimandi vide apud *Matthiolum*, p. 1371. Quibusdam in locis ex aquis decoquitur, ut ad *Budam*, aliisque *Pannoniæ* locis. Est substantia inflammabilis, luculenter

ardens, fumumque magis cœruleum halans. 2. *Sulphur Caballinum* Offic. Sulphur nigrum caballinum *Worm.* 28. *Charlt. Foss.* 12. Sulphur caballinum factitium *Kentm.* 19. Sulphur factitium caballinum officinarum *Calc. Mus.* 174. A. *Horse Brimstone.* Gal. *Soufre cabalin.* G. *Ross Schwefel.* B. *Zwarte Zwavel.* Nihil aliud est quam fæces è coctione Sulphuris vivi impurioris relictæ, & in urceos admixtis nonnunquam squamis Martis transfusæ. 3. *Sulphur commune.* A. *Common Brimstone.* Gal. *Soufre commun ou jaune.* G. *Steinerner Schwefel.* B. *Gemeene Zwavel.* Ex Sulphure vivo & Resina communi fit, & in rotulas coactum in Officinis ab Aromatopolis venditur.

Apud *Wormium* Sulphur fossile Vivum seu Nativum multiplex: 1. Planè aureum instar Crystalli pellucidum. 2. Purum ex Goslaris fodinis, 3. Impurum & fixum è montibus ardentibus. 4. Subviride nativum Suecicum. Factitium vel ex aquâ decoquitur, ut ad *Budam*; vel ex effossâ glebâ coctâ sublimatur & conrescit variâ figurâ. Ex Pyrite vario excoquuntur, & fiunt quam plurimæ Sulphuris species. V. *Kentmannum* p. 20.

II. De Auripigmento.

Fuligo sive succus est Mineralis, pinguis, inflammabilis, *Schrod.* p. 498.

1. Auripigmentum, Offic. *Matth.* 1367. *Ind. Med.* xvij. *Worm.* 28. *Kentm.* 17. *Agricol.* 592. Auripigmentum luteum *Aldrov. Mus. Metall.* 353. Arsenicum croceum Auripigmentum *Charlt. Foss.* 12. Arsenicum flavum Auripigmentum *Mont. Exot.* 13. A. *Orpiment.* Gal. *Orpiment, Orpin, Arsenic jaune.* G. *Geldgelb / Operment.* B. *Rottekruid, Operment.* Est substantia metallica, (vel potius Minera Auri, ut vult Doctissimus *Martinus Listerus, M. D.*) coloris ex viridi flavescentis cum aureis micis, saporis acris, odorisque ingrati; in Fodinis reperitur. Auripigmentum apud *Pictores* in usu est; item in causticis medicamentis locum habet: Medici ad *Psilothra* seu Medicamenta pilos auferentia præcipue utuntur. *Turcis Reusma* seu *Chrisma* vocatur.

2. Arsenicum rubrum *Sandaracha* Græcorum Offic. Arsenicum rubrum, *Sandaracha* vulgò dictum *Charlt. Foss.* 13. *Sandaracha Matth.* 1367. *Worm.* 29. *Agricol.* 592. Auripigmentum rubrum *Aldrov. Mus. Metall.* 353. Arsenicum rubrum, *Sandaracha Schrod.* 498. Arsenicum rubrum, *Risigallum, Sandaracha Græcorum Mont. Exot.* 13. *Sandaracha nativa Kentm.* 18. *Pealgar. Geoff. Tract.* 163. A. *Red Arsenick.* Gal. *Realgar, Arsenic rouge, Orpin rouge.*

G. rother Schwefel / Feuer-Schwefel oder roth Operment. B. *Rusgeel.* Effossa ex fodinis, ejusdemque naturæ est cum Auripigmento, solo colore videtur differre, quia saturato colore rubro instar *Cinnabaris.* Raro in Officinis nostris invenitur.

III. De Bitumine.

Bituminis nomen generaliter denotat quodcunque Minerale pingue. Unde & diversas sub se Species comprehendit, concretas vel liquidas.

A. 1. *Terra ampelites* Offic. *Worm.* *Ampelitis* terra sive *Pharmacitis Ind. Med.* viii. 31. *Agricol.* 595. *Aldrov. Mus. Metall.* 260. *Terra Ampelitis* sive *Pharmacitis*, qua Medici utuntur *Kentm.* 3. *Lapis ampelitis Galeno, Charlt. Foss.* 14. *Lapis obsidianus Mer. Pin.* 217. *Carbo Theoph.* *Succinum nigrum Schwenckfeld. Cat. Foss.* 394. *Terra ampelitis Calc. Mus.* 128. *Gabel.* 28. A. *Cannal Coal.* Gal. *Terre Ampelite, ou Pierre noire.* G. *Erde, Harz / Harz, Erde / Harz, Pech.* B. *Swarte-steen of Aarde.* Bituminis terreni genus est fossile, lapideum, friabile, nigrum. *Vires.* Vim siccandi & digerendi possidet, malignis ulceribus medetur *Aldrov.* *Vermes* vitium oculos rodentes enecat. V. *Wormii. Mus.* pag. 31.

A. 2. *Gagates & Succinum nigrum* Offic. *Gagates Mer. Pin.* 217. *Boet.* 335. *Worm.* 31. *Aldrov. Mus. Metall.* 418. *Gabel.* 29. *Lapis Gagates Charlt. Foss.* 14. *Calceol. Mus.* 355. A. *Jet.* Gal. *Geest, ou Jays, ou Fayet.* G. *Berg-wachs.* B. *Agat-steen.* Est genus terræ nigræ lapideæ crustosæ, adeo Bitumine prægnans, ut Bitumen redoleat, & accensum picis ferè modo flagret, nigerrimùmque emittat fumum. Differt à *Terra ampelite*, quod hæc nec flammam emittat, nisi foliis excitetur, nec Bituminis odorem spirat; *Gagates* vero igni admotus flagrat, odorémque bituminis exhibet. *Vires.* Emollit, discutit, Colicum morbum sanare creditur, &c. *Schrod.* Eximii ejus usus in strangulatu *Matricis & Epilepsiâ.* Diureticæ quoque facultatis est. Oleum ex eo *Paralyticis* conducit *Sib. Prod.* II. 44. In *Hystericis, Epilepticis, Hypochondriacis, & Paralyticis* commendat *Tournesortius.* Dos. à guttis Sex ad duodecim. *Wormius* *Gagatem* duriorē tantum *Ampelitis* lapidis speciem facit, cumque expolitur à *Plinio* *Gemmam Samothraciam*, à *Nicandro* *Lapidem Thracium*, nonnullis *Lapidem Obsidianum* vocari ait. Etiam si *Agricola* *Obsidianum* lapidem *Gagatis & Thracii* speciem esse constituat, nos tamen, inquit *Aldrov.*

candus, ab illis diversissimum esse existimamus, *Mus. Metal.* 710.

A. 3. Lapis Thracius *Offic. Gæbal.* 30. A. *Thracian Stone.* Gal. *Pierre de Thrace.* G. *Thracischer Stein.* B. *Tracierse Steen.* Nascitur in flumine quodam *Scytbiæ*, cui *Ponto* nomen est. *Vires.* Vis ei *Gagatis Diosc.*

Variae inter Autores occurrunt opiniones de hoc lapide. *Matthioli* historiam ejus ex *Galeno* his verbis tradit, (*Est & alius lapis, cujus meminit Nicander hunc in modum,*)

Si lapis uratur candenti Thracius igni, & Post madefiat aqua, flagrabit totus: at idem Mox oleo affuso, penitus restinguitur: adfert Thracius hunc ad nos pastor de flumine, nomen Cui Pontus. —

Verum nullus ejus in medicina usus: neque *Nicander* (præter graveolentiam, quæ suffitu feras fugat, quicquam ei adscripsit.) Verum fabulosum potius quam verum esse concludit, cum nec à se ipso, nec ab amicorum quoquam in Italia inveniri potuerit. *Boetius de Boet.* nonnullos eum pro *Gagate*, alios pro *Lithanthrace* habere, ait. *Wormius*, ut supra diximus, idem cum *Terra Ampelididi* facit. In *Officinis nostris Anglicanis* hodie incognitus est. Verum cum *Dioscorides* *Gagatis vires* ei attribuit, *Gagates* pro eo substitui, & usurpari potest.

A. 4. *Lithanthrax Offic. Mer. Pin.* 216. *Lithanthrax* seu *Carbo fossilis Charlt. Foss.* 14. *Boet.* 339. *Carbo fossilis* seu *Lithanthrax Worm.* 31. *Gæbel* 26. A. *Pit-Coal, or Scotch-Coal.* Gal. *Charbon de Terre.* G. *Stein Kohlen* B. *Steenkoolen.* In agro *Derbiensi*, &c. reperitur. *Vires.* Exsiccandi & digerendi vi pollet. Ita in *Gagatis* aut *Bituminis* indurati speciebus, ut propter mixtionum diversitatem nihil certè statuere possis. *Andreas Libavius* in *Tractatu suo de Succino & Gagate*, differentias omnes supradictorum satis accuratè persequitur, quem *Lector* consulere poterit.

A. 5. *Asphaltos & Bitumen Judaicum Offic.* *Bitumen Calc. Mus.* 174. *Bitumen Judaicum Worm.* 30. *Charlt. Foss.* 14. *Aldrov. Mus. Metall.* 381. *Bitumen nigrum crassum Kentm.* 21. *Bitumen Judaicum Asphaltum Mont. Exot.* 12. A. *Jews Pitch.* Gal. *Bitumen Judaïque.* G. *Juden-Pech.* B. *Jodenlym.* Est sebum seu resina *Macrocosmi*, picis instar, durum, &c. Supernatare primum aquis conspicitur seu lacubus, hinc ad littora propulsum concrevit, densatur, tenacissimumque redditur. Præfertur reliquis quod *Mortui*

Maris genitura est. Hoc non solum in *Littore Mortui Maris* reperitur nigris calculis similis, sed & omnes circa *Lacum Colles* hujusmodi *Bitumine* aut *Lapide sulphureo* abundant. Vidit *Maundrellus* frustra ejus duos pedes longa latæque, quæ nigerrima fuerunt, atque expoliri haud secus ac *marmor* potuerunt, undè patet id reverà esse *Fossile nativum.* *Hermannus* in *Insula quadam prope Caput Bonæ Spei* invenit, undè ex visceribus terræ originem esse concludit. Ejus verò probatio est, ut purpuræ modo splendeat (scilicet in nigrore) sitque ponderosum, & validum odorem vibret. *Vires.* Discutit, glutinat, emollit, Sanguinem coagulatum resolvit, & *Menses* ciet. Adulteratur cum *Pice*, undè quod nigrum & sordidum vitiosum est, *Pisaspphaltum artificiosum* nuncupatur. Rarissimè in *Officinis nostris* reperitur, imo ob defectum *Asphaltis* genuini, cogimur uti.

A. 6. *Bitumen Offic.* *Bitumen vulgare Pissaspphaltum Mont. Exot.* 12. *Gæbel* 20. *Pissaspphaltos nativum Schrod.* iv. 208. *Diosc.* *Pissaspphaltum Worm. Mus.* 30. *Charlt. Foss.* 14. *Bitumen Fossile Aldrov. Mus. Metall.* 382. A. *Common Fossil-Pitch.* Gal. *Pissaspphaltus.* G. *Juden-Pech.* B. *Jodenlym.* Nascitur in *Apolonia* agro circa *Epidaurum*; ex *Cereniis* Montibus devoluta impetu fluminis rapitur, æstuque illius exponitur illic; coacta in glebas missam *Bituminis* picem redolet, ibique concrevit, *Diosc.* *Vires.* Cum præcedenti viribus convenit.

A. 7. *Naphtha Offic. Charlt. Foss.* 13. *Worm.* 30. *Aldrov. Mus. Metall.* 388. *Naphtha Alba & Nigra Kempf. Amœn. Exot.* 274. *Pharmacum Medæ quibusdam.* Est coloris bituminis *Babylonii*, consistentiâ liquidum, ignis rapacissimum, colore nunc albo, nunc nigro. Hæc quoque in *Officinis nostris* rarè aut nunquam invenitur, ideòque loco ejus *Petroleum* usurpare solent. *Liquor* est oleosus, instar spiritus rectificati, tenuissimus, pellucidus, penetrantissimus, ac flammæ rapax. *Vires.* Cum *Bitumine* viribus convenit. Sunt qui *Camphoram* veterum per sublimationem ex *Naphtha* factam esse volunt, teste *Agricola*. Alii sunt qui *Naphtham* & *Petroleum* unum & idem esse contendunt, verum cum *Naphtha* quid sit nondum certo scimus, non audemus determinare.

Naphtha præsens, quamvis multis atque eximii polleat virtutibus in medicina, quas persequitur *Dioscorides*, nunquam tamen cognovi usum, scribit *Kemperus*, *Persis* præstare alium, quam ut vernicem suam eâ attemperent.

A. 8. *Petroleum Offic. Worm. Musf. 30. Charlt. Fossil. 14. Petroleum Oleum Petræ Schrod. iii. 514. Petroleum Oleum de Saxo, Naphtha, Oleum Petræ Mont. Exot. 12. Petroleum sive Oleum terræ Ind. Med. xci. Bitumen liquidum, oleo simile, quod innatat lacubus Kentm. 20. Naphtha sive Petroleum Geof. Lact. Ed. Angl. 133. Oleum Petræ vulgò A. Oil of Petre, or Rock-Oil. Gal. Petrole, ou huile de Petrole. G. Stein. Dehl oder gemein Peter-Dehl. B. Steen-oly, Peter-oly. Est liquamen pingue, liquidum, colore nigro, odoris fortis. Duplex est; vel Nativum, quod ex petris & saxis effluit, vel Artificiale destillatum ex carbonibus & fossilibus. Nativum apud Parisios duplex est, videlicet. 1. Petroleum rubrum sive Gabianum Ind. Med. xc. An Petroleum rufum Schrodero? 2. Petroleum flavum sive Italicum Ind. Med. ibid. Vires. Bitumen Gabianum antihystericum & odontalgicum æstimatur; calefacit & ficit, tenuium partium est, digerit & resolvit, cerebro, & nervoso generi confert, Schrod. Petroleum varii coloris est, candidum præstantius.*

A. 9. *Oleum Terræ Offic. A. Oil of Earth. Gal. Huile de Terre. G. Erd-Dehl. B. Aard-Olie, Steen-Olie. Duplex est; vel rubrum, vel nigrum. Rubrum ex India Orientali adfertur, estque coloris pellucidi rubicundi, odoris fortis Petroleum æmulantis, sed gratioris, inquit Schroderus. Attamen nobis à Petroleo vel non differt, vel Officinis nostris incognitum est, Schrod.*

Oleum Terræ Indis descriptum Naubovio, vix ad nos deductum, sed in Asia retentum à Regulis, an Petrolei vel Naphthæ species, haud ita certò definiam. Id verò quod ex Indiis venale ad nos defertur hoc titulo, parari ex oleo Nucum Cocos presso, atque terris medicatis commisto, me docuit vir harum rerum peritissimus; ideoque vegetantibus id omninò adscribendum. Boerb. Chem.

Hæc Bituminis genera non nisi secundum magis & minus differunt, ut quidam statuunt; ita ut pars ejus spirituosior & subtilior sit Naphtha, huic proxima Petroleum, crassior & fæculenta Asphaltum; non secus ac videmus & Succino per destillationem primò elici spirituosum & limpidum oleum, quod Naphtham repræsentat, mox oleum flavum & crassius, quod Petroleum simulat; demùm materiam nigram & fæculentam, quod Asphaltum.

A. 10. *Pisselæum Indicum, Offic. Bitumen Barbadiense, Boerb. Chem. Pix liquida Barbadiensis, Pharmacopolis Lond. Pix Barbados, Boerb. Tbesaur. Pharm. 108. A. Barbadoes Tar.*

Gal. Huile de Poix des Barbades. G. Tehr vott der Verbades. B. Teer der Barbades. Ex Insula Barbados dicta adfertur; ubi sub aquis emergit, colore ex nigro rubescens, odoris gravis, consistentiæ picis liquidæ. Vires. Pulmonicum, Stomachicum, & Sudorificum est.

Ex hoc Bitumine, addito olei Anisi tantillo, Pharmacopolæ nostri Londinenses Balsamum, Cbilensis nomine celebratum, conficiunt.

A. 11. *Succinum, Carabe Offic. Succinum Worm. 31. Charlt. Foss. 14. Boet. 321. Calceol. Musf. 180. Aldrov. Musf. Metall. 403. Mer. Pin. 219. Gabel 10. A. Amber. Gal. Succin, Ambre. G. Agstein / Bernstein. B. Amber, Barnsteen, Nihil aliud est, quàm succus bituminosus seu Resina terræ optimè digesta, exindè in mare traducta, atque ibidem præcipuè concreta. Dum bituminosa illa substantia adhuc liquida est, varia sese involvere solent, ut Muscæ, &c. celeberrimus Hookius existimavit Succinum esse Gummi petrefactum arboris cujusdam, quæ nobis planè ignota est; & ad hanc sententiam confirmandum, inter alia argumenta, petrefactionem Ligni aliarumque substantiarum vegetabilium adducit. Hanc opinionem postea in lucem protulit Reverendus Derhamius, D. D. in Experimentis Philosophicis, p. 315. Cui astipulatus est Thomas Bartholinus in Actis Medicis Hafn. Vol. I. Obs. 57. & Vol. II. Obs. 122. Mihi verò Succinum minimè esse Gummi, aut arboris resina, quod hujusmodi arbor nulla planè visa est; nec petrefactum esse Gummi puto, quippe tale nihil, quod ego audiverim, usquam sit inventum. Præterea Ligna petrefacta, cæteræque materiæ vegetabilis igni leni nihil mutantur; Succinum verò & ardet, & odorem mittit, haud secus ac Bitumen, atque in cineres tandem resolvitur. Has igitur ob causas id esse Bitumen fossile, ut supra scripsimus, non dubito: eamque opinionem amplexus est clarissimus Woodwardus, cujus Rationes in Historiam meam Harvicensem inserui, p. 275, 276. uti etiam Hartmannus in Succini Prussici Historia, & Bocconus in Museo della Fisica, p. 32. Duo Officinis nostris eo nomine veneunt, Album sc. & Flavum, seu Citrinum; utrumque quamvis laudibus suis haud destitutum sit, attamen præstat Album, utpote magis digestum. Eligendum id ipsum candidum, sincerum, suavè fragrans. Huic succedit Flavum, quod præstat pellucidum, quodque præ aliis attritu suavem halat odorem. Vires. Calefacit, exsiccant, roborat, altringit leniter. Capiti ac Utero imprimis dicatum est. Hinc adhibetur utiliter in*

in Catarrhis, Epilepsia, Apoplexia, Lethargo, Vertigine, Suffocatione ac Inflammatione Matricis, profluvio Sanguinis, ac Seminis, quod ad naturalem statum reducit: In fluore albo mulierum. Cæterum globuli è Succino ad Oculorum defluxiones miro successu auxiliari dicuntur, annexi occipitio. Usus præcipue albi, tam internus quam externus esse potest. *Schrod.*

Pro Succini Historia, vide *Gæbelium*, *Hartmannum*, *Wigandum*, *Hessum*, &c. qui de illo fusè scripserunt.

A. 12. Halcyonium, Spuma Maris Offic. A. *Froth or Foam of the Sea.* Gal. *Ecume de Mer, ou Merde de Cormarin.* G. *Seeschaum.* B. *Zeejschuym.* Oleosa quædam aut bituminosa & tenuis substantia est Maris superficiei innatans, verum unde ortum habeat mihi hætenus incognitum fateor. Nonnulli ab excrementis, lacte seu spermate piscium, aliorumque marinarum Animalium partibus originem ejus deducunt. Alii ab aliis Animalibus, quæ gelatinam referunt, Zoologis Zoophyta dictis: alii è succis Plantarum marinarum: alii denique (in quorum sententiam maximè propendo) mineralibus bituminosis submarinis ortum suum debere arbitrantur, effluviis Maris æstu & agitatione in Spumam conversis.

SECTIO QUARTA.

De Salibus Medicamentosis.

S Alia nihil aliud esse videntur, quàm corpora mineralia pellucida, in aqua solubilia. ac in crystallinam formam coagulabilia. Salia, quæ medico usui inserviunt, adeoque præparatis inde parandis materiam suppeditare apta sunt, triplicis quidem sunt generis, pro triplici scilicet mundi regno, Minerali, Vegetabili, Animalis: attamen hoc loco non nisi de Mineralibus agere convenit.

N. B. Titulus cum rebus subjectis, inquit *Paulus Ammannus*, non convenit accuratè, nisi Mechanicè. Nam e. g. *Vitriolum*, & aliæ species Salis hic enumeratæ, non tam sunt Salia, quàm Metalla ipsa, soluta, cum tota sua substantia. Nam si quis vel *Cupri* vel *Ferri* metalla in *Aqua Forti* solverit, illa, abstracto menstruo nonnihil, convertuntur in *Vitriola*, & denuò violentiori igni commissa, in pristina metalla redeunt. Porro si quis vel *Auri* vel *Argenti* in *Aqua Regis* vel *Aqua Forti* solverit, illa, evaporato menstruo aliquousque, conver-

tuntur totaliter in *Vitriola*, & denuò violentiori igni commissa, in pristina Metalla eodem pondere eademque substantiâ redeunt.

I. De Sale Communi.

A. **S**AL Communis Offic. Sal ex puteali aqua coctus albilimus *Mer. Pin.* 217. Sal excoctus *Kentm.* p. 9. A. *Salt.* Gal. *du Sel.* G. *Salz.* B. *Zout.* Nihil aliud est quàm falsugo Aquæ falsæ Fontanæ, quæ humiditatis aquæ evaporatione inspissata in granula hexædrica concrevit, colore albo. *Vires.* Eisdem viribus cum Sale marino pollet.

Modus excoquendi Salem ex aquis Fontium Salinorum in *Cestria*, *Wigornia*, & *Staffordia*, scribitur à doctissimo viro & amico nostro D. *Joban. Raio*, in *Sylloge Vocum Anglicarum*, p. 204. Item in *Actis Philosoph. Lond.* N° 53. p. 1060. N° 54. p. 1077. N° 142. p. 1059. & N° 156. p. 489. Nec non à D. *Collins* in *Tractatu de Sale & Piscatura*, p. 5. & D. *Plot.* *Hist. Nat. Stafford.* p. 93.

Hoc in loco addere possem modum purificandi Salem, qui fit vel dissolvendo Salem rupeum vel Salem marinum Gallicum in aqua marina, deinde coquendo, clarificando, & in granula coagulando, prout in *Essetia* administratur: idem ferè est cum Salis *Cestriensis* depuratione.

N. B. In culinis nostris præter hunc Salem non raro utimur Sale ex aqua marina cum Sale marino coctione facto. Sal deterioris notæ ad carnes & pisces condiendos adhiberi solet. Vide *Aquam marinam*.

Aqua è fontibus salinis mediterraneis ad siccitatem excoquatur, rursus ejus Sal tantillo aquæ fontanæ diluatur, crystallos verè cubicas dat (ut scribit clarissimus D. *Mart. Lister*, M. D. in *Exercitatione sua de Fontibus Medicatis Angliæ*, p. 4.) in medio verò superiore latere, sive plano, velut quædam perspicuitas, puta à materiæ deficientia sive inanitate, habetur: reliqua autem quinque latera solida & albida sunt.

Idem etiam laudatissimus Autor observat, quòd non obstante proximâ affinitate, quæ inter Salem puteorum mediterraneorum & marinum intercedit, eos tamen specie inter se differre: siquidem anguli crystallorum Salis puteorum mediterraneorum integri sunt, ut dictum; cum anguli Crystallorum genuini Salis marini, aut eorum saltem aliqui in plana triangularia abscissi sunt, ab uno cuborum latere: unde colligit aquam marinam ab omnibus aliis

aquis distinctam esse. Qui plura de his velit, eundem doctissimum Autorem consulat, apud quem utriusque generis figuras inveniatur. Videtis etiam *Act. Philosoph. Lond.* N° 156. p. 492.

II. De Sale Gemmæ.

1. **S**AL Gemmæ Offic. *Charlt. Foss.* 7. Sal Gemmeus *Aldrov. Mus. Metall.* 301. Sal fossilis qui & Sal Gemmæ in Officinis dicitur, *Worm. Mus.* 20. Sal fossilis pellucidus Pannonicus, qui dicitur in Officinis Sal Gemmæ *Kentm.* 9. Sal ex Pannonia effossus *Calc. Mus.* 146. A. Sal-Gem. Gal. *Sel Gemme. G. Stein-Salz.* B. *Steen-Zout.* Est substantia Crystallina hexagona, quæ in fodinis lapidum invenitur, saporis acris & falsi. Ex Italia & aliunde ad nos transvehitur. In Minori Polonia Salem instar ingentium saxorum, adeo duritie lapideâ solidum, ferro exscindi constat, ut nedum molâ teratur ad hominum usum, sed ex illo domos & oppida ædificari. Vasti montes & plagæ ex solo Sale constantes in Hungaria & Litvania, &c. Vide *Cromerum de Polonia. Vires.* Hoc etfi easdem vires cum Sale communi obtineat, substitutæque eidem queat, rarioris tamen usus est in Praxi Medica; crebrioris in Chymica, ubi in Solutionibus Metallorum Sali communi antecellit. Commendatur tamen peculiariter. Foresti experientiâ, ad stercora dura eliquanda, adeoque ad Colica tormina arcenda. *Schrod.*

2. Sal fossilis Marburienfis, Sal fossilis Angliæ. *Mont. Exot.* 12. A. *Rock-Salt.* Gal. *Sel mineral de Marburg.* G. *Salz von Marburg.* B. *Minerale Zout van Marburg.* Ex Marburia in Comitatu *Cestriensi* delatus est. Substantia est crystallina, & hexagona, pellucida, saporis acris & falsi. Cum Sale Gemmæ viribus convenit. *Marburia* in *Cestria*, Anno Dom. 1670. detecta est Petra Salis nativi, unde emanat liquor Salsus valde acutus. Petra hæc inter 33 & 34 ulnas nostræ mensuræ à terræ superficie assurgit, estque duritie & puritate Alumini par, inque pulverem comminuta in Salem candidum & acutum abit. Qui plura de hac rupe scire desiderant, *Act. Philosoph. Lond.* N° 66, p. 1015. consulant. Ex hoc Salis genere ex *Cestria* Comitatu per mare ad nos delati prope *Carnalodunum*, & *Colcestriam*, aliisque locis efficitur Sal ille, qui apud *Essexienses* A. Salt upon Salt. Gal. *Sel sur Sel.* G. *Salz auf Salz.* B. *Zout boven Zout.* i. e. Sal super Salem, seu

Sal ex Sale dictus, dissolvendo Salem fossilem in Aqua marina, coquendo, clarificando, &c. ut superius dictum est. Sal fossilis supra dicto modo solutus, in crystallos cubicas coagulatus, ideoque ab eodem D. *Lister* pro eadem Salis specie habetur. *Monti* Salem Catharticum amarum cum Sale fossili Angliæ non rectè jungit, unum enim nativum est, alterum verò artificiale.

Sal Indicum Offic. De quo mentio fit non apud veteres tantum, sed etiam neotericos, sed quid sit non ausim determinare; nam in Officinis nostris nunquam invenitur, nec unquam, quod sciam, in nostras regiones adfertur, ejusque loco Sal Gemmeum in Medicamentis recipitur. N. B. Sunt qui peculiare genus Salis Fossilis faciunt; alii, qui non esse Salis genus, sed Saccharum, Salis ob similitudinem nomine insignitum contendunt, quibus subscribo.

III. De Sale Nitri.

A. **S**AL Nitrum Offic. Nitrum Ind. Med. *lxxxii.* *Aldrov. Mus. Metall.* 321. *Worm.* 21. *Charlt. Foss.* 8. *Mer. Pin.* 217. Nitrum, Sal Nitrum, Sal Petræ *Mont. Exot.* 12. Nitrum Moderni, Sal Petræ *Geoff. Prælect.* 96. Halinitrum *Schw.* 380. A. *Salt-Petre* Gal. *Salpetre, ou Nitre.* G. *Salpeter / Salniter.* B. *Salpeter.* Est substantia crystallina, alba, saporis acris & amaricantis, figuræ pyramidalis, ex terra pingui excocta. Nitrum ex India Orientali importatur. Eligendum Nitrum est crystallinum, purum. *Vires.* Vim diureticam obtinet, bilem temperat, sitim sedat, & malignas sanguinis Phlogoses suppressit, dolores mitigat. Fullones maculas vestium eo abluunt. Infectores cum eodem coquant lanas, ut sorbeant colores.

Pro modis conficiendi Nitrum, vide *Historiam Regiæ Societatis.* Item *Transact. Philosoph.* No. 6. & *Lazarum Erckerum.* Conf. etiam *Penotum, Clark, Mayow, &c.*

Ingeniosissimus vir D. *Martinus Lister* in libro suo citato figuras crystallorum Nitri exhibuit, ut & eorundem descriptionem, quam huc transcripsi: Nitrum, in crystallos sexangulas tenues, longas, & æqualiter crassas concrevit. Hæ crystalli sua latera parallelogramma habent. Eadem autem desinunt, ex altera tantum parte, vel quadam acie, vel mucrone, pyramidis in modum acuminato, scilicet, ob varium positum duorum planorum laterum. Ex altera verò parte baud poliuntur crystalli, sed semper quasi præfractæ desinunt; idque moneo, ne Nitri figura à me

à me primùm delineata & evulgata, & à quodam, ut video, nuper minùs rectè exposita, aliqueum decipiat.

Notandum autem est, mucronem illum acuminatum, quem ferè ex altera parte uniuscujusque crystalli Nitri, ad modum coni figuratum esse diximus, ex ipsa prismi extremitate esse constitutum, & nullatenus ipsum prismi corpus extenuari: quod tamen multas de his nitri crystallis incautè somnare video. De simplici autem & primaria barum crystallorum concretionem loquor: nam fortuita quadam plurimarum coitione id aliquando evenire videtur. At illa quidem differentia notanda est, quòd quæ sic fortuitò coeunt, eadem, si demùm aqua diluantur, in perfectam sui generis speciem tandem ex toto reduci possint.

Præter crystallos verò sexangulares è Sale Petræ diluto formatas, ibidem etiam non rarò (si sal minùs purgatum sit) alias quoque crystallos cubicas multangulares, nescio quasdam reperias: & hæc omnes seorsim collectæ, ex nova solutione, vel in crystallos Nitri supra descriptas abeunt, vel suam originem, si alienæ sunt, fatentur. Sal autem Nitri dictus in ignem impositus, illicò flammam tenuem concipit, & ex toto non sine strepitu absumitur, omnino nihil capitis mortui, aut Colcotharis, ut Chymici loqui amant, relicto.

Nitrum Antiquorum vel Natron, duplex est; vel species Salis Armoniaci, vel Salis calcarii, sed quid fuerit non ausim determinare. Recentiorum Nitrum Salsæ Fossilis an Animalis sit, à multis nunc dierum controvertitur. Qui Animalis originis eum esse volunt, affirmant nullibi in India (unde maxima ad nos copia adfertur) quàm in locis illis, quos *Vespertilio*nes maximi frequentant, inveniri. Sententiæ etiam suæ favere existimant, quòd qui in Anglia literis Regis patentibus Salis Petræ conficiendi jus habent, terras illas omnes circa Londinum in quas latrinarum stercora projici solent annuo pretio conduxerunt. Ex altera parte, qui Nitrum Recentiorum Salem fossilem esse opinantur, aquas pluvias terram perluentes in causa esse volunt, quòd non ubique inveniat. Quod ad me attinet, quamvis agnoscam Salem Petræ in Columbariis locisque confimilibus copiosissimè inveniri, observavi tamen salem quendam nativum in vetustis areis terrenis, locisque ejusmodi opacis, longè diversum à Sale calcario ingeniosissimi viri D. Martini Lister, M. D. qui ibidem etiam invenitur, qui & figurâ suâ, & sapore, & deflagrandi modo, aliisque accidentibus,

cum Sale Petræ communi exactè congruebat. Ab Aldrovando Sal Petræ nuncupatur *Mus. Metall.* 324. at Boerhavio Sal Nitri factitii primum est, *Nov. Meth. Chem.* Apud Kentmannum invenio Nitrum candidissimum, plumosum, & stalacticum ex parietibus & cellariis, i. e. Salem Calcarium Listeri. Flavum plumosum in cellariis; Nitrum etiam efflorescens ex terra nigra.

Sal Salis Petræ Offic. A. Salt-Petre-Salt. Gal. Sel de Salpêtre. G. G. Salzk von Salpeter. B. Zout van Salpeter. Salis marini species est adhærens lateribus & fundo doliorum *Setling-Tubs* dictorum, G. *Refrigeratoires*, *Refrigerants*. G. Kühl-Säffer. B. Koelwater. In quæ liquor post primam Salis Petræ depurationem ex ahenò cochlearibus infunditur ad refrigerandum usque dum digitus absque læsione in eum immitti possit, antequam in vasa ad crystallizandum, A. *Shooting-Trays*. Gall. *Pots destinez à la crystallization*. G. *Christallisir-Gefässe*. B. *Potten om Crystallisatie te doen*. dicta, expromitur. Quotidiani usus in culinis est. Vide D. Collins librum superius memoratum, p. 125. ubi affirmat coctione validâ glebas effici Sacchari panum conicorum aut Aluminis magnitudine, quæ à *Pharmacopolis* nonnunquam Salis Petræ depurati nomine divenduntur.

IV. De Alumine.

A. 1. **A**lumen rupeum Offic. Alumen rupeum five crystallinum *Ind. Med.* VII. Alumen factitium *Mer. Pin.* 217. Alumen *Schw.* 362. Alumen factitium pellucidum *Calc. Mus.* 169. Alumen rupeum candidum & pellucidum *Aldrov. Mus. Metall.* 334. Commune vulgò A. *Common Alum* Gal. *De l'Alun commun*. G. *Gemeiner Alaun* / B. *Gemeene Aluin*. Est substantia alba, Crystallina, saporis acris, urinosi, austeri, & astringentis: Invenitur vel in venis per se; vel excoquitur ex aquis mineralibus; vel ut in Anglia, ex lapidibus seu Mineris aluminosis ustis (addita Urina, & Kali) extrahitur; ex Pyrite aluminoso, observante *Schwenkfeldio de Fossil.* p. 362. *Vires*. Exsiccatur, astringit, incrassat, &c. Usus Aluminis crudi præcipuus externus est (quamvis ab Empiricis & internè pro febrifugo exhiberi soleat) ac imprimis in Angina & Columella laxata. *Præp.* Alumen Zuccarinum, & Saccharinum Offic. Ex Alumine rupeo, albumine ovorum & aquâ rosaceâ fit. Alumen magni & varii usus est apud Aurifices, Tinctores seu Infecto-

stores, Librarios, Coriarios, &c. vide *Wormii Mus.* p. 23, 24.

Figuræ Aluminis, ejusque pariter descriptio à D. Lister libro prædicto traditur his verbis: *Lixivium è cremato Aluminis metallo diuque servato percolavimus, siccavimusque: id autem Crystallus albas ad hunc modum figuratas dabat; nimirum bis figura paululàm compressa est, ex altera parte, quasi vertice dicas, planum sexangulum habet, ex altera & opposita parte sive basi plano similiter sexangulo insidet; ejus autem latera claudunt tria sexangula plana, quibus alternatim bina plana quadrangula interponuntur, ita qualibet integra aluminis Crystallus ex undecim planis conficitur: Scilicet è quinque sexangulis, & senis quadrangulis planis: illa autem ipsa Crystallus, quam descripsi, quinquaginta circiter grana pendebat.* N. B. Simplex autem & primaria universorum salium concretio bene & diligenter notanda est. Nam ubi ea diutius processit, Crystalli quidem magnitudine augeri videntur: At id ferè fit plurimum salium integrorum & primariorum conjunctione quadam fortuita, unde veræ & naturalis Crystallorum figuræ confusio oritur.

Pro modis conficiendi Alumen vide Clarissimum Raium de *Vocabulis Anglicis inusitatis*, p. 201. Item *Transact. Philosoph.* No. 142.

A. 2. Alumen Rochi Gallis Offic. Alumen Romanum sive rubrum *Ind. Med.* VII. Alumen Rochæ *Aldrov. Mus. Metall.* 332. *Worm.* 23. Alumen Rupeum seu Rochæ *Charlt. Foss.* 9. Alumen factitium ex præduro lapide subrubro confectum *Calc. Mus.* 169. Alumen Romanum quibusdam. A. *Roch-Alum.* Gal. *Alun de Roche.* G. *Roch-Alum.* B. *Kisp Aluin.* Rupeo simile est, sed pallidè rubens. Ex Italia, Smyrna, &c. ad nos transportatur. Conficitur eodem modo quo rupeum, sed sine additione Urinæ & Kali, ut nos monuit eruditissimus D. *Tancredus Robinsonus*, M. D. in literis ad me datis. *Vires.* Cum priore viribus convenit. Modus efficiendi Alumen rupeum *Solfæ* in Italia accuratè traditur à D. *Paulo Boccone* in *Museo suo della Fisica*, &c. p. 241, quem consulat Lector. In plerisque convenit cum præparatione Aluminis vulgaris.

A. 3. Alumen plumosum Offic. *Ind. Med.* VII. Alumen plumeum sive Trichites *Schrod.* III. 477. Alumen plumæ quod Scissile Latinis *Aldrov. Mus. Metall.* 331. A. *Plumose or Feather'd Alum.* Gal. *Alun de plume.* G. *Seder-alum.* B. *Pluin-aluin.* In Insula Melo

reperitur. Nascitur (Autore *Tournefortio*) particulis majusculis materiæ levioris atque friabilis, interstinctis lucidioribus & argenteis filamentis haud paulò tenuioribus quam mollissimum sit sericum, speciemque Pennarum exhibentibus, digitumque unum aut alterum longis, gustuque Alumini communi similibus, à quo non aliter differt quam quòd hujusmodi habeat filamenta, quod ad cætera quidem legitimum sit Sal, ideòque aliud planè quàm *Lapis Amiantus*, etsi Viri rei naturalis haud imperiti errore magnò utramque idem esse judicarent: Patet verò hæc inter se manifesto differre, quum prius Aluminis aut Salis combustibilis gustum præ se ferat, & in aqua dissolvi queat; alterum quidem sit substantia lapidea & insipida, quod nec in aqua solvi, nec in igne consumi, sed oleo sic moliri possit, ut in filamenta facillimè trahatur. Hoc vidit *Tournefortius* (*Itin. Edit. Angl.* Vol. 1. p. 128.) in fodinis aluminosis apud Melon Insulam, ubi olim etiam viderat *Dioscorides*, qui *Alumen Scissile* id vocat, ut ex hoc loco patet: Optimum est Scissile, præsertim recens, candidissimum, gustu perquam astringens, gravè olens, calculorum expers, nec globulosè aut assulosè compactum, sed sigillatim in capillamenta quædam canescentia debiscens; quale est, quod *Trichites*, quasi capillare nominatur, in Ægypto natum. Discrimen utique inter hoc *Alumen Scissile* atque *Amiantum* lapidem notavit Scriptor idem: Reperitur quoque lapis huic Alumini persimilis, qui gustu judicio dignoscitur, quod non astringat. In capite etiam de *Amianto* hæc sunt verba: *Amiantus lapis in Cypro nascitur, scisso Alumini similis, quo utpote flexili, telas & vela tantum spectaculi gratiâ texunt, quæ ignibus injecta ardent quidem, sed flammis invicta splendidiora exeunt.* Nec ignotum fuit hoc alumen *Plinio*, qui ita scribit: *Concreti Aluminis unum genus Scissilon appellant Græci, in Capillamenta quædam canescentia debiscens, unde quidam Trichitin potius appellavere.* *Hist. Nat. Lib.* xxxv. Cap. xv.

V. De Borace.

Borax, Chrysocolia factitia, Santerna *Plinii*, & Tincar Offic. Borax *Charlt. Foss.* 9. *Dougl. Ind.* xviii. Nitrum unde Borax coquitur, *Aldrov. Mus. Metall.* 324. Nitrum factitium Arabice Borax *Worm.* 21. Nitrum nativum aliorum fossilium modo in terra repertum durum, & spissum, ut Lapidem non abs

abs re assimilari possit. *Tincal* est *Arabum*, ex quo *Chrysocolia* Græcorum, *Borax* eorundem *Arabum*, Venetiis conficitur *Calc. Mus.* 162. *Nitrum* nativum *Scissile*, durum, ex quo Venetiis *Borax* coquitur *Kentm.* *Baurach.* *Mayern.* *Syntag.* 1. A. *Borace.* *Gal.* *Borax*, *Boras.* G. *Borras* / B. *Boras*, *Goud-soudeersel.* Est substantia Crystallina alba, glaciei instar, & *Alumini* non ab-
 similis, saporis acris, salini, & Nitrosi. Duplex est, *Nativa* & *Factitia*. Quæ *Nativa* dicitur facta est ex *Chrysocolia* nativa, calcinata, soluta, cocta & crystallisata. *Factitia* etiam duplex est, vel simplex, vel composita; simplicem conficiunt ex *Nitro* & *Urina* puerorum invicem commistis & coagulatis. De Composita vide *Schroderum* p. 280. *Vires.* Vim habet *Uri-*
nam, *Fœtum*, *Secundinas*, & *Menses* pellendi, & ad *Venerem* stimulandi. N. B. *Chrysocolia* *Nativa*, *Tincal.* tantum in *Ærariis* metallis invenitur, & solum ex ære fit. Si quandoque in *Aurariis*, *Argentariis*, aut *Plumbariis* invenitur, venæ illorum cum ære miscentur. Utuntur illa *Aurifices* & *Pictores*. Bonitatem ejus ex colore & vires æstimant; nam nativa omnis viridis est & ad saturitatem; quoque magis ad *Smaragdi* accedit viriditatem, eo melior censetur; alia dilutè viret, quæ pessima.

VI. De Vitriolo.

Varia sunt ejus genera, pro natura mineræ quam in se continent, differentia. *Præcipua* autem quorum hoc tempore est existimatio, sunt.

A. 1. *Vitriolum Cœruleum* seu *Romanum* *Offic.* *Vitriolum cœruleum* *Charlt. Foss.* 11. *Vitriolum Cyprinum cœruleum* *Worm.* 25. *Chalcanthum Cyprium* *Aldrov. Mus. Metall.* 339. *Matth.* 1363. *Atramentum cœruleum Romanum* coctum *Kentm.* 14. A. *Blue or Roman Vitriol and Celestial Stone.* *Gal.* *Couperose, Vitriol bleu ou Romain.* G. *blauer oder Römischer Vitrriol.* B. *Blauwe Roomse Vitriool of Koperrood.* Est substantia Crystallina, cœrulea, seu *Sapphiri* instar, compacta, ut saccharum candum, saporis acidi, austeri, acris & astringentis, fitque vel ex *Solutione* & *Crystallizatione* *Cupri*: vel ex *Cypro* aut ex *India Orientali* ad nos adfertur. *Vires.* Calefacit, siccatur, astringit vehementer, constipat, vomitum ciet, *Lumbricos* fugat, *Schrod.* Hoc cæteris ad medicamenta præfertur: valde ad scabiem & ulcera ex *Lue Venerea* con-

tracta commendatur. *Worm.* Basis est *Pulveris Sympathetici* *Digb.* *Scabiem* & *lepram* sanat.

A. 2. *Vitriolum viride* *Offic. Charlt. Foss.* 11. *Vitriolum viride seu Romanum* *Tourn. Matth. Med.* 185. *Chalcanthum viride* factitium; *Atramentum Sutorium* *Officinarum* *Schw.* 373. *Atramentum viride durum* solide coctum 13. A. *Green Vitriol or Copperas.* *Gal.* *Couperes ou Vitriol verd.* G. *Grüner Vitrriol.* B. *Groene Vitriool of Koperrood.* Est substantia Crystallina, herbacei coloris, magis granulatum, grumosumque instar *Salis* communis, saporis præcedentis, in *Anglia* variis in locis facta, ex *solutione* & *Crystallizatione* quorundam lapidum ferrugineorum cum aliqua parte ferri, vide *Raium de Vocabulis inusitatis*, p. 197. Item *Transact. Philosoph.* No. 142.

Wormius etiam hujus generis *Vitrioli* in *Anglia* parandi modum descripsit, quem quia brevis est, ipsius verbis huc transcribere non pigebit: *Lapides* ex quibus *vitriolum* excoquitur ad *littus Orientale Insulæ Scheppey* reperiuntur. Ubi ingentem borum copiam collegerunt, per spatiosam aream terræ mistos spargunt, donec imbrium illuvie, accedente *Solis* æstu & calore in terram seu pulverem redigantur subtilissimum, nitrosum sulphureo odore prætereuntes offendentem. Interea aqua per banc terram percolata in subjecta vasa per tubulos & canales derivata in vasa plumbea ampla sex vel septem dierum spatio coquitur ad justam consistentiam, tum in aliud vas plumbeum effunditur immixtis asseribus aliquot, quibus adhærens concreascit *vitriolum* omnibus refrigeratis. Nullo alio vase coqui aut contineri hoc *lixivium* potest quam plumbeo; cui ut facilius ebulliat, ferri injiciunt particulas, quæ à *lixivio* plane consumuntur. Modus etiam *Vitrioli Brickleia* in *Essexia* conficiendi à celeberrimo Viro D. *Johan. Raio* vicino & amico nostro traditus in libello supra citato, cum processu *Wormiano* convenit: Eandem methodum in *Vitrioli* præparandi domibus *Waltoni* & *Ramseia* in eadem *Essexia* sectatam observavi. Verum in *Italia* ejus præparandi modus diversus est, ideòque *Matthioli* verbis dictum damus:

Mineræ glebas in acervos mediocres conjectas igne supposito accendunt. Sponte autem urunt semel accensæ, donec in calcem seu cineres maxima ex parte reducantur. Mineram combustam in piscinas aquæ plenas obruunt, agitando, miscendoque eam, ut aqua imbuatur substantia *Vitrioli*. Aquam banc *Vitriolatam* à sedimento claram hauriunt; & in caldaria plumbea trans-

fundunt, quam igne supposito decoquunt. Verum dum ebullit, in medio cocturae vel parum supra vel infra addunt modicum ferri veteris vel glæbæ æris, juxta intentionem operantis. Aquam Vitriolatam decoctam in vasa lignea transfundunt, in quibus frigescentis congelatur in Vitriolum.

Vitriolum viride à prædicto D. Lister pariter depingitur & describitur his verbis: Vitriolum autem viride à Pyrite ferreo nascitur; cujus maturæ & perfectæ crystalli perpetuo ex utraque parte mucronatæ sive acuminatæ sunt, & ex decem planis lateribus inæqualibus constant: scilicet, ex quatuor mediis planis pentagonis, & ad singula quæque extrema acuminata, terna plana triangula habent; perinde ut in figura representatur.

Duo sunt Vitrioli viridis genera, alterum obscure viride in hac nostra Insula nascitur, in Gossario quod aliàs Vitriolum Germanicum dicitur, intensi & viridi coloris. Tournefortius id factum esse narrat è fontibus qui minera Vitriolica abundant; alii verò id ibi hunc in modum parari contendunt: Calcinantur Lapides Pyrites dicti, calcinati liberiori aëri exponuntur, sic enim vel spontè efflorescit Vitriolum, vel per elixationem cum aqua prodit. Id.

Hic mentionem aliquam facere libuit Colcotharis, hoc est Capitis mortui Vitrioli, Chalcitis vulgò dicti, quia recipitur in nobilissimam illam Theriacæ Andromachi Offic. Venetæ vulgò compositionem, ut nigro colore inficiat, istam opiatam, inquit Ammannus. Negantium ratio sequens est; quòd non sine suspitione malignitatis vel corrosionis ingrediatur Theriacam, cum sit escharotica & caustica; idèò meo quali judicio præstaret illud in prædicta compositione plane omitti. N. B. Colcothar aëri expositum nobiliores inde virtutes attrahit; notumque est ex praxi Medicinæ quotidiana, quòd Dysenteriam sympatheticè curet.

A. 3. Vitriolum album Offic. Worm. 25. Geof. Prælect. 106. Charlt. Foss. 11. Chalcanthum candidum Aldrov. Mus. Metall. 339. Atramentum album durum fossile Kentm. 13. A. White Copperas. Gal. Vitriol ou Couperose blanc. G. Weiser Vitriol. B. Witte Kopperood of Vitriool. Est substantia alba granulosa instar Sacchari albi concreta, sapore præcedentis, & ex Germania ad nos adfertur. Gosselariæ fodinis Vitriolum album reperitur stiriac figurâ, translucidum. Vires. Cum priore viribus convenit. Præ reliquis usum habet in Collyriis; præparatur quoque ex eo in aqua soluto & coagulato vomitivum eximium; quæ

solvunt in aqua, & coquunt ad consistentiam Sacchari albi Geof. Prælect. 106. Ergò errare existimat qui cum Tournefortio affirmant id factum esse è Vitriolo Anglico in aqua soluto, & igni cocto, donec aqua evaporetur, quòd residit, grumis majusculis constabit Saccharo albo similibus, quod aëri expositi subflavum externe induunt colorem. Vitrioli magnus usus est in aquis stipticis conficiendis, in arte tinctoria & atramentosa. Vide Canaparium de Atrament. Venas seu Mineras Vitrioli diversimodas, vide apud Kentmannum in Catalogo, & Schwencfeldum de Fossil. qui Pyritas Atramentosas vocat.

SECTIO QUINTA.

De Fossilibus Metallicis Medicamentosis.

Mineralia sunt ea quæ non sunt Vegetabilia, nec Animalia, attamen in hac Sectione agemus tantum de fossilibus metallinis, i. e. Metallis perfectis & imperfectis. Quod ad alia Mineralia attinet, in prioribus Sectionibus ea tradidimus. Hæc dividi possunt in tres classes, scilicet Mineras, Metalla, & Metallis affinia.

I. De Mineris.

Minera est terra sive Materia, ex qua Mineralia & maxime Metallica fiunt. Hæ Minerae in infinitum ferè variant, quoad colores, figuras, mixturas, aliæque accidentia; pro quibus consulantur Musea Curiosorum, & Catalogi Fossilium, præsertim verò illi à Kentmanno, & Schwencfeldo editi.

I. De Magnete.

A. 1. **M**agnes Offic. Mer. Pin. 212. Schw. 384. Calceol. 257. Boet. 438. Aldrov. Mus. Metall. 553. Worm. 62. Charlt. Foss. 62. Lapis Magnes Matth. 1384. A. The Load-stone. Gal. Aymant, Pierre d'Aymant. G. Magnet oder Segelstein. B. Magneetsteen, Zeilsteen. Lapis est Polos Mundi ostendens, ferrum chalybémque attrahens, præsertim ferreo circulo armatus. Reperitur circa ferri fodinas in diversis locis. Vires. Hæmatidis habet vires, teste Galeno, adeoque astringit, sanguinémque sistit, ustus crassos & melancholicos humores educit, sed usus est rarioris. Schrod. Contra Hernias datur. Hoffman. Non solum ad sagittæ ferrum à corpore humano

no extrahendum, sed omnem aliam faburram vulneribus inhærentem, emplastris adhibet *Paracelsus*. Vide *Gilbertum de Magnete*.

A. 2. Magnes albus *Mont. Exot.* 13. Magnes candidus *Kentman.* 14. Magnes, sive candidus *Aldrov. Mus. Metall.* 560. A. *The White Loadstone.* Gal. *Aymant blanc.* G. *Weißer Magnet*, oder *Segelstein.* B. *Witte Magneet of Zeilsteen.* *Vires.* Abstergit, astringit, Antarthriticus, Antiscorbuticus, & Aperiens est, ut scribit *Mont.*

Magnetis Mineras seu Venas diversimodè coloratas & mixtas, vide apud *Kentmannum* 27.

II. De Hematite.

A. 1. **H**Æmatites *Offic. Calc. Mus.* 269. *Worm.* 64. *Dougl. Ind.* 42. *Aldrov. Mus. Metall.* 646. *Boet.* 386. *De Laet.* 122. *Charlt. Foss.* 27. Hæmatites verus *Schw.* 380. Lapis Hæmatites *Matth.* 1381. A. *Blood-stone.* Gal. *Pierre sanguine*, *Pierre Hematite*, *Feret d'Espagne.* G. *Rechter Blüht-stein.* B. *Bloedsteen.* Substantia est Metallica, mediæ consistentiæ inter lapidem & terram, ponderosa, fractus instar ligni petrefacti fibras oblongas habet, & in modum acum acutas, coloris obscure rubescentis, saporis terrei & astringentis. In ferri fodinis nonnunquam reperitur, cujus Minera quædam est, ex eo enim excoquitur ferrum, teste *Schrodero* & *Boyleo*. Optimus habetur friabilis, saturato colore rubro, qui per se durus est & æqualis, nulla sorde admixta, aut venis intermediis. *Vires.* Refrigerat, exsiccant, astringit, glutinat, adeoque convenit Ulceribus Oculorum & Pulmonum, oculis lachrymantibus, Sanguinis expuitioni medetur, profluvia, v. g. Hæmorrhagiam, uteri, alvi, &c. compefcit, *Schrod.*

A. 2. Lapis Schistus *Offic. Charlt. Foss.* 24. *Matth.* 1382. Schistus *Calc. Mus.* 274. *Worm.* 64. *Aldrov. Mus. Metall.* 655. *De Laet.* 123. Schistus, seu Scissilis lapis *Boet.* 392. A. *The Cleaving Stone.* Gal. *Pierre Schistus* (ainsi nommée parce qu'elle se fend aisément) G. *Schiefer-stein.* B. *Schilfer-steen.* Ex Germania transportatur. Substantia est metallica crocei coloris, si optimus fuerit, aliàs nigricat, laminas habens tenues, invicem hærentes, splendentes, & perspicuas. *Vires.* Vim habet Hæmatitidis, sed ad omnia infirmior. *Diosc.* Videtur, inquit *Boetius*, Talcis quædam species. Differentiam nullam inter Schistum & Hæmatitidem agnoscit *Agricola*, præter quæ in figura consistit.

III. De Smiri.

A. **S**Myris & Smerillus *Offic. Smiris Mer. Pin. Boet.* 591. *Worm.* 65. *Aldrov. Mus. Metall.* 653. *Charlt. Foss.* 27. A. *Emery. Gal. Emery*, ou *pierre d'Emery.* G. *Schmirgel.* B. *Smirigel-steen.* Lapis est ferrugineus, ponderosus, colore ad nigredinem tendente, adeo durus, ut gemmarum eo ad gemmas scalpendas, & arma expolienda utantur. *Vires.* Abstergentem habet facultatem, adeo ut ad gingivas humentes, & dentifricia Smiris pulvis adhibeatur. *Dioscorides.*

Hæmatitidis species esse videtur, & in ferri fodinis inveniri solet; de usu in Mechanicis, vide *Scriptores de Lap. & Gem.* Item *Wormii Mus.* p. 65.

IV. De Cinnabari.

DUorum generum Officinis est, alia Nativa, sive Mineralis, alia Factitia.

Cinnabaris Nativa *Offic. Schw.* 374. Minium purum, seu Cinnabaris nativa *Worm.* 126. Lapis Minium *Aldrov. Mus. Metall.* 637. Cinnabaris *Matth.* 1355. Minium *Diosc.* Argenti vivi Minera, Cinnabar fossilis *Dioscoridis Calc. Mus.* 439. A. *Native Cinnabar.* Gal. *Cinabre mineral.* G. *Berg-Zincker.* B. *Vermilioen, Berg-Cinaber.* Est substantia Metallica, seu potius Minera Mercurii, ponderosa, striata, friabilis rubicunda, cum striis argenteis. Reperitur in diversis *Europæ* locis, v. g. *Hungaria*, *Germania*, &c. Eligenda quæ gravior Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Hungarica, utpote quæ auro aliquantulum pollet. *Vires.* Usus ejus internus, præterquam quod Antepilepticis nonnunquam permixta deprehenditur, quod sciam nullus est: Exterius autem adhiberi potest ad sanandam Luem Veneream, scabiemque in Suffimentis, &c. *Schrod. Præp. Argentum vivum, Mercurius, & Hydragyrus Offic. Argentum vivum Worm.* 126. *Charlt. Foss.* 50. *Aldrov. Mus. Metall.* 194. *Matth.* 1357. *Kentm.* 64. *Calc. Mus.* 439. *Fabr.* 10. A. *Quick-Silver, or Crude Mercury.* Gal. *du Mercure, vis Argent.* G. *Queck-silber.* B. *Quicksilver.* Est Nativus, de quo hic, & Artificialis, i. e. Metallis extractus. Nativus etsi nonnunquam per se, ipsa natura operatrice, separatus invenitur: plerumque tamen ex Cinnabari vi ignis hunc in modum elicitur. Ollam Cinnabari implent, eamque ollæ alteri, interpositâ laminâ ferreâ, ore converso imponunt, lutoque circum-

cumlito, vi ignis circularis Mercurium vivum ex olla superiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum quo destillatio per descensum dicta perficitur. Censetur bonus, vel qui per retortam propulsus nihil recrementi relinquit; vel qui in cochleari argenteo evaporationi super pruinis expositus, maculam in cochleari relinquit flavam, aut albicantem, non nigram aut fuscā. Pro modis separandi Mercurium à Cinnabari nativa, vide *Transact. Philosoph.* N.º 2. & N.º 45. *Vires.* Internè mundificat sanguinem ab inquinamento, præcipuè Venereo: Fugat ac necat Lumbricos; difficilem promovet partum, &c. Externè inunctus, sanat Scabiem omnis generis. Fugat atque necat Pediculos, resolvit duros tumores, &c. Imò quoad ejus præparata, nulla res in Officinis est, si Antimonium excipias, ex qua major Medicamentorum supellex elici possit, quàm ex Mercurio, Suppeditat enim purgantia, vomitoria, sudorifera, mundificantia vulnera, Acrimoniam lenientia, ut patebit in formis Medicamentorum inde paratis. Usus Mercurii crudi internus & externus est. Intrinsecus tamen rariùs adhibetur, extrinsecus sæpiùs, &c. *Schrod.* Cinnabaris factitia *Offic.* *Aldrov. Mus. Metall.* 642. Cinnabaris artificialis *Schw.* 375. A. *Common Vermilion.* Gal. *Cinabre.* G. *Gemachter Zinnober.* B. *toegemaakte Cinnaber.* Fit sublimatione Mercurii cum Sulphure, at non est hujus loci. N.B. Cinnabaris Factitia frequentissimè in Officinis reperitur, Nativa rariùs. Mercurii usus varius in Mechanicis & Metallicis. Vide *Lazarum Erckerum*, *Alonsum Barbam*, *Acostam*, &c. Vide *Micbaelem*, & *Hoffmannum de Cinnabari Nativa.* Item *Tilingium*, *Clauderum*, &c.

V. De Cobalto.

A. **C**Obaltum *Offic.* Cadmia Metallica *Worm.* *Mus.* 128. *Charlt. Foss.* 51. *Aldrov. Mus. Metal.* 256. *Matth.* 1338. *Kentm.* 74. *Woodw.* Att. ii. P. I. p. 50. Cadmia Metallaris, aliis Cobaltum Metallicis *Schw.* 370. Cadmia fossilis, ex qua præp. Zaffera *Woodw. Att.* A. Cobalt. Gal. *Cobalt.* G. *Kobalt oder Fliegen-Pulver.* B. *Kobalt.* Minerale terreum est, colore ferè nigrum, Antimonio haud absimile, æris vel argenti particeps. Foditur copiosè haud procul *Goslaria* in Saxonia; item in Anglia; quoque apud Colles *Mendip* in Agro *Somersetiæ* reperitur. In Officinis nostris Pharmaceuticis ignotum est. *Vires.* Vi caustica & erodendi pollet tanta, ut fossorum manus & pedes exulceret: adeoque inter Venena recensetur, quip-

pe intus haustum Animalia quæque perimit. *Schrod.* Præp. 1. Flores per sublimationem sunt albi & leves; ex quibus fit aut 1. Arsenicum album *Offic.* *Ind. Med.* xv. Arsenicum factitium album *Aldrov. Mus. Metall.* 354. Arsenicum *Mont. Exot.* 12. Arsenicum album seu crystallinum *Schrod.* iii. 498. Arsenicum album, *Risagallum*, quibusdam *Realgar Worm.* *Mus.* 29. *Charlt. Foss.* 13. A. *White Arsenick or Ratsbane.* Gal. *Arsenic blanc.* G. *Weiß Ratzgen-Pulver.* B. *Witte Rottekruid.* Est substantia metallica, albicans, & ponderosa, facta ex floribus Cobalti per sublimationem in vasis ferreis, saporis acris & exurentis. 2. Arsenicum flavum *Offic.* Arsenicum factitium flavum *Aldrov. Mus. Metall.* 358. Arsenicum citrinum seu flavum *Schrod.* iii. 498. Arsenicum citrinum *Pharmacopolis.* A. *Yellow Ratsbane.* Gal. *Arsenic jaune.* G. *Gold-gelb.* B. *Operment, Rotten-kruid.* Est substantia metallica, flava, & ponderosa, saporis acerrimi & urentis; facta per sublimationem florum Cobalti part. 10. sulphuris communis part. unum. 3. Arsenicum rubrum factitium *Offic.* *Woodw. Att.* ii. P. I. p. 50. A. *Red Arsenick.* Gal. *Arsenic rouge.* G. *Feuer-Schwefel-oder roth Operment.* B. *Rusgeel.* Substantia est metallica, & ponderosa, coloris cinnabaris; facta est quoque ex floribus superscriptis cum sulphure communi & parvæ proportionis cujusdam substantiæ metallicæ Spumæ Cupri dictæ. *Vires.* Inter venena loco haud ultimo Arsenicum recensetur, nec immeritò. 2. Caput Mortuum, sive Residentium, post sublimationem florum, ex hoc cum idonea quantitate Silicum fiunt Zaffera. In usu à pictoribus, figulis, & Vitriariis.

Præter colorem *Ultramarinum* dictum à *Lapide Lazuli* & *Armenio* factum: Aliud cœrulei generis est, non tantum à pictoribus, sed etiam à Matronis & lotricibus nostris, sed frequentius à forma ejus. A. *Powder-Blue.* Gal. *Berg-bleau.* G. *Berg-blau.* B. *Berg-blaauw.* i. e. *Cæruleus pulverizatus*, qui à Cobalto, cineribus clavellatis, & silicibus albis conficitur; cujus conficiendi modus apud Saxones in Germania, prout ab amicissimo viro D. Davide Krieg, M. D. mihi communicatus est, sic se habet: „Primo Cobaltum in mola in tenuissimum pulverem comminuitur, cumque cineribus clavellatis mixtum, in fornice funditur in vitrum obscure cœruleum; deinde iterum commolitur, & cum idonea quantitate silicum alborum mixtum, denuò funditur in vitrum, quo tandem pulverisato, partes tenuiores

„ Iotione separantur, & postea exsiccantur.
 „ N. 1. Quo plures silices post primam fusio-
 „ nem materiæ admiscuntur, eò major erit
 „ Smalti quantitas, verùm pallidior. 2. Inter
 „ lavandum, quod primò à massa abscedit pu-
 „ rius & pallidius est posteriore. *Philos. Trans.*
 „ N. 293. 1753.

VI. De Magnesia.

A. **M**agnesia, *Offic. Geoff. Laet. Ed. Angl.*
 178. Manganese, *Mer. Pin.* 212.
Schwenck. Not. in Boerb. Chem. 140. Sapo vitri,
Mer. Ars. Vit. A. Soap of Glafs. Gal. Magne-
se, Magne, Maganaije. Corpus est metalli-
 cum, durum, ponderosum, & friabile. Hu-
 jus mineræ mentionem facit *Geoffroyus*, M.
 D. in *Prælectionibus suis de Materia Mediça.*
 In Officinis Pharmaceuticis rarò aut nunquam
 invenitur; sed apud figulos & vitriarios fre-
 quens est.

VII. De Pyrite.

A. **P**Yrites, *Offic. Boet.* 516. *Fabr.* 29. *Charlt.*
Foss. 17, 52. *Aldrov. Mus. Metall.* 570.
Worm. 39, 129. *Schw.* 388. Lapis Pyrites,
Matth. 1381. Marchasitæ variæ, seu Pyrites,
Mer. Pin. 212. Marchasita, *Moderni.* A. Fire-
 Stones. *Gal. Pierre à feu, à fusil, Pierre d'Ar-*
quebusade, Mondique. G. Feuerstein. B.
Vuursteen. Omnibus ferè fodinis invenitur,
 omnia ferè metalla, sales, & sulphura ex ute-
 ro suo ditissimo effundens, purus enim Lapis
 non est, omniumque Minerarum feracissima ef-
 fe videtur: multâ varietate reperitur, quoad
 colorem, figuram, mixturam cum metallis, la-
 pidibus, cæterisque fossilibus, variâ propor-
 tione miscetur cum Ferri, Plumbi, Stanni, Ar-
 genti, Cupri, seu Æris, & Aluminis Metal-
 lo; item similiter cum ipso silice nigro, cum
 carbone fossili, cum lapide calcario, creta-
 ceo, &c.

Vires. Tum crudi quàm usti vis est excalefa-
 cere, abstergere, offusam oculis caliginem ex-
 purgare, duritias concoquere, & concoctas
 discutere, *Diosc.*

VIII. De Phrygio Lapide.

A. **L**apis Phrygius, *Offic. Boet.* 406. *De Laet.*
 134. *Matth.* 1380. *Aldrov. Mus. Me-*
tall. 689. *Calc. Mus.* 385. A. The Phrygian
 Stone. *Gal. Pierre Phrygienne. G. Phrygischer*
Stein. B. Phrygierse Stein. Nascitur in Cap-

padocia. Est gleba pumicosa; præfertur qui
 pallefcit, pondere mediocris absque solida
 compage, ac lineis albis Cadmiæ instar distin-
 ctus est. *Vires.* Astringendi, expurgandi, &
 crustas inducendi vim habet. Lavatur ut Cad-
 mia, *Diosc.* Morbis oculi, atque ad ulcera,
 &c. utilis est, *Galen.* In Officinis nostris An-
 glicanis hodie ignotus est.

IX. De Sory, Chalcitide, Misy, & Melan-
lanteria.

Sory, Chalcitis, Misy, & Melanteria Mine-
 ralia sunt inter se Origine & Viribus conjun-
 ctissima. Nimirum ex Sory fit Chalcitis, ex hac
 Misy: videatur *Matthiolus* in *Dioscoridem*, qui
 inter recentiores primus quid illa sint demonstravit.
 Verùm adhudum in Officinis nostratibus ignota
 sunt, & in usum non veniunt, quæ Chalcitidis lo-
 co Colcbatar seu Vitriolum calcinatum Theriacæ
 immiscet, cum tamen genuinum Sory, Chalcitis,
 & Misy, monente eodem *Matthiolo*, in Ducatu
 Brunsvicensi inveniuntur.

1. Sory, *Offic. Matth.* 1365. *Worm.* 26. *Al-*
drov. Mus. Metall. 341. *Charlt. Foss.* 11. *Kentm.*
f. 15. Est Minerale lapidosius, & vehemen-
 tius compactum quam Chalcitis aut Misy, sed
 & crassissimum, fricatum scintillas Mifeos e-
 mittens.

Sory in eo differt à Melanteria, quod in
 Sory inest virus grave, nauseam movens, id
 quod in Melanteria non deprehenditur, *Kentm.*

2. Chalcitis, *Offic. Matth.* 1365. *Worm.* 26.
Aldrov. Mus. Metall. 340. *Charlt. Foss.* 11.
Kentm. 15. Minerale est æri simile, friabile,
 nec lapidosum, Sory tenuius, Misy verò cras-
 sius, tractu temporis ex Sory factum.

3. Misy, *Offic. Matth.* 1365. *Worm.* 26. *Al-*
drov. Mus. Metall. 341. *Charlt. Foss.* 11. *Kent-*
man. 15. Minerale est, aurum colore imitans;
 aureisque scintillis, dum frangitur, splendens;
 natum super Chalcitim & ex Chalciti, non se-
 cus ac ærugo nascitur super æs & ex ære, ef-
 florescentia enim Chalcitis est. *Vires.* Adurunt,
 & escharas efficiunt; attamen & nonnihil quo-
 que astringunt: differunt tamen inter se tenui-
 tate & crassitie, *Schrod.*

4. Melanteria, *Offic. Matth.* 1365. *Worm.*
 26. *Aldrov. Mus. Metall.* 341. *Charlt. Foss.* 11.
 Melanteria, Atramentum nigrum, *Offic. Schw.*
 385. Atramentum nigrum, seu sutorium,
 Græcis Melanteria, *Kentm.* fol. 14. Duplicis
 est originis, quædam in faucibus cuniculorum,
 quibus æs eruitur, salis modò concrefcit. A-
 lia verò in summa facie supradictorum loco-
 rum coit, quæ terrena est. Præstat quæ sul-
 phuris

phuris colorem trahit, lævis, pura, æquabilis, & quæ contactu aquæ confestim nigrescit. *Vires.* Vim causticam eam obtinet, quam & *Misy*, *Diosc.* In Officinis nostris nunquam reperitur.

Pro hisce consule *Kentman.* p. 15, 16. & *Wormii Mus.* p. 26.

X. De Asio Lapide.

Lapis Asius, *Offic. Matth.* 1380. *Aldrov. Mus. Metall.* 692. Asius vel Assius Lapis, quem etiam Sarcophagum vocant, *Worm.* 49. *Charlt. Foss.* 21. Sarcophagus, sive Assius Lapis, *De Laet.* 133. Sarcophagus, & Asius seu Assius Lapis, *Boet.* 403. *A. Affian Stone.* *Gal. Pierre d'Asso, ou Pierre Affienne.* *G. Es. Stein.* *B. Een Zark.* Est minerale leve, fungosum, friabile, scissile, pumiceo colore, sapore falso. In *Ufu.* Minera, falsugo subflava summo lapidi insidens, compage tenui, gustu mordente. *Vires.* Utraque vim habet astringentiam, & modicè erodentem. Ulcera vetera siccant, & cicatrici repugnantia sanant; excrescentia cohibent; cava explent; tetra ulcera & fungis similia expurgant, *Diosc.* Longè validior flos seu falsugo existimatur.

XI. De Petratorio Lapide.

Lapis Petrarius, *Geoff. Prælect. Angl. Edit.* 179. *Pomet.* *A. The Perigord-Stone.* *Gal. Perigord, Pierre de Perigord, ou Perigeux.* *G. Perigord-Stein.* *B. Perigord-Stein.* Est minerale atræ, duræ, ponderosæ, & ferruginæ substantiæ. Invenitur in Montosis Delphini. *Usum* nullum habet in medicina, sed in officinis figulorum & encausticorum frequens est.

II. De Metallis Affinibus.

Inter Mineras & Metalla ponemus Metallis finitima, quæ si Semi-Metalla appellare libet, non magni refert: & ad hunc locum pertinet Argentum Vivum, sed quoniam Minera ejus officinalis etiam est, ab ea non separandum duximus.

I. De Antimonio.

Antimonium, *Offic. Mer. Pin.* 209. *Charlt. Foss.* 49. *Worm.* 125. *Schrod.* 421. *Stibium*, *Aldrov. Mus. Metall.* 186. *Matth.* 1347. *Schw.* 393. *Stibi*, *Kentm.* 88. *Stibium*, *Calc.*

Mus. 458. *Fabr.* 27. *A. Antimony.* *Gal. Antimoine.* *G. Spieß-glas.* *B. Antimonie, spies-glas, spits-glas.* Substantia est metallica, solida, ponderosa, friabilis, plumbei coloris, cum striis longis, splendentibus. Eruitur ex Minera, variis coloribus & in forma pyramidalis effusa. Variis in regionibus eruitur Minera Antimonii, maximè tamen laudatur Hungaricum & Transylvanum, utpote quod Sulphure puriori dotatum, aurique minera imbutum est. Artifices variis modis bonitatem explorant. Quidam Chartæ luteo colore tinctæ, denteque apri ritè lævigatæ id affricant, certitudinisque notam, rubram lituram, inductione illa post se relictam statuunt. Alii benè pulverisati drachmas aliquot fortissimo spiritu Aceti imbibunt, inque figulina ad lentum ignem, ne Antimonium fluat, evaporare sinunt: quod si post evaporationem pulvis Antimonii rubens relinquitur, ulterius de ejus certitudine non dubitant. *Vires.* In Antimonio, inquit *Quercetanus*, sunt sexcentæ proprietates variæ ac præstantes, ut præparantes, expurgantes, vomitiones concitantes, & id genus alia, ut nunquam satis laudari queat hoc Medicamentum. Crudo attribuerunt Veteres vim astringendi, exsiccandi, meatusque corporis obstruendi, excrescentias carnis absumendi, cicatrices abducendi, oculorum ulcera & fordes mundificandi. Sunt & qui ad Epilepsiam arcendam exhibent, etiam in ipso Paroxysmo, *Schrod.*

Pro usu Antimonii in purgandis Metallis, &c. vide *Transact. Philosoph.* N° 138. N° 142. Varietates Mineræ Antimonii vide apud *Kentmannum*, p. 88, 89. *Ufus* in Mechanicis vide *Wormii Mus.* 125, 126.

II. De Bismutho.

Bismuthum, *Offic. Charlt. Foss.* 49. *Aldrov. Mus. Metall.* 161. Bismuthum, plumbum, cinereum, *Worm.* 125. Marcasita, sive Bismuthum, *Schrod.* 456. Marcasita argentea, *Cæsalp.* Galæna inanis, *Germanis.* Blende, *Woodw. Att.* Tom. I. 182. Bismuthum, *Idem* Tom. II. P. I. p. 28. *A. Marcasite of Silver, or Tinglafs.* *Gal. Marcasite, Bismuth, G. Bismuth, Marcasite.* *B. Marcasite, Bismuth.* Excrementum est metallicum in generatione Metallum ex portione aliqua ad generationem Metallum inepta productum, inque corpus minerale albicans, durum, ac fragile mutatum. *Vires.* Recremento Plumbi respondet: usus rarissimus est, & non nisi externus, *Schrod.* Nonnulli ex eo fucum elaborant ad cutim dealbandam.

III. De Metallis perfectis, quorum Mineræ in usu Officinis non sunt.

I. De Ferro.

Ferrum, Offic. Aldrov. Mus. Metall. 129. Fabr. 22. Charlt. Foss. 47. Worm. 122. Mer. Pin. 208. Schrod. 377. Schw. 378. Ferrum, Mars, Mont. Exot. 13. A. Iron. Gal. Fer. G. Eisen. B. Yzer. Metallum est ignobilius, constans, ut vult Schroderus, ex Mercurio & Sulphure minus liquabili, crudiori, seu, si mavis, ex Sulphure ac Sale, quæ partibus terreis crudioribus immixta sunt; vel potius, ut Hermannus, ex Sale alkalico terra Metallica incluso. Duorum est Generum: 1. *Nativum*, quod in fodinis purum reperitur, vel granorum, vel massæ instar. 2. *Excoctum*, quod in officinis ferrariis è Minera conficitur. *Præp.* 1. Chalybs, Offic. A. Steel. Gal. Acier. G. Stahl. B. Staal. Substantia est metallica, ponderosa, ferro compactior, & solidior, facta ex ferro sæpius candefacto, & in aqua extincto. 2. Ferrugo, sive Rubigo, Offic. Ferrugo, Charlt. Foss. 53. Worm. 131. Ferrugo, sive Rubigo Ferri, Aldrov. Mus. Metall. 352. Rubigo Ferri, Matth. 1344. A. Rust. Gal. Rouille. G. Rost. B. Roest op Bergstoffen. Conficitur, vel si aëri exponatur, seu alioquin humectatur. 3. Scoria, Offic. Charlt. Foss. 54. Worm. 123. A. Dross, or Scales. Gal. Ecume, impureté, scorie. G. Schlacken / Metallen-Schaum. B. Slek, Hamerslag. Supernatat hæc Metallo, quamdiu fusa est; frigesacta autem congelatur & fragilis redditur. *Vires.* Diversis donatum est viribus, astringendi scilicet & aperiendi: ob salem alkalicum acidum astringit, obstructions aperit, & morbos chronicos inde ortos curat: ob terram metallicam acida absorbet, eorumque cuspidēs obtundit.

Ferri venas, seu Mineras varias (A. Iron Ores. Gal. Mines de Fer. G. Eisen- oder Erz-Gruben. B. Yzer-Mynen.) Vide apud Kentmannum sæpius laudatum, p. 89, 90. ad p. 92. & Wormii Mus. p. 123. Pro modo separandi ferrum, vide Transact. Philosoph. N° 137. vide etiam Raium de Vocabulis Inusitatis, pag. 186, &c.

II. De Stanno.

Stannum, Offic. Mer. Pin. 208. Aldrov. Mus. Metall. 181. Schrod. 394. Stannum,

seu Plumbum candidum, Calc. Mus. 458, 466. Stannum, Jupiter, Mont. Exot. 13. Plumbum candidum alias Stannum, Charlt. Foss. 48. Plumbum candidum, quod & Stannum alias vocatur, Worm. 124. Plumbum candidum, Schw. 387. Kentm. 85. Fabr. 16. A. Tin. Gal. Etain, Plomb blanc. G. Zinn. B. Tin. Metallum est molle, album, splendens cum livore quodam, constans, secundum Schroderum, ex Mercurio puriore, molliore, fugaciorque quam Metalla duriora, fixiore verò quam Plumbum, & sulphure albo minus maturo. Ex Mineris diversis coloribus eruitur. *Vires.* Præterquam quod Epatis convenit, uteri & cerebri morbis peculiariter quoque dicatur, Schrod. Præp. Bianca Alexandrina, seu Album Hispaniæ, Worm. 131. Charlt. Foss. 54. Album Hispanicum, Aldrov. Mus. Metall. 164. A. Spanisch White. Gal. Blanc d'Espagne. G. Weiss Spanisch. B. Spaans Wit. Ita conficitur, ut cerussa ex plumbo. *Ufus* præcipuus est ad feminarum fucos, cutim enim dealbat, & candidam reddit. Ex Stanno eruitur Aurum, inquit D. Merret, in Pinace suo, at parvâ quantitate. Argentum ex Minera Stanni quoque eruitur. Stanni Mineras varias (A. Tin Ores. Gal. Mines d'Etain. G. Zinn-Grube. B. Tin-Mynen.) Vide apud Editores Museorum, & Scriptores Metallicos. Pro modis separandi & conficiendi Stannum, vide Raium de Vocabulis Inusitatis, p. 180. Item Transact. Philosoph. N° 69. N° 138.

III. De Auro.

Aurum, Offic. Fabr. 1. Schrod. 361. Worm. 114. Charlt. Foss. 45. Aldrov. Mus. Metall. 37. Mer. Pin. 208. Schw. 367. Calc. Mus. 436. Kentm. 58. Aurum, Sol, Mont. Exot. 13. A. Gold. Gal. Or. G. Gold. B. Goud. Metallorum cunctorum est nobilissimum, solidissimum, colore fulvum, compactum ex principiis summè digestis, adeoque fixis. *Vires.* Balsami seu calidi nativi cordisque summum corroborans nonnulli esse volunt, sed credat quicumque vult. *Præp.* Aurum foliaceum, A. Leaf-Gold. Gal. Or en Feuille. G. Geschlagen Gold. B. Geflagen Goud. Eodem modo factum, quo Argentum foliatum. Prostat ornatûs gratiâ, & ad pilulas obducendas. Vel reperitur in Mineris, videlicet Auripigmento, Lapide Lazuli, Silicibus candidis, &c. è quibus separatur Amalgamatione cum Mercurio; vel purum & virgineum reperitur, vel (quod sæpissimè contingit) cum are-

arena mixtum, & lotionem separatam: Hinc torrentes, & fluvii, & littora arenosa Auro abundant, & ditantur. Vide plura apud Cæsalpinum in *Metall.* p. 175, 176. Item in *Museis Curiosorum editis*, & apud *Scriptores Metallicos*, *Alonsum Barbam*, *Acostam*, *Agricolam*, *Erberum*, &c.

IV. De Argento.

A. **A**rgentum, *Offic. Mer. Pin.* 208. *Fabr.* 6. *Aldrov. Mus. Metall.* 72. *Charl. Foss.* 45. *Worm.* 115. *Schrod.* 373. *Schw.* 366. *Calc. Mus.* 439. *Kentm.* 59. Argentum, Luna, Mont. *Exot.* 13. A. Silver. *Gal. Argent.* G. Silber. B. Zilver. Metallum est nobile, candidum, Auro imperfectius. Ex Minera plumbea seu Molybdæna sive Plumbagine nativa *Dioscoridis* eruitur. *Vires.* Capitis corroborans perhibetur specificum, spiritusque animales confortare, unde & in omnibus capitis affectibus peculiaris efficaciam censetur, quales imprimis Epilepsia, Apoplexia, &c. *Schrod. Præp.* Argentum foliaceum, *Offic. A. Leaf-Silver.* *Gal. Argent en feuille.* G. Geschlagen Silber. B. Geslagen Zilver. Fit sæpius calefaciendo laminas Argenti, quas inter duo coria tundunt ac cædunt in tantam tenuitatem.

Pro modis separandi & præparandi Argentum, vide *Clarissimum Ratum de Vocabulis Inusitatis*, 174. Item *Lazarum Erkerum*. Varias Argenti Mineras seu Venas (A. Silver Ores. *Gal. Mines d'Argent.* G. Silberader/ Silber-Grube. B. Zilver-Mynen.) Vide apud *Kentmannum*, p. 59. ad p. 64. *Wormium*, reliquosque *Museorum Editores*. Vide A. *Barbam*, *Acostam*.

V. De Plumbo.

A. **P**lumbum, *Offic. Mer. Pin.* 209. *Schrod.* 389. *Aldrov. Mus. Metall.* 160. Plumbum nigrum, *Charl. Foss.* 48. *Fabr.* 27. *Schw.* 387. *Worm.* 124. Plumbum, Saturnus, Mont. *Exot.* 13. A. Lead. *Gal. Plomb.* G. Bleij. B. Lood. Metallum est vilissimum, constans, inquit *Schroderus*, ex sulphure indigesto, sale aluminoso, ac Mercurio naturam Antimoniali æmulante. Ex eadem Minera cum argento eruitur. *Vires.* Refrigerat, astringit, incrascat, &c. Libidinem reprimit, ulcera carnis implet, cicatrice obducit, excrecentiisque liberat, ulceribus cheroniis quæ vocant, malignis, canerosis, & putredinosis, tum per

se, tum quibusdam permixtum, convenit, *Schrod.* Recrementa metallica factitia Plumbi sunt, 1. Lithargyrus, *Offic. Schrod.* 459. *Worm.* 135. *Charl.* 55. *Aldrov. Mus. Metall.* 18. Lithargyrium, *Schw.* 383. A. Litharge. *Gal. Litharge.* G. Gold-Glett. B. Glit, Goud en Zilver-Glit. Spumofum excrementum metallicum est à purificatione argenti, vel potius nihil aliud est quam plumbum, Duo ejus genera communiter statuuntur, videlicet aureus, qui flavi coloris existit; & argenteus, qui coloris albi; verum non nisi coctione differunt, aureusque magis coctus est quam argenteus. *Vires.* Siccat & refrigerat, moderatissime astringit, reprimit, occludit, cava explet, extergit. Sarcoticum est, *Schrod.* 2. Molybdæna, & Plumbago factitia, *Offic. Schrod.* 460. Molybdæna, sive Plumbago, *Matth.* 1349. Plumbago, *Worm.* 136. *Charl. Foss.* 56. A. Plumbage. *Gal. Plomb de Mer, Plombagine, Mine de Plomb noire, Plomb de Mine.* G. Blanks/ Bleij-Gras/ oder Bleij-Weiß. B. Schuimlood. Recrementum illud est, quod in argenti, auriq; purificatione cum plumbo, fornacis folio concretum, & perustum adhærescit. Suprema ejus pars ad Lithargyrium accedit, infima cinerem, media ex utrisque mista. *Vires.* Similem Lithargyro vim possidet, ad frigidum paululum recedens, sed nec abstergentis facultatis est particeps. 3. Cerussa, & Sandix, *Offic. Cerussa, Aldrov. Mus. Metall.* 164. *Worm.* 131. *Charl. Foss.* 54. *Matth.* 1351. Plumbum album quibusdam, A. Ceruse, White Lead. *Gal. Ceruse.* G. Bleij-Weiß. B. Ceruis, Lood-Wit. Substantia est metallica, alba, friabilis, ponderosa, facta suspensione Plumbi lamellæ supra Acetum, ut vapores ab Aceto elevati circumcumeant. *Vires.* Cum Lithargyro convenit viribus, & potius externè quam internè usurpatur. 4. Minium vulgare, *Offic. Minium, Worm.* 131. *Charl. Foss.* 54. Minium, seu Sandyx, *Aldrov. Mus. Metall.* 164. Sandaracha, *Vitruvio.* Plumbum rubrum, vulgò. A. Red Lead. *Gal. Minium, ou Mine de Plomb.* G. Røennig. B. Mentie. Pulvis est metallicus rubicundus, ponderosus, vel calx Plumbi igne reverberata. *Vires.* Convenit cum Cerussa viribus; scilicet ad Tumores & Ulcera Galliea, ad partes ambustas, & ad lentigines. 5. Plumbum ustum, *Offic. Matth.* 1345. A. Burnt Lead. *Gal. Plomb brûlé.* G. Gebrand Bleij. B. Gebrand Lood. Est Plumbum in calcem reductum vi ignis, videlicet. Fiat S. S. S. ex Plumbi bracteis & Sulphure pulverisato, uraturque hac ratione Plumbum. *Vires.* Siccat &

& refrigerat, & cum Minio convenit viribus.

Pro modis separandi & præparandi plumbum, vide *Agricolam* & *Erckberum*.

Plumbi Mineras varias *A.* (*Lead Dres Gal. Mines de Plomb. G. Blei: Erh. B. Lood-Mynen.*) vide apud *Kentmannum*, à p. 84. ad p. 98. etiam apud *Editores Museorum*, & *Scriptores de Metallis*.

VI. De Cupro.

A. **C**uprum, *Offic. Schrod.* 385. *Fabr.* 11. *Æs, Worm.* 120. *Charlt. Foss.* 46. *Aldrov. Mus. Metall.* 97. *Æs, Cuprum, Schw.* 360. *Cuprum, Æs Veneris, Mont. Exot.* 13. *A. Copper. Gal. Cuivre. G. Kupffer. B. Koper* Ex ignobilioribus duriusculis est, constans (secundum *Theophrastum*) ex Sulphure purpureo, Sale rubro, ac Mercurio citrino. *Vires.* Præterquam quod partes generativas peculiariter confortare creditur; variis facultatibus abundare æstimatur, adeo ut sint, qui dicere non vereantur, nullum Metallorum salubriorem spirare auram quam Cuprum. *Schrod. Præp.* 1. *Æs, Offic. Æs flavum, Worm.* 122. *Orichalcum, Charlt. Foss.* 47. *Aldrov. Mus. Metall.* 126. *A. Brass. Gal. Cuivre Jaune, ou Laiton. G. Messing. B. Geel-Koper.* Metallum durius quam Cuprum, colore fulvo. Conficitur ex fusione Cupri cum lapide calaminari. 2. *Ærugo, & Æs viride, Offic. Charlt. Foss.* 53. *Ærugo rasilis, Matth.* 1343. *Worm.* 131. *Ærugo factitia, Aldrov. Mus. Metall.* 352. *A. Verdigrise. Gal. Verd de gris, ou Verdet. Kupffer. grün! Span-grün! Grünspan. B. Spaans-groen, Koper-roest.* Substantia est grumosa, condensata, cœruleo-viridis, facta ex Cupro & Aceto, hoc modo: Suspendantur laminæ Cupri, ut vapor acetii & racemorum objectæ sint, sic adhærescet ærugo. *Vires.* Constat sale falso plus minus caustico, habente virtutem acidâ quævis ulcerum & vulnerum infringendi 3. *Flos æris, Offic. Schw.* 361. *Worm.* 132. *Charlt. Foss.* 54. *Matth.* 1341. *A. Flowers of Brass. Gal. Fleur de cuivre. G. Kupffer-Stein. B. Koper-bloem.* Sunt parva, subrubra, splendentia granula, seminis Milii magnitudine aut minora, quæ laminæ ferreæ, supra vaporem ab aqua aëri liquefacto, cum è fornace effluit, inpersa elevatum, suspensæ accrescunt. In fornacibus, ubi Æs ipsum funditur in Tridentino agro, sæpius collegit *Matthiolus* in hunc modum: Cum Æs in for-

nace liquatum, in paratum receptaculum extra fornacem diffunderetur, antequam omnino coiret in massam, frigidam super ipsum adhuc ignitum infundebat, statimque vapor magnus excitabatur, sub quo mox ferream laminam, & eam quidem amplam, subiciebat, tamdiuque tenebat, donec cessabat vapor. *Vires.* Astringit, & excrementia coerct; offusam oculis caliginem emendat, sed magnoperè mordet, *Diosc.* Tenuiorum partium facultatis est, quam aut æs ustum aut squama, *Galen.* Nusquam in officinis nostris reperitur, quapropter ejus vice æruginè perpetuo utuntur.

Recrementa Metallica Ære conficiendo sunt,
1. *Diphryges, Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 14. *Worm. Mus.* 133. *Charlt. Foss.* 55. *Schrod.* iii. 359. *Schw.* 376. *Matth. Ed.* 1366. *Diophryges, Calc. Mus.* 461. *A. Scurf* Genus est recrementi metallici, quod subidet, dum Æs in fornace fusum aqua frigida perfunditur; nobis ignotum est, & in Officinis rarissime invenitur. *Vires.* Mistam habet facultatem; continet enim in se quiddam & mediocriter astringens, & mediocriter acre; quamobrem ulcerum rebellium optimum Medicamentum est, *Schrod.* 2. *Tutia, Offic. Dougl. Ind. xcii.* *Lapis Tutia, Woodw. Att. T.* 11. *P. l. p.* 50. *Cadmia Fornacia, Geoff. Prælect.* 182. *Schw.* 370. *Worm. Mus.* 134. *Charlt. Foss.* 55. *Agricola, Cadmia Botrytis, Aldrov. Mus. Metall.* 16. *Cadmia Capnitis, Kentm.* 43. *Cadmia Factitia, Schrod.* iii. 458. *A. Tutty. Gal. Tutie. G. Augennicht! Hüttenrauch. B. Tutie-niet, Kleime, Oogniet.* Substantia est metallica crustacea, corticis instar, intus lævis ex flavo-cinerea, extus numerosis sub-cœruleis tuberculis asperata; sed quid sit Tutia, inter se non consentiunt Autores: *Garzias* enim ex cujusdam arboris cinere exusta dicit: sed *Bontius* ex terra argillæ instar glutinosæ præparari scribit. Secundum *Douglas.* fit ex terra quadam argillæ instar glutinosa, in *India Orientali* in fornacibus exliccata. Alii, quibus & nos consentimus, corpus quoddam ex fuligine æris, dum in fornace conficitur, concretum esse volunt; adhærens ferreis hastis, similis est corticibus arborum, intus lenis, exterius granulosa, instar racemi admodum minutis granulis cinerei coloris aliquantum ad cœruleum vergentis, gravis & sonora. Triplicis id fit generis; *Botrytis, Ostreacitis, & Placitis*, nominibus à re quam repræsentare videtur desumptis. *Vires.* Leniter desiccant, abstergit, ulceribus humidis confert,
F eadem-

eademque ad cicatricem ducit, *Schrod.* Venenum habet perniciosissimum, eapropter intra corpus haud sumenda. Mures necat; oculorum medicamentis utilis; additur emplastris & collyriis, *Schw.* 3. Pompholix, Nil album, *Offic.* Nil album, five Pompholix, *Woodw. Att.* Tom. 11. P. I. p. 50. Pompholix, *Worm. Mus.* 135. *Kentm.* 72. *Charlt. Foss.* 55. *Calc. Mus.* 461. *Aldrov. Mus. Metall.* 16. *Matth. Ed. G.* 1339. A. *The White Tutty.* Gal. *Calamine blanche.* G. *Weisser Nicht oder Galmeystück.* B. *Niet, Witniet.* Pulvis est metallicus, albus, sublimatus ex aere, in fornace coctus, seu favilla est tenuissima & volatilis, quæ, dum Æs in fornacibus perficitur, supernæ earum parti adhærescit. *Vires.* Convenit cum Tutia viribus. Singulare est in oculorum vitiis. 4. Spodium Græcorum, Nihil gryseum, *Offic.* Spodium, *Matth. Ed.* 1339. *Aldrov. Mus. Metall.* 16. Spodium factitium, quidam Cinerulam vocant, *Worm. Mus.* 135. Spodos, *Kentm.* 72. Spodios factitia, quibusdam Cinerula, *Charlt. Foss.* 55. A. *Putty.* Gal. *Tutzie grise.* G. *Grauer Nicht.* B. *Grauwe Tutia, Spodium.* Pulvis, vel favilla est eadem ob gravitatem in pavimentum descendens, colore exalbido. *Vires.* Viribus cum Pompholyge convenit, sed in Officinis rari usus est. Cupri Mineras, seu Venas diversas A. (*Copper Dres* Gal. *Mines de Cuivre.* G. *Rupffer-Erz.* B. *Kopermynen.*) vide apud *Kentmannum*, à p. 65. ad p. 72. *Wormium* in *Mus.* p. 120, 123. reliquaque *Musea*, &c.

S E C T I O S E X T A.

De Lapidibus in genere.

L Apides sunt corpora terrea, dura, indurabilia, vi lapidesca, ex materia fluida lapidescente coagulata.

Lapides sunt vel

- Minus pretiosi, habentque figuram
 - Nullam; suntque vel
 - Opaci,
 - Duri, & solidi, ad Mechanicam utiles, colore
 - Albo: *Alabastrum.*
 - Viridi: *Opbitis.*
 - Cæruleo: *Lapis Lazuli*, & *Armenus.*
 - Molles, & facile friabiles,
 - Porosi, læves.
 - Spongiæ similis: *Pumex.*
 - In Spongia repertus: *Lapis Spongiæ.*
 - Solidi, & ponderosi; ad æs conficiendum utiles: *Lapis Calaminaris.*
 - Diaphani,
 - Plumosi: *Amiantbus.*
 - Striati, lucidi: *Talcum.*
 - Squamosi: *Lapis Specularis.*
 - Certam.
 - Mathematicam,
 - Rhomboidem: *Selenites.*
 - Sexangulam: *Crystallus.*
 - Rotundam; estque alius alio imprægnatus: *Ætites.*
 - Oblongam, superficie
 - Aspera, *Lapis Judaicus.*
 - Plana: *Belemnites*, *Lapis Lyncis.*
 - Aliquam rem animatam representans. *Osteocolla.*
 - Pretiosi;
 - Diaphani (quæ *Gemmæ* dicuntur) suntque vel
 - Integri,
 - Duri, colore aliquo imbuti,
 - Rubro, è
 - Croco & Lacca Indica mixto: *Rubinus.*
 - Rufo-nigricantes: *Grenatus.*
 - Flavo-rubicundi: *Hyacinthus.*
 - Aureo: *Topasius.*
 - Viridi: *Smaragdus.*
 - Cæruleo
 - Cum viridi mixto, quæ aquæ marinæ colorem refert: *Beryllus.*
 - Sine mixtura: *Sapphirus.*
 - Purpureo: *Amethyllus.*
 - Molles, parvi, colore

Alb

- { Albi : *Asteria Gemma.*
 { Versicolores : *Opalus.*
 { Non integri, secundum
 { Partes : *Sardus.*
 { Totum : *Onyx.*
 { Opaci, pulchri, magni,
 { Molliores, versicolores : *Faspiis.*
 { Duri, colore viridi sanguineis punctis vel
 { venis distincto. *Heliotropium.*

In Herbis, Verbis, & Lapidibus magna est virtus. Canon est notissimus Physicorum; de viribus Herbarum & Verborum agere non est hujus loci: quod attinet ad Lapidem, hoc loco subjungemus duntaxat Pauli Ammanni verba: "Si per virtutem intelligas molem, inquit, magna procul dubio inerit virtus; exemplo tibi sit motus lapidum projectorum. Contra, si medicam facultatem consideres, multa in illorum historia erunt falsa, dubia, & superstitiosa." Hinc etiam succinctam illorum historiam trademus, qui pleniorum desiderat, adeat *Kentmannum de Fossil.* à p. 32. ad p. 57. *Boetium de Boot.* & *Johan. de Laet. Edit. An. 1647.* Item doctissimum *Wormium in Mus.* à p. 36. ad p. 112. & *Cesalpinum de Metall.* à p. 74. ad p. 164.

I. De Lapidibus minus pretiosis.

I. De Arena.

A. **A**rena maris, Offic. *Arena marina,* *Kentm.* 57. *Arenalittoralis,* *Mer. Pin.* 211. *Matth.* 1390. A. *Sea-Sand.* Gal. *Sable de Mer.* G. das Sand am Meer. B. *Zee-sand.* Vires. *Arena* è litoribus Sole fervefacta, *Hydropicorum* tumores exfugit, si capite tenuis in ea obruantur. Torreretur solet ad aridos fatus, pro milio, aut sale, *Diase.* Apud Mechanicos in usu ad vitrificandum & poliendum. Vide *Nerium de Arte Vitra-ria.*

II. De Lapide Arenoso.

A. **L**apis arenosus, Offic. *Aldrov. Mus. Metall.* 724. *Saxum arenarium,* *Worm.* 37. *Boet.* 512. *Mort. North.* 98. *Charlt. Foss.* 16. *Ammites,* vel *Hammites,* *Mer. Pin.* 211. A. *Sand-stone* or *Free-stone.* Gal. *Ammites,* ou *Pierre sablonneuse.* G. *Sandstein.* B. *Zandsteen,* *Morzeltstein.* Lapis est asper, & velu-

ti ex arenis compositus. Variis in locis invenitur.

III. De Spongiæ Lapide.

A. **S**pongiæ Lapis Offic. *Lapis Spongiæ,* *Boet.* 407. *De Laet.* 135. *Schrod.* 357. *Worm.* 54. *Charlt. Foss.* 23. *Lapides in Spongiis,* *Matth.* 1390. *Spongites,* *Aldrov. Mus. Metall.* 671. A. *Spungestone.* Gal. *Pierre d'Eponge.* G. *Schwammstein.* B. *Sponssteen.* Lapis est prorsus friabilis, in Spongiis concretus, colore candido vel gryseo. Vires. Extenuat, absque insigni caliditate, ad calculos renum, vesicæque frangendos utilis; valet etiam ad strumas discutiendas, *Schrod.* Vide plura apud *Wormium,* l. c.

IV. De Pumice.

A. **P**umex, Offic. *Schrod.* 355. *Matth.* 1371. *Kentm.* 37. *Boet.* 400. *Gesn. de Lap.* 31. *De Laet.* 130. *Worm.* 47. *Charlt. Foss.* 21. *Scyrus Lapis,* *Aldrov. Mus. Metall.* 696. *Lapis Pumex dictus,* *Cup. Hort. Catb. Supp.* ii. 53. A. *Pumice-stone.* Gal. *Pierre Ponce.* G. *Beimstein / Reistein.* B. *Puimsteen.* Lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis seu foraminibus plenus. Invenitur in Germania, unde ad nos adfertur. Vires. Refrigerat, siccatur, extenuat; ulcera leviter purgat; cicatrices explet, & emendat, *Schrod.* In *Vesuvio,* *Ætna,* aliisque montibus æstuantibus copiosè reperitur cum Sulphure. Vide usus in *Mus. Wormii,* p. 47.

V. De Osteocolla.

A. **O**steocolla, Offic. *Schrod.* 355. *Dougl. Ind.* 66. *Worm.* 53. *Charlt. Foss.* 22. *Osteocollus,* *Aldrov. Mus. Metall.* 626. *Schw.* 387. *Osteocollus crustaceus,* *Gesn. de Rar. Foss.* 30. *Ostifragus lapis,* *Boet.* 416. A. *The Bone-binder.* Gal. *Osteocole,* *Pierre des rompus.* G. *Bein-bruch / Bruchstein / Beinwell / Walsstein / Sandstein.* *Stein-bein.* B. *Walsteen,* *Beenlym.* Est substantia mediæ consistentiæ inter terram & lapidem, alba, friabilis, crustacea, fabulosa, ossisque figuram æmulans, excrescens in arena, aliisque locis lapidosus. Vires. Celebratur ad ossa citò glutinanda; quippe Materiam Callo idoneo citissime suppeditat, adeoque glutinationem maturat, *Schrod.* Vires. Fluorem album fit;

flit; Febres intermittentes arcet. Bene tamen monet *Hildanus*, *Cent.* 111. *Obs.* xc. quod in juvenibus laudabili corporis habitu præditis, cautè sit adhibenda; callum enim non sine deformitate formare solet; ideò saltem in senioribus extenuatis, quibus languet calor nativus, adhibendum hunc lapidem esse censet. In Officinis quibusdam, scribit *Wormius*, pro Osteocolla, Stalactitis quandam speciem vendunt, albam, porosam, levem, mollem, facile in liquorem solubilem, sapore subsalfo. Vide plura apud *Worm.* in *Mus.* p. 53. De Osteocolla Tractatum conscripsit *Thomas Erastus*.

VI. De Adarce.

A. **A** Darces, *Offic. Boet.* 402. *Matth.* 1377. *Aldrov. Mus. Metall.* 213. Adarce, *J. B.* 3, 804. *Cbab.* 575. Est tanquam concreta falsilago, humidis & palustribus locis ficitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata, colore flori Lapidis Assii similis, & omni forma Alcyonia, & aliquantum cavo proxima, ut videri posset lacustre Alcyonium. *Vires.* Ad evellendas lepras, lentigines, lichenas, & vitia cutis in facie similia accommodatur; & in summa vis ei inest acris: Humorem evocat, qui in alto concrevit; & Ischiadicis prodest, *Diosc.*

Utrum Adarces *Dioscoridis* idem sit cum eo *D. Plot* in *Hist. Nat. Oxoniensi*, p. 126. non ausim determinare; neque an vires eadem sint, à quoquam hætenus, quod sciam, exploratum fuit. *Plotii* Adarces nihil aliud est, quàm concretio particularum lapidearum, colore exalbido, quas aqua ad occursum aquæ alterius, chalybeatæ scilicet, præcipitat, adeoque gramina, virgultas, aliæque corpora, quæ præterfluit, in crustat.

Hujusmodi incrustationem observârunt multi eruditi Auctores; ut v. g. *Pancirollus* quatuor circiter ab urbe *Roma* miliaribus extra *Portam Hostiensem*, vulgò *sancti Pauli*, & *D. Martinus Lister*, *M. D.* in aquæductu *Arcueil* ad *Parisi*, qui exinde malam de ea opinionem concipiunt; posterior utique doctissimus & laudatissimus Vir inde colligit quicquid in Aquæductibus, tuborum aquas deferentium latera crustâ petrosa obducit: idem in renibus & vesica, præsertim infirmiorum & teneriorum effectuum verisimile esse. Vide *Iter ad Parisios*, & *Exercitat. de Calculo Humano*.

Qui plura de Adarce velit, *Boetium* consulat, p. 403.

VII. De Lapide Calaminari.

A. 1. **L** Apis Calaminaris, *Offic. Mer. Pin.* 211. *Dougl. Ind.* 50. *Schrod.* 348. Cadmia fossilis, alias lapis Calaminaris, *Worm.* 128. *Charlt. Foss.* 51. Cadmia fossilis, *Aldrov. Mus. Metall.* 256. *Worm.* 128. *Matth.* 1338. Cadmia Lapis, *Calc. Mus.* 460. A. Calaminar-stone *Gal. Pierre Calaminaire, ou Calamine.* G. Calmey / Calmey-stein. B. Calamint-steen, Calmy-steen. Lapis est fossilis, subflavus, mediæ consistentiæ inter lapidem & terram, sapore terreo, & terræ fodinis extractus, e. g. ex Collibus *Mendipensibus*, &c. *Vires.* Siccatur leniter, extergit, astringit; ulcera carne replet, cicatricem inducit. Adhibetur solum externè, creberrimèque usu infantum excoarctionibus exsiccationis ergo inspergitur. N. B. Utuntur eo & ararii ad conficiendum æs; cuprum enim pallere facit: Unde ex hoc Lapide Cadmia Botrytis, Ostracitis, Placitis, *Offic.*

A. 2. Calaminaris Lapis Biturigum, seu Cadmia fossilis, *Cod. Med.* xxiv. A. Calamine of Berry. *Gal. Calamine de Berry.* G. Calmey von Berri. B. Calmysteen van Berri. A quo à superiore differt, nescio.

VIII. De Lapide Hibernico.

A. **L** Apis Hibernicus, *Offic. Mer. Pin.* 213. *Dougl. Ind.* 50. Lapis fissilis Hibernicus, *Charlt. Foss.* 16. Tegula Hibernica, *Full. Pharm. Ext.* 281. Ardesia Hibernica, Tegula Hybernica, *Ind. Med.* lvii. A. Irish Slate. *Gal. Pierre d'Irlande.* G. Yrlandischer Stein B. Yrlandse Steen. Lapis est fossilis, ex nigro-subcæruleus sapore terreo. In fodinis *Angliæ* & *Hiberniæ* reperitur. *Vires.* In contusionibus non infrequentè usurpatur; Sanguinem enim coagulatum resolvit. Alii in Febribus quartanis valere ajunt. Usus ejus summus est in omni Hæmorrhagia, in fluxu uteri, & Hæmoptoicis.

IX. De Unicornu Fossili.

A. **U** Unicornu fossile, *Offic. Geoff. Prælect.* 73. *Schrod.* 359. *Ind. Med.* cxxv. *Bocc. Mus. Foss.* 62. Cornu fossile, *Worm.* 54. *Charlt.* 23. Cornu fossile, vulgò Monocerotis Cornu, *Boet.* 425. Ceratitis, *Aldrov. Mus. Metall.* 630. *Gejn. Lap. Fig.* 154. Ebur fossile, *Chus. Exot.* 168. *Ind. Med.*

Med. xlvii. *Mont. Exot.* 5. Lapis Arabicus, *Cesalp.* 611. Turquesia, *Ind. Med.* xlvii. Dens Elephanti petrefactus; aliis, Lithomarga, alba. A. *The Unicorn-stone.* Gal. *Unicorne mineral.* G. *Begraben Einhorn / gegraben Elfenbein.* B. *Minerale Eenborn.* Est substantia lapidea, colore, lævore, & forma, quandoque cornu referens; quandoque durius, quandoque mollius; cortice exteriori duro, flavescente, nigro, aut subcinereo; medullâ molli, friabili compacta, linguæ firmiter adhærente, sapore astringente, & exsiccante. In fodinis reperitur. *Vires.* Cum Terra Lemnia viribus convenit; & contra morbos malignos commendatur. *Æmulatur vires Unicornu;* præsertim vi resistendi venenis, compescendi motus convulsivos infantum; sæpe etiam usurpatur in variolis, & morbillis, *Koning. Thesaur. Rem.* Ex eo calcinato fit Torquesia factitia.

X. De Lapide Lazuli, & Armeno.

A. 1. **L**apis Lazuli, *Offic. Schrod.* 352. *Calc. Mus.* 467. *Geoff. Prælect.* 74. *Worm.* 65. *Boet.* 273. *Charlt. Foss.* 27. Cæruleus Lapis, *Matth.* 1354. Lapis Cyanus, sive Lazuli, *Aldrov. Mus. Metall.* 870. Cæruleus, *Ejusd.* 349. Cæruleus natus, *Theoph. de Lap. Ed. Lugd. Bat.* 1647. Cyanus, seu Lapis Lazuli, *De Laet.* 90. Cæruleum nativum, *Schw.* 375. *Woodw. Att. Tom. ii. P. I. p.* 42. A. *Azure-stone.* Gal. *Pierre d'Azur.* G. *Lasur-Stein.* B. *Azuur-Stein.* Lapis est opacus, sapphiri colore, aut florum Cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus, Armeno durior. In fodinis aureis & cupreis reperitur. Genera tantum duo sunt: fixus, i. e. colorem in igne non mutans, qui ferè ex Oriente affertur; & non fixus, qui in Germania reperitur. *Vires.* Convenit viribus cum Lapide Armeno, sed imbecillius eas exercet. Purgandi facultate præditus est; præcipuè contra melancholicos omnes affectus valet; Quartanam, Apoplexiam, morbum comitalem, lienis vitia, aliosque complures, à melancholico fucco originem ducentes, *Schrod.* Quo jure recipiatur in nobilissimam compositionem *Confectionis Allermes*, cum doctissimo Paulo Ammanno, ignoro: Nam purgare dicitur melancholicum humorem, cum tamen prædicta Confectio sit cordialis, & confortativa.

A. 2. Lapis Armenus, *Offic. Calc. Mus.* 468. *Geoff. Prælect.* 76. *Schrod.* 346. *Worm.* 66. *Charlt. Foss.* 27. Lapis Armenus *Officinarum,* *Woodw. Att. Tom. I. p.* 195.

N. 26. Lapis Armenus, *Boet.* 292. *Matth.* 1352. Armenium, *Schw.* 366. *Aldrov. Mus. Metall.* 351. Azutum, sive Cæruleum fossilis, *Mer. Pin.* 218. A. *Armenian Stone.* Gal. *Pierre Armenienne.* G. *Armenier-Stein* & *der Berg-blau.* B. *Armenier-Stein.* Per *Woodwardum,* Copper Ore of a Sky or pale-blue Colour. Opacus est Lapis, maculis viridibus, cæruleis & subnigris, relucens, & sicut Lapis Lazuli, punctis aureis; adeoque non differunt inter se, nisi solâ maturitate. In fodinis argenteis reperitur. *Vires.* Desiccatur mediocriter; extergit cum levicula acrimonia, & levissima astrictione. Internè propinatus purgat sine noxa, solum per inferiora humorem melancholicum: Hinc conducit in Mania, Melancholia, Epilepsia, & similibus, *Schrod.* Atra bili vexatis maximè confert, iis vomitum & alvum ciens; etiam parva quantitate abstergit, & cum Ophthalmicis miscetur, *Schw.* N. B. *Ex Lapide Lazuli fit color ille cyaneus, quem Ultramarinum vocant; azureum verò ex Lapide Armeno, vel cyano Germanico, faciunt. Vide Boetium de Boot. in Histor. Lap. lib. ii. cap. cxxiii. cxi. cxli. De Laet. cap. xxvi. pag. 90.*

XI. De Thermolitho.

A. **T**hermolithus, *Offic. Lapis Schistos, Charlt.* 17. Lapis Schistus Cornubiensis diu calorem retinens, *Mer. Pin.* 214. A. *The Warming-stone.* Gal. *Pierre Schistus de Cornuaille ou qui se fend.* G. *Warm-Stein.* B. *Warm-steen.* In Agro Cornubiensi reperitur. Hunc in Catalogo Simplicium medicinalium officinalium ad calcem Pharmacopœiæ D. *Shipton* insertum invenio; sed de usu ejus medico nihil occurrit inter Autores.

XII. De Ardesia.

A. **H**ardesia vulgaris, sive Ardesia, *Ind. Med.* lvii. Lapidis scissiles, & crustosi, *Mer. Pin.* 212. A. *Slates* Gall. *Ardoise.* G. *Schiefer-Stein.* B. *Ley.* Cærulei coloris. De viribus nihil invenio.

XIII. De Amianto.

A. **A**miatus, *Offic. Boet.* 382. *Gesn. de Lap.* f. 6. *Aldrov. Mus. Metall.* 657. Amiantus, *Worm.* 55. *Calc. Mus.* 286. *Schrod.* 346. *Charlt. Foss.* 23. Lapis Amiantus, *Matth.* 1387. *Laet.* 118. Amiantus, sive Asbestus, *Ind. Med.* viii. A. *Earth-Flax.* Gal. *Amiante.* G.

Seder-Weiß. B. *Amiant*, (een soort van Bergstof, of steen aluin, gelyk, die in 't vuur niet verbrand en geen scherpe smaak heeft.) Lapis est scissilis, & filamentosus: Ignis injuriæ resistit, atque non solum uri non potest, sed ignitus purior redditur. *Vires*: Veneficiis resistere creditur omnibus, præcipuè tamen veneficarum, *Schrod.* In usu medico raro occurrit.

In *Cambro-Britannia*, & *Scotiæ* regno, reperitur. Vide *Historiam in Transact. Philosoph.* N° 166. pag. 823.

XIV. De Talco.

A. **T**alcum, *Offic. Boet.* 394. *Geoff. Prælect.* 67. *Schrod.* 357. *De Laet.* 128. *Aldrov. Mus. Metall.* 685. Talcum, aliàs Stella Terræ, *Charlt. Foss.* 24. *Worm.* 57. Talcus fossilis, *Calc. Mus.* 458. Stella Terræ quibusdam. A. *Talck.* Gal. *Talc.* G. *Talch.* B. *Talck.* Lapis est ex tenuissimis laminis flexibilibus, veluti bracteis argenteis, constans; igni resistens, ac fixus. Optimum censetur, quod à *Venetis* ad nos transportatur, & Talcum viride, *Mont. Exot.* 14. dicitur. *Vires*. Potissimus ejus usus est externus, & cosmeticus, *Schrod.*

XV. De Lapide Speculari.

A. **L**apis Specularis, *Offic. Boet.* 397. *Kentm.* 26. *Mont. Exot.* 14. *Schrod.* 356. *Worm.* *Mus.* 56. Lapis Specularis Neotericeis, *Charlt. Foss.* 23. Glacies Mariæ, seu Lapis Specularius, *Koning.* A. *Muscovy-glass.* Gal. *Pierre speculaire*, ou *Miroir d'Ane.* G. *Muscovitsch Glas.* B. *Muscovisch Glas*, (Een soort heldere of van doorschynende steen, waar van men glaasen voor vensters maakte.) Lapis est fossilis, instar Crystalli, pellucidus, ac in bracteis tenuissimas scissilis. Perperam creditur, inquit doctissimus *Paulus Ammannus*, Mariæ glacies, non secus, atque olim putabatur esse ἀφροσελήνη, vel σιληνίτης; utrumque enim fabulosum est: Prius, quia dubium est, an Maria *Θεοτόκος* tali glacie fuerit usa: Posterius, quia nec imaginem Lunæ continet, nec ad motum ejus crescit, vel decrescit. Ex *Muscovia*, *Hispania*, & aliundè ad nos transportatur. *Vires*. Usus est à chirurgis in sanandis ulceribus fordidis. Prodest in partu difficili; & est arcanum contra Epilepsiam, *Koning. Thesaur. Remed.* Usus etiam habet in cosmeticis.

XVI. De Selenitide.

A. **S**elenites, *Offic. Charlt. Foss.* 23. *Kentm.* 32. *Worm.* 56. *Aldrov. Mus. Metall.* 678. *Boet.* 396. *Gesn. de Lap.* 45. Lapis Specularis argenteus, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 52. Crystallus calcaria, *Mont. Exot.* 14. A. *The Selenite.* Gal. *Pierre Selenites.* G. *Frauen-Eiß* oder *Marien-glass.* B. *Zeker gesteente*, helder, honigagtig, wit van verwe. Lapis est fossilis, rhomboides, pellucidus, ac in bracteis tenuissimas scissilis. Variis in locis invenitur, præsertim prope fontes purgantes: e. g. *Epsum* in *Surreia*, & alibi. *Vires*. Cum testaceis viribus convenit: Sanguinis fluxum sistit, unde *Stanch*, apud *Northamptonienses*, nomen acquirit. Inter edulcorantia ponit *Mont.* Externè in cosmeticis adhibetur. N. B. In *Catalogo Simplicium Pharmacopœiæ Collegii nostri Londinensis* præfixo cum *Lapide Speculari* confunditur.

XVII. De Crystallo.

Crystallus, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 934. *Charlt. Foss.* 35. *Worm.* 99. *Schrod.* 349. *Boet.* 217. *Matth.* 1388. *Laet.* 56. *Kentm.* 46. *Mont. Exot.* 14. *Geoff. Prælect.* 77. Lapis Crystallus, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 50. A. *Crystal.* Gal. *Cristal.* G. *Crystall.* B. *Krystal.* Lapis est transparens, hexagonus, aquam in glaciem congelatam omnino referens; quæ eligenda est, purissima, pellucidissima, ac eximie intensa. Invenitur variis in locis: In agro *Derbieni* effodi scribunt Autores; sed doctissimus *Christophorus Merret*, M. D. solummodo Fluores esse credit, quæ ibi effodiuntur. *Vires*. Facultatis est astrictoriæ, adeoque confert *Dysenteriæ*, *Diarrhœæ*, *Cœliacæ* passioni, *Choleræ*, *Fluxui Uterino*, &c. *Schrod.* In *Catalogo Simplicium* omittitur. Vide plura apud *Stenonem de Solido intra Solidum*.

XVIII. De Alabaastro.

A. **A**labastrum, & Alabastritis, *Offic. Mer.* *Pin.* 211. *Worm.* 42. Alabastrum, *Aldrov. Mus. Metall.* 748. *Kentm.* 54. *Charlt. Foss.* 18. Alabastrites, seu Alabastrum, *Boet.* 490. Lapis Alabastrites, *Matth.* 1386. Alabastrites, *Schrod.* 345. A. *Alabaster.* Gal. *Albâtre.* G. *Alabaster.* B. *Albaster.* Lapis est candidus, notissimusque, marmoris species, sed mollior. In agris *Staffordien*si. *Derbieni*si, & alibi, reperitur. *Vires*. Combustus resinâ aut pice except-

ceptus durities discutit, Stomachi dolores cum Cerato levat, Gingivas comprimit, *Diosc.*

A. 2. Alabastrum citrinum, *Mont. Exot.* 14. A. Yellow Alabaster. Gal. Albâtre jaune. G. gelb Alabaster. B. Geele Alabaster. Viribus cum præcedente convenit. *Mont.*

A. 3. Gypsum, *Offic. Mer. Pin.* 213. *Kentm.* 25. *Worm.* 46. *Charlt. Foss.* 20. *Boet.* 398. *Aldrov. Mus. Metall.* 673. *Matth.* 1376. A. Tarras, Plaster of Paris. Gal. Plâtre. G. Gyps. B. Pleyster. Quid sit Gypsum inter Autores controvertitur; alii enim calcem alabastris, alii aluminis Scajolæ, alii lapidis Specularis, alii Selenitidis, esse contendunt: Nobis autem calx est, ex lapidibus quibusdam exalbidis, & opacis micis Talci scintillatis ustis, sed exigua, & brevi ustione. Præstantissimum reperitur, secundum D. Christophorum Merret, M. D. in agro *Derbiensi*, quo utuntur ad domorum areas & concamerationes. Eruditissimus vir D. Martinus Lister, M. D. in *Itinere suo ad Lutetiam Parisiorum*, hujus Gypsi, seu Alabastritidis, ad *Montmartre* fodinas esse refert; quodque ibidem igni aperto exposita, uratur; durissimum autem genus duarum triumve horarum spatio satis coquitur. Se etiam fodinas ejus vidisse ait prope *Clifford-Moor* in *Eboracensi* Provincia, ubi *Hall-plaster* dicitur. *Vires.* Exsiccat, Sanguinis fluxum sistit. Usus est in re statuaria, & pictoria; item in ædibus obducendis, ut *Parisiis*, &c.

XIX. De Lapide Calcario.

A. Lapis Calcarius, *Offic. Schw.* 370. *Geoff. Prælect.* 65. *Aldrov. Mus. Metall.* 745. *Schrod.* 348. *Mer. Pin.* 213. Saxum Calcarium, *Worm.* 45. *Charlt. Foss.* 20. *Boet.* 522. Calcaria, *Kentm.* 55. A. Lime-Stone. Gal. Pierre à Chaux. G. Kalk-Stein. B. Kalck-Stein. In totâ *Angliâ* reperitur; grysei & varii coloris est. Hujus plurimæ differentiæ; omnium verò illa communis nota est, in calcem uri posse. Optimus ad *Barrow* in agro *Leicestriensi*. *Præp.* 1. Calx viva. 2. Calx lota. 3. Lixivium. 4. Spiritus.

Sub censu lapidis calcarii enumerantur Creta alba, ejusque alba Argilla; item ipsi silices in montibus cretaceis inventi; ipsi etiam igniti ex aqua demissi dissiliunt: Item Selenites, ipsumque Gypsum, ejusque differentiæ plurimæ: Item Stalactites, aut quivis ex aqua confectus. Vide *Cap. de Creta*.

XX. De Marmore.

A. Marmor album, *Offic. Worm.* 42. Marmor candidum, *Aldrov. Mus. Metall.* 749. *Kentm.* 52. Marmor, *Schrod.* 354. Marmor Parium, *Boet.* 489. *Charlt. Foss.* 17. A. White Marble. Gal. Marbre blanc. G. Weisser Marmor. B. Witte Marmelsteen. Ab alabaistro vulgari tantum duritie distat, & splendore, cum politus est. *Vires.* Internè sumptum calculum resolvit, *Galen.*

XXI. De Ophite.

A. Serpentinus, & Ophites, *Offic. Ophites, Charlt. Foss.* 13. *Worm.* 43. *Schrod.* 354. *Aldrov. Mus. Metall.* 752. Ophites veterum; Serpentina recentiorum, *Boet.* 501. Lapis Ophites, *Matth.* 1389. A. The Spleen-stone or Ophite. Gal. Pierre serpentine. G. Ein Schlangen-stein. B. Serpenty - steen. Marmor est instar Porphyritis durissimum, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis quasi aspersum. *Vires.* Veterum omnes alligant contra capitis dolores, ac serpentium ictus, *Diosc.* Vid. *Wormius*.

XXII. De Porphyrite.

A. Porphyrites, *Offic. Worm.* 44. *Charlt. Foss.* 20. *Boet.* 505. A. Porphyry or Red Marble. Gal. Porphyre. G. Rother Marmel-stein. B. Vryf-steen, Prepareer-steen. Marmor est durissimum, rubrum. Ex *Ægypti* confiniis, *Maris Rubri*, & *Æthiopiæ*, ad nos transportatur. *Vires.* Lithontripticon esse creditur, & cum Ophite viribus convenire. Integras columnas è Porphyrite videmus *Romæ*, & variis *Italiæ* locis, *T. Robinson*, M. D.

XXIII. De Ludo Paracelsi.

A. Ludus Paracelsi, *Offic. Charlt. Foss.* 17. L Sillex ille, quem *Helmont* Ludum Paracelsi vocat, *Worm.* 39. Ludus *Helmontii*, *Grew. Mus. R. S.* 311. A. Waxen-Vein. Gal. Pierre de couleur d'Ambre jaune Veinée, & pour cete raison nommée en d'autres langues Veine de Cire. G. Wachs-Adern. B. Wasch-Ader. Lapis est Succini citrini colore, magis tamen opacus, variæ magnitudinis, venarum instar lapidem obscure cinereum transcurrens. In maritimis saxosis sæpius invenitur. *Vires.* A *Paracelso* pro Lithontriptico commendatur. *D. Grew* diureticum probum esse existimat, & ad are-

arenulas expellendas ufui esse posse. *Præparationem* ejus lege apud *Charltonum de Lithiasi*; p. 231.

XXIV. De Lithocolle.

A. **L**ithocolle, *Offic. Matth.* 1390. A. *The Bonegluer.* Gal. *Lithocole* (espece de Ciment des Anciens Grecs.) G. *Stein-leim.* B. *Steen-lym.* Est glutinum, inquit *Dioscorides*, quo lapides conjunguntur: conflatur autem ex marmore, lapide Pario, & taurino glutine. *Vires.* Potest candente Specillo admotum incommodos oculis pilos replicare, *Diosc.*

XXV. De Molari.

A. **L**apis Molaris, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 721. *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 53. Lapidem Molares, *Charlt. Foss.* 17. *Boet.* 524. *Molæ, Worm.* 41. Molares, *Mer. Pin.* 212. A. *The Mill-Stone.* Gall. *Pierre de Meule.* G. *Mühl-Stein.* B. *Molensteen.* In agro *Derbiensi* effodiuntur. Hunc in Catalogo *Simplicium* *Officinalium* ad calcem *Pharmacopœiæ* *D. Sibpton* insertum invenio, ob quam rationem nescio, cum usus ejus in *Anglia*, quantum novi, solus est ad frumentum comminuendum.

XXVI. De Cote.

A. **C**OS, *Offic. Worm.* 41. *Charlt. Foss.* 17. *Aldrov. Mus. Metall.* 718. *Cotes, Boet.* 52. *Cotes, Kentm.* 35. *Cotes, Novaculæ, Mer. Pin.* 211. Lapis Naxius, *Matth.* 1390. A. *The Wet-stone.* Gal. *Pierre naxienne* (Dont les Couteliers se servent). G. *Wetstein.* B. *Wetsteen.* Lapis durior est, ferramentis acuendis aptus: Estque vel *Olearius*, colore flavicante, A. *The Hons.* Gal. *Pierre à aiguiser jaunâtre, qu'on mouille avec de l'huile.* G. *Probier-Stein.* B. *Oly-Slyp-steen.* Vel aquaticus, isque vel albicante colore, A. *The Grind-stone.* Gal. *Pierre à aiguiser, blanchâtre qu'on mouille avec de l'eau.* G. *Schleiff-Stein.* B. *Slypsteen.* Vel nigricante, A. *The Wet-stone*, dictus. Gal. *Pierre à aiguiser noirâtre.* G. *Wet-Stein.* B. *Wetsteen.* *Vires.* Ramatum attritum *Alopecias* pilis explere, *mammæ* prohibere ne intumescant, *lienem* extenuare cum aceto potum, & comitiis prodesse, *Diosc.*

XXVII. De Lapide Variolo.

A. **L**apis Variolarum, *Offic. Ind. Med.* lxxv. Variolites *Lucernensis* niger variolis, seu pustulis variolis simillimis, partim albescentibus, partim verò puniceis, & quasi jam ad Siccitatem tendentibus undique insignitus, *Lang. Hist. Lapid.* 40. Variolites *Lucernensis* niger, ejusdem *Icon.* 41. A. *The Small-Pox-stone.* Gall. *Pierre de petite Verole.* G. *Der Kinder-Blatters-Stein / Pocken-Stein.* B. *Pokjes-steen.* Invenitur in torrente *Emniæ Lucernensis.* *Usu.* Lapis. *Vires.* Hunc lapidem amuleti loco appensum, & gestatum, variolarum expulsionem promovere, plures credunt, *Lang.*

XXVIII. De Silice.

A. **S**ilex, *Offic. Boet.* 515. *Mer. Pin.* 213. *Worm.* 39. *Charlt. Foss.* 16. *Aldrov. Mus. Metall.* 724. *Kentm.* 44. Lapis Silex dictus niger, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 53. Silex niger, *Imp. A. The Flint.* Gal. *Caillou.* G. *Kieselstein.* B. *Kegel.* Ubique reperitur. *Vires.* Silicum communium usus esse potest, ad tartaream mucilaginem incidendam, calculum resolvendum, ac proinde ad obstructions referandas. Extrinsecus frequenti usu in dentifriciis adhibentur, *Schrod.*

XXIX. De Bononiensi Lapide.

A. **L**apis Bononiensis, Phosphorus Bononiensis, Spongia Solis, Lapis Lucidus, *Mont. Exot.* 14. Lapis Bononiensis, *De Laet.* 206. *Charlt. Foss.* 20. *Worm. Mus.* 46. Lapis illuminabilis, *Aldrov. Mus. Metall.* 683. Phosphorus *Kircheri* quibusdam. Fosforo o *Pietra lucida* di *Bologna*, *Bocc. Obs. Nat.* 224. A. *Bononian Phosphorus* or *Light-carrier.* Gal. *Pierre de Bologne.* G. *Belonier-Stein.* B. *Steen van Boulogne.* Aiunt, quod singulari proprietate polleat lucem imbibendi, & retinendi; verum hanc facultatem non nisi præparatus obtinet. Modum præparandi docet *Wormius Mus.* pag. 46. *Vires.* Cauticæ seu escharoticæ, & emeticæ facultatis esse scribit *Mont.*

II. De Lapidibus Medicamentosis formatis.

I. De Aëtite.

A. **A**ëtites, Aquilæ lapis, Offic. Aëtites, seu Aquilinus lapis, Worm. 77. Charlt. Foss. 31. Aëtites, Schrod. 345. Schw. 361. Kentm. 34. Aldrov. Mus. Metall. 580. Lapis aëtites, Boet. 375. De Laet. 114. Matth. 1389. Aëtita, Gesn. de Lap. 10. p. 9. Geoff. Prælect. 68. Aëtites, Ochreo ferreus, Woodw. Att. Tom. ii. P. I. pag. 9. A. Eagle-Stone. Gal. Pierre d'Aigle. G. Adlerstein. B. Arend-steen, (die men vind in de nesten van Arenden.) Lapis est veluti prægnans alio in utero sonante, colore fusco, pullo, aut cinereo, externè scabro, & plerumque ovali: Præfertur orientalis. Vires. Partum promovet, si feminibus alligetur; sin brachio, eundem retinet: observare autem expedit, statim à partu esse removendum, ne uterus ad se trahatur, &c. Schrod. Aëtitis effectum naturalem magni faciunt vulgariter, ob alicujus signaturæ vestigia, dum in partu difficili prodesse creditur: quod non negabo. Ait naturali huic effectui superstitiones statim adjunxerunt Galenus, Plinius, & alii. Quis enim probabit. 1. Aëtitem brachio adligatum abortum præcavere? Qui tamen effectus priori est contrarius. 2. Aëtitem tam vehementer trahere, ut uterus excidat? Observationes, quoad posterius, adducit Wormius, p. 78. & Valeriola. Verum, meo judicio, hæc Observationes vacillant. Notum enim est ex Anatomicis, quod uteri par ligamentorum latum s. superius, factum sit à natura, & juxta communem, margini ossis Ilei, mediante Peritonæo, alligatum, ne uteri fundus in sinum excidat. Quomodo ergo hic lapis præstabit? Profectò, nisi laxandi vis, vel rumpendi hæc ligamenta tribuatur aëtiti ab allegatis Autoribus, non poterit admitti Valeriola observatio, quam refert de Muliere quadam Valentiana, nisi potius Obstetricis violentiâ (veluti sæpius contingere solet) uterus simul protractus fuerit; & tamen hæc absurda Anatomicis Observationibus affatim inseruntur. 3. Probatio veneni admixti, hoc lapide facta, nulla est. 4. Fallibilis quoque character est, si pulvere ejusdem panis admisto, velimus fures deprehendere: interdum alias ob causas deglutitio potest impediri. 5. Nec amorem conciliat, vel divitias auget; quandoquidem contrarium exemplum suggererunt ante aliquot annos Novellæ Viennenses de quodam, qui quadrili-

brem aëtitem in currum Archiducis Austriaci non sine terrore projecit. 6. Si ergo dicere debeo, quod res est, Potius obtinebit aëtites terræ sigillatæ vires, in morbis malignis, & venenis adsumptis, &c. Huc Annan.

A. 2. Geodes, Offic. Boet. 380. Kentm. 35. Woodw. Att. Tom. ii. P. I. 9. Gesn. de Lap. 11. Aldrov. Mus. Metall. 590. De Laet. 116. Lapis Geodes, Matth. 1390. Calc. Mus. 324. Worm. 6. A. The Bastard Eagle-stone. Gal. Pierre d'Aigle batarde. G. Bastert Adlerstein. B. bastert Arendsteen. Variis in locis fabulosis, & glareosis reperitur in Anglia. Lapis est rotundus, aut oblongus, colore rubiginis, & pugni sæpe magnitudine, terram, aut lutum, aut arenam, continens. Vires. Vim astringendi, & siccandi, ei tribuit Dioscorides: Quæ obscurant oculos, ut caligines, & id genus alia discutendo purgare, & cum aqua illitum, inflammationes mammarum, & testium sedare, scribit ille.

A. 3. Terra Sicula; Bezoardicum Minerale, Mont. Ind. Exot. 14. Bezoar Minerale, Aldrov. Mus. Metall. 805. Lapis Bezoar Minerale Siculus, Bocc. Obs. Ed. Ital. 379. Lapis Bezahan Siculus albus, Orientali fragilior, Cup. Hort. Catb. Supp. i. 246. Lapis Bezoar fossilis, Geoff. Prælect. 69. De Laet. de Lap. 114. Belzuar Mineralis Siciliana, Bocc. Mus. di Fisiaca, 55. A. Mineral Bezoar or Sicilian Earth. Gal. Bezoard mineral, ou Terre Sicilienne. G. Bezoard Mineral oder Erde von Sicilien. B. Berg Bezoar. Sicilia indigena est. Vires. Alexipharmaca æstimatur; edulcorat, & aperit, Mont. In febribus malignis commendat Aldrov.

II. De Lapide Judaico.

A. **L**apis Judaicus, Offic. Schrod. 352. Calc. Mus. 298. Kentm. 28. Boet. 408. De Laet. 136. Aldrov. Mus. Metall. 711. Matth. 1386. Gesn. de Lap. 128. Charlt. Foss. 29. Judaicus Lapis, Worm. 69. Schw. 382. Spinosa Echini, Woodw. Att. Tom. ii. P. II. pag. 19. A. Jews-Stone. Gal. Pierre Judaique. G. Juden-stein. B. Jodensleen. Lapis est Olivæ similis, subrotundus, tener, & friabilis, striis secundum longitudinem discurrentibus, & æquidistantibus, ac si arte torno factæ essent; colore est exalbido, vel subcinereo. Reperitur variis in locis. Vires. Medetur difficultati urinæ; calculos vesicæ, præcipuè renum, pellit. Echini marini Ovarii dicti spinulæ petrefactæ esse videntur.

III. De Lapide Chelidonio.

Lapis Chelidonium, Offic. Aldrov. Mus. Metal. 791. Lang. Hist. Lapid. 115. Chelidonium, Worm. Mus. 72. Boet. 343. Bufonites minor castaneo subfusci coloris, Luidii Lithop. Brit. p. 70. N° 1361. Teeth of the Lupus Piscis, Woodw. Attempt. Tom. ii. P. II. pag. 27. Occhio di Serpe, Melitenfis dictus. A. The Swallow-stone. Gal. Pierre d'Hirondelle. G. Schwalbstein. B. Zwaluw-steen. In Insula Melitenfi invenitur, grani lentis, vel pisi magnitudine. Aliqui putant in ventriculis Hirundinum juvenum inveniri, ut scribit Wormius in Museo suo, p. 72. Sed nunquam lapides hos invenire potuit Anselmus Boetius, p. 344. Mihi varii sunt generis; figurâ, magnitudine, & colore, discrepantes; qui, non ex Hirundinibus, sed Terrâ Melitenfi, sunt petiti, Lang. loco citato, p. 116. Vires. Hunc Epilepsiæ puerorum convenire volunt, brachio alligatum, vel collo suspensum, Schrod.

IV. De Lapide Lyncis.

A. Lapis Lyncis; Belemnites, Offic. Geoff. Prælect. 70. Lapis Lyncis, Schrod. 353. Gesn. de Lap. 92. Belemnites, Worm. 70. Charlt. Foss. 29. Mer. Pin. 211. Aldrov. Mus. Metall. 618. Schw. 369. Belemnites Lapis, seu Dactylus Idæus, Boet. 476. De Laet. 150. Belemnites parvus, Kentm. 34. A. Thunder-Bolts vulgò. Gal. Belemnite, ou Pierre de Lynx. G. Luchsstein. B. Lossteen, Lochssteen. Lapis est teres pyramidalis, variis coloribus insignitus. Multis in locis reperiuntur. Vires. Germani contra Incubum, & nocturnas oppressiones valere putant; ad vulnerumque consolidationem commendant, Worm. Communiter laudatur (inquit Ammannus) cum Lapide Judaico, & Nephritico, pro summo medicamento lithontriptico; sed, meo iudicio, sine ratione, vel experientia. Nam adhuc in quæstione est, an detur reverâ lithontripticum medicamentum? Dico reverâ; ut distinguam à Diureticis, quorum effectum videmus, Lithontripticorum verò non item. Sive enim magisteria horum, sive alios liquores contra Lithiasin adhibeamus, nullo tamen negotio intentionem nostram adsequimur. Etenim si tali virtute gaudent, etiam extra corpus posset hæc probari. Dicis; ☞. hoc ab extra, præstat: Cur autem non ad intra? Forsan, quia in tanta dosi ad intra exhiberi nequit? Vel quia, sine alteratione, ad partem adfectam non pervenit? Si justines, medica-

menta lithontriptica in corpus adsumpta, demum virtutes calculum imminuendi, ibidem accipere, falsus es, & petis principium: Sic enim perinde esset, utrum Diaphoreticum, vel Lithontripticum exhiberem. Cur enim Diaphoreticum in corpus adsumptum non posset hac ratione lithontripticam induere virtutem? Ammannus.

A. 2. Ceraunia, sive Fulminaris lapis, Offic. Ceraunias, Boet. 480. Worm. 74. Charlt. Foss. 30. De Laet. 155. Aldrov. Mus. Metall. 606. Schw. 372. Kentm. 30. Ceraunia, vel Ceraunias, Gesn. de Lap. 61. A. Thunder-Stones. Gal. Pierre de Foudre, de Tonnerre. G. Donnerstein / Donnersteil. B. Dondersteen, Donderkloot. Cunei pyramidalis plerumque figura, colore aut nigro, aut fusco. In Germania reperitur. Vires. Mulierculæ in defluxionibus in genas, mamillas, &c. affricant: In Hydrope, & Ictero, etiam proficius dicitur. Witz. in Schrod.

V. De Astroitide.

A. Astroites, seu Stellaris lapis, Offic. Cod. Med. xvi. Astroites primus, Boet. 298. Astroites quartus, Plot. Hist. Nat. Ox. p. 88. Tab. ii. Fig. 7. Lithog. Brit. N° 163. Charlt. Foss. 28. Worm. 67. Schw. 366. Mer. Pin. 211. Stellaris Lapis, De Laet. 97. Aldrov. Mus. Metall. 872. Stellaris Lapis primus, Gesn. de Lap. 35. A. Star-stone. Gal. Pierre étoilée. G. Sternstein. B. Een Starresteen. Lapis est porosus, moderate durus, colore albedo, ad capitis humani magnitudinem quandoque excrescens. In fodinis tam Angliæ, quam Germaniæ reperitur. Vires. Antiloimicus putatur; & vermes necare exhibitus infantibus, ad gr. 4. Witz. in Schrod.

VI. De Ostracite.

A. Ostracites, Offic. Worm. 79. Aldrov. Mus. Metall. 594. Charlt. Foss. 31. Gesn. de Lap. 85. Boet. 393. Lapis Ostracites, Matth. 1390. Ostracis Lapis, De Laet. 179. A. Hobgoblinsclaw vulgò. Gal. Ostracite. G. Ostracitstein. B. Ostracites, (een soort van zeer harde kostelyke steen een schelp van oester gelykende.) Testæ Ostrei est similis, crustosus, & scissilis, testâ superiori ablata. Vires. Menses sistit; mammarum inflammationibus succurrit; cutim glabram reddit, Diosc.

III. De Lapidibus pretiosis opacis.

I. De Achate.

A. **A** Chates, *Offic. Worm.* 96. *Mer. Pin.* 209. *Boet.* 245. *Charlt. Foss.* 34. *De Laet.* 79. *Schw.* 357. *Aldrov. Mus. Metall.* 904. *Calc. Mus.* 247. *Geoff. Prælect.* 78. Lapis Jaspis Achates Antiquorum, Agatha vulgò dictus, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 44. A. *The Agate.* *Gal. Agate.* G. *Ein Achate.* B. *Agaat.* Lapis est variorum colorum: ab Onyche differt, quod hæc zonis & crustis variorum colorum; Achates verò lineis & maculis ludat; à Jaspide duritie & lævore. *Vires.* Venenis pestiferis, ut & Viperarum, & Scorpionum ictibus resistere creditur: Cor recreat; sitim febricantium ore contenta sedat.

II. De Sardo.

A. **S** Arduus, Sarda; Carneolus, *Offic.* Sardus, Sarda, *Geoff. Prælect.* 78. Sardius Lapis, *Schrod.* 331. Sardius Lapis, sive Carneolus, *Aldrov. Mus. Metall.* 923. Sardius, sive Carneolus, *Boet.* 230. Sarda, *Laet.* 60. *Kentm.* 48. Carneolus, vel potius Carneolus, *Worm.* 92. *Charlt. Foss.* 35. Carniolus, *Schw.* 371. Carneolus, Sardius Lapis, Sardonyx, *Mont. Exot.* 14. Lapis Sarda aut Corniola sanguinis diluti coloris, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 50. A. *The Cornelian.* *Gal. Cornaline.* G. *Carneol.* B. *Zardus,* *Carneool.* Gemma est semiperispicua, loturæ carnis, seu carni sanguinolentæ similis. In Sardinia invenitur. *Vires.* Pulvis ad omnem sanguinis fluxum propinatur: Gestus fertur animum exhilarare, timorem pellere, audaciam præstare, fascinationes prohibere, ac corpus contra venena quævis tueri, imprimis autem sanguinem undecunque fluentem, peculiari proprietate sistere; ventrique alligatus partum conservare, *Schrod.*

III. De Sardonyche.

A. **S** Ardonyx, *Offic.* *Boet.* 233. *Kentm.* 49. *Charlt. Foss.* 34. *De Laet.* 70. *Worm.* 97. *Calc. Mus.* 241. Sardonyx Indica, *Geoff. Prælect.* 78. A. *The Sardonyx.* *Gal. Sardoine.* G. *Ein Sardonier.* B. *Sardonyxsteen.* Ex Sardo, & Onyche, à natura simul composita est. Qui plura de Sardonyche velit, consulat *Jo. de Laet.*

IV. De Chalcedonio.

A. **C** Chalcedonius, *Offic. De Laet.* 76. *Gesn. de Lap.* 79. Chalcedonius, *Boet.* 238. Chalcedonius, aliàs Carchedonias, *Charlt. Foss.* 34. Chalcedonius, seu Carcedonius, *Worm.* 98. A. *The Chalcedony.* *Gal. Chalcedoine.* G. *Chalcedonier.* B. *Chalcedoniersteen.* Gemma est quasi per nubem, vel levi aliquo colore tincta, semiperispicua, Sculpturæ propter duritiem contumax. *Vires.* Contra omnia atræ bilis symptomata commendatur.

Boetius hanc differentiam inter Onychen, Sardonychen, & Chalcedonium ponit: Quodd Sardonyx sit, dum Onychi Sardius rubicundus color distinctè adjunctus est; Chalcedonius dum abest rubicundus, & niger color distinctus: Onyx, verò propriè, dum adest, niger; & abest, rubicundus.

V. De Memphite.

L Apis Memphites, *Offic. Matth.* 1388. Memphites, *Aldrov. Mus. Metall.* 707. Sardonyx Arabica, aliis, Memphites *Geoff. Prælect.* 79. A. *Memphis-stone.* *Gal. Pierre Memphite.* G. *Memphis-stein.* B. *Memphis-steen.* Invenitur calculorum magnitudine, pinguis, versicolor. In Ægypto juxta Memphim reperitur. *Vires.* Trito & illito, quæ urenda aut secanda sunt, sine periculo obstupefcere, ita ut non sentiant cruciatum, *Diosc.*

Hic Lapis, quis fuerit à *Dioscoridis* temporibus, in tenebris delituit. *Boetius* in *Capite de Onyche*, hæc habet: Dum zona alba imagine scalpitur, ac nigra zona loco strati substernitur, à nonnullis Memphitis, bodie Camehnia vocatur à Gemmariis, quasi alia gemma esset, & pag. 565. à Ludovico Dulci hæc citat: Memphites à Memphi civitate dicta est. Bibita, aut cum aceto macerata, stuporem inducit membris, ut absque dolore amputari possint.

VI. De Onyche.

A. **O** Nyx, *Offic. Worm.* 97. *Aldrov. Mus. Metall.* 915. *De Laet.* 62. *Charlt. Foss.* 34. *Kentm.* 49. Onyx & Camehnia, *Boet.* 241. Onychites, *Schw.* 386. Lapis Onyx dictus, sive Unguis Humani candorem referens, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 50. A. *The Onyx-stone.* *Gal. Pierre d'Onyx.* G. *Onyx-stein.* B. *Onyx-steen.* Gemma est opaca, vel minus lucida, humani unguis similitudine, colore, &

splendore. Duobus ad minimum coloribus, albo & nigro, zonis distinctis constans, magis opaca est quàm diaphana. Nigram ejus partem *Plinius* Morion Indicum, vel Pramion vocat. An Morion, *Schw?* *Vires.* Mentis passionibus conducere, sensusque vivificare, creditur.

VII. De Lapidē Nephritico.

A. **L**apis Nephriticus, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 218. Aldrov. Mus. Metall. 900. Worm. 95.* Malachites vel Molochites, 263. *De Laet. 87. A. The Malachite. Gal. Malachite. G. Ein Malachit. B. Een Malachit.* Ad Jaspidis, vel Prasii species referri potest. Opaca est, Malvæ instar viridis. Invenitur in Cypro, Misnia, & Comitatu Tirolensi. *Vires.* Pro extinguendo æstu febrili exhibetur *Witz. in Schrod.*

A. **L**apis Nephriticus, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 218. Aldrov. Mus. Metall. 900. Worm. 95.* Boet. 259. *De Laet. 81. Lapis Indicus Nephriticus, Aldrov. Mus. Metall. 706. Lapis Nephriticus, Calc. Mus. 333. Mont. Exot. 14. A. The Nephritick-stone. Gal. Pierre Nephretique. G. Lenden-stein / Grief-stein. B. Graveel-steen.* Est lapis admodum variegatus, ex colore viridi, aliisque permixtus, plerumque ex viridi albo, flavo, cœruleo, nigroque colore, semper tamen viriditatem refert. Adfertur ex America; nonnullis tamen Hispaniæ & Bohemiæ locis reperitur. *Vires.* Amuletum est adversus Nephritidis & Stomachi dolores.

VIII. De Jaspide.

A. **J**aspis, *Offic. Boet. 250. De Laet. 79. Calc. Mus. 253. Schw. 381. Aldrov. Mus. Metall. 884. Charlt. Foss. 32. Worm. 93. Kentm. 50. Mont. Exot. 14. A. The Jasper. Gal. Jaspe. G. Jaspis. B. Jaspis (edel Gesteente).* Gemma est opaca, colore viridi, interdum sanguineo. Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Cum Carneolo viribus convenit. Vide *Schwenkfeldum de Fossil. p. 381.*

IX. De Heliotropio.

A. **H**eliotropium, *Offic. Heliotropius, Worm. 94. Aldrov. Mus. Metall. 895. Boet. 257. De Laet. 80. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 219.* Lapis Porraccus guttatim, punctulatim, vel fibratim sanguineus, Heliotropium dictus, *Cup. Hort. Catb. Supp. ii. 50. A. The Heliotrope, or Common Blood-stone. Gal. Pierre d'Heliotrope. G. Stein von Heliotropium. B. Heliotropi-steen.* Gemma est opaca, colore viridi, sanguineis punctis vel venis distincta. *Vires.* Venenis resistit; sanguinem undecunque fluentem sistit.

X. De Malachite.

A. **M**alachites, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 218. Aldrov. Mus. Metall. 900. Worm. 95.* Malachites vel Molochites, 263. *De Laet. 87. A. The Malachite. Gal. Malachite. G. Ein Malachit. B. Een Malachit.* Ad Jaspidis, vel Prasii species referri potest. Opaca est, Malvæ instar viridis. Invenitur in Cypro, Misnia, & Comitatu Tirolensi. *Vires.* Pro extinguendo æstu febrili exhibetur *Witz. in Schrod.*

XI. De Prasio.

A. **P**rasius, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 217. Kentm. 47. Boet. 203. Worm. 95. Aldrov. Mus. Metall. 897.* Prasus, five Prasius, *De Laet. 42. Lapis, Prasius dictus; aliis, Plasma, aut Nilium, aut Leda.* Lapis Nephriticus viridis Mali Aurantii foliorum virore, *Cup. Hort. Catb. Supp. ii. 51. A. The Green Stone. Gal. Pierre Prasius. G. Grün-stein. B. Een soort van Groen Gesteente.* Maxima ex parte viridis est, sed rarò sine punctis atris, & aliquando albis distinctus. Mater Smaragdi à multis putatur, quòd aliquando in eo reperiatur. *Vires.* Smaragdi vires habet, verum minores, *Boet.*

VI. De Lapidibus pretiosis diaphanis, seu de Gemmis.

Praefationis loco doctissimi *Pauli Ammanni* de Gemmarum nominibus, pretio, operationibus (cujus sententiæ & nos subscribimus) verba proponemus:

„ Magna varietas hic occurrit circa nomina
 „ Gemmarum, dum quasdam veteribus cognitas,
 „ nunc planè vel ignoramus, vel aliis titulis
 „ indigitamus: Major (varietas) circa
 „ illarum est pretium, quod hæcenus ex instituto
 „ hominum planè dependet: Maxima tandem
 „ circa earum operationes conspicitur, quæ
 „ infinitis adulteriis, superstitionibus, & fabulis
 „ repletæ sunt. Primum & secundum ad nos,
 „ ut sic, non pertinet: Ideo potius de tertio
 „ erimus solliciti; & quoniam intus adsumuntur,
 „ non debent esse adulteratæ; debent etiam
 „ determinatum & naturalem e-dere fructum.
 „ Verum adulteria gemmarum quis omnia novit,
 „ quæ Judæis, Lusitanis, &

„ & aliis impostoribus in usu sunt? Duo ad-
 „ ducam hic: 1. *Quatenus Occidentales pro O-*
 „ *rientalibus venduntur.* Præsuppono enim, ex
 „ hypothefi recepta, gemmas Orientales cæ-
 „ teris præstare: Quod constat etiam ex lucis
 „ congenitæ in Orientalibus excellentia. Quis
 „ enim nescit, v. g. Adamantis Indici & no-
 „ stratis differentiam? 2. *Quatenus fluores pro*
 „ *gemmis substituunt;* uno verbo, Vitrum pro
 „ Adamante. *Worm.* pag. 101. Effectus gem-
 „ marum debet esse naturalis; qui etiam iif-
 „ dem, juxta *Pet. Johan. Fabrum*, Lib. iv.
 „ *Panchym.* S. IV. pag. 521. reverâ inest,
 „ quamvis corporeâ mole non parùm præpe-
 „ ditus. Quo ipso omnes excludo fabulas &
 „ superstitiones, quæ loco effectûs determi-
 „ nati, lapidibus pretiosis designaverunt Au-
 „ tores. Exempla habes in *Wierio de Cur.*
 „ *Malef. læsor.* pag. 411, 412. Quibus seque-
 „ stratis, relinquuntur pauci, de quibus no-
 „ stra Praxis gloriari poterit. Exemplum sit
 „ Adamas, omnium gemmarum præstantissima:
 „ Quid est in illo (scil. Adamante) quo Praxis
 „ nostra gloriari possit? Parùm, vel nihil.
 „ Nam falsum & fabulosum est; quod 1. *Re-*
 „ *sistat incudi & malleo innoxie.* 2. *Sit gemma*
 „ *reconciliationis, simultates matrimonii,* ut sic,
 „ *extinguendo.* 3. *Pulvinari suppositus, index*
 „ *fit adulterii.* 4. *Intuitus hereditarii Adaman-*
 „ *tis, statis temporibus factus, emixum prolis con-*
 „ *generis producat, &c.* Remove nunc alia
 „ fabularum siparia: Quid virium supererit in
 „ medicina? Dicis; Curat Dysenteriam. Quis
 „ vero curabit eam, dum in communi dicitur
 „ intestina exulcerare? Atque sit ita; quis sta-
 „ tuet huic remedio pretium? Nam infra 3j.
 „ quantitatem vix operabitur; supra hoc pon-
 „ dus Adamas nobis est inæstimabilis. Idem ju-
 „ dica de *Amethysto*, qui resistere putatur e-
 „ brietati, si intus adsumatur: Nam ut *Peria-*
 „ *ptum* hoc impossibiliter præstabit. Jam ve-
 „ rò constat, eum esse in numero pretiosorum
 „ lapidum, & si tantum 3ij. 6. Vallen-
 „ sibus venirent, quis tam pretiosum reme-
 „ dium pro ebrietate præcavenda, exceptis
 „ Principibus, sibi posset comparare? Acce-
 „ dit, quod nunc ebrietatem magis accerfe-
 „ re, quam averruncare, homines conentur.
 „ Fragmenta quinque Lapidum pretiosorum,
 „ scil. *Sapphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi,*
 „ *Sardæ vel Carneoli*, quod attinet, fateor,
 „ illa esse in Officinis receptissima. Verùm si
 „ usum vel facultatem eorum examinabis, de-
 „ prehendes, quod tantum opinio lapides istos
 „ pretiosos praxi nostræ intulerit, ut Principibus
 „ & Magnatibus persuaderetur, in illis singu-

„ lare confortans latitare; quod tamen citius
 „ in vilissimo filice, vel alio Simplicium repe-
 „ rietur, quàm in istis. Ego dico, quod sen-
 „ tio. Qui contrarium sustinet, illi probatio
 „ incumbet: Nam *sine ratione vel experientia*
 „ *erubescat Practicus loqui.* Jam ratio, cur hi
 „ lapides pretiosi sint, vel debent esse con-
 „ fortantes, deest: Experientia vacillat. Ergo
 „ plus est in titulo, quàm pyxide!”

Pro formatione Gemmarum vide *Boyleum de*
Gemmis, & Transact. Philosoph. N° 18. pag. 23,
 102

I. De Rubino.

A. **R**ubinus, *Offic. Worm.* 103. *Schrod.* 329.
Mont. Exot. 14. *Schw.* 390. *De Laet.*
 11. *Calc. Mus.* 235. *Geoff. Prælect.* 83. *Charlt.*
Foss. 37. Rubinus verus, *Boet.* 144. Carbuncu-
 lus, *Kentm.* 50. Carbunculus, sive Rubinus,
Aldrov. Mus. Metall. 957. A. *The Ruby.* Gal.
Rubis, ou Carboncle. G. *Rubin.* B. *Rubyn.*
 Gemma est diaphano-rutilans, rubensque, ac
 limam respuens. Nobiliores in Insula Zeilan
 nascuntur. *Vires.* Tradunt, gestatum & ebi-
 bitum venenis resistere, ac in peste præserva-
 re, tristitiam arcere, libidinem coercere, ma-
 las cogitationes, & terrentia sômnia avertere,
 animum exhilarare, corpus incosume conser-
 vare, &c. *Schrod.* In Medicina Officinis nostris
 præscribitur; verum nescio quomodo in Cata-
 logo Simplicium omittitur.

II. De Granato.

A. **G**ranatus, *Offic. Worm.* 104. *Schw.* 380.
Charlt. Foss. 37. *Boet.* 152. *Schrod.* 328.
De Laet. 17. *Mont. Exot.* 14. A. *The Granate.*
Gal. Grenat. G. *Granat.* B. *Granaat.* Gem-
 ma est pellucida, ex flavedine rubens, ignis
 instar, Cinnabaris nativi vel factitii colorem
 fere referens. *Vires.* Exsiccat, corroborat;
 medetur cordis palpitationi, Melancholiæ re-
 sistit, & veneno, expuitionem sanguinis si-
 stit; collo suspensus iisdem virtutibus vulgò
 celebratur, *Schrod.*

III. De Hyacintho.

A. **H**Yacinthus, *Offic. Charlt. Foss.* 38. *Kentm.*
 50. *Mont. Exot.* 14. *Schrod.* 328. *Al-*
drov. Mus. Metall. 962. *Schw.* 381. *Worm.* 104.
De Laet. 27. *Boet.* 159. *Geoff. Prælect.* 79. A.
The Iacintb. Gal. *Hyacinte.* G. *Ein Hyacintb.*
 B.

B. *Hiacint.* Gemma est pellucida, ex flavedine, aut croceo colore rubens, ignisque flammam imitans. *Vires.* Vim habet cor corroborandi, & à peste tuendi; singulare quoque est specificum contra spasmodum, & contracturas, *Schrod.* Adulteratur vitro Saturni, quod a vera Gemma, pondere & duritie facile distinguitur.

IV. De Amethysto.

A. **A** Methystus, *Offic. Kentm.* 48. *Boet.* 162. *Charlt. Foss.* 35. *Worm.* 99. *De Laet.* 24. *Aldrov. Mus. Metall.* 966. *Schw.* 362. *Calc. Mus.* 189. *Geoff. Prælect.* 84. *Mont. Exot.* 14. A. *The Amethyst.* Gal. *Ametiste.* G. *Amethyst.* B. *Amethyst.* Gemma est violacei coloris, qui ex mixtione rubri & cœrulei coloris emanat. Reperiuntur in India, Armenia, Arabia, &c. *Vires.* Putatur gestatus ebrietatem prohibere, idque vini colore, quo præditus est, indicari, quasi illum pro facultatis characterismo habeat, *Boet.*

V. De Sapphiro.

A. **S** Apphirus, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 971. *Geoff. Prælect.* 80. *Kentm.* 48. *Mont. Exot.* 14. *Calc. Mus.* 223. *Boet.* 183. *Worm.* 104. *Schrod.* 320. *Charlt. Foss.* 38. *De Laet.* 30. Sapphirus mas cœruleus, *Schw.* 391. Lapis Sapphirus, *Matth.* 1387. A. *The Sapphire.* Gal. *Saphir.* G. *Sapphier.* B. *Zapphier.* Gemma est pellucida, colore cœruleo seu cyaneo constans, perquam translucido, cœlique sereni colorem referens splendore, & perspicuitate summâ. Invenitur in Zeilan, &c. *Vires.* Frigida est & sicca, astringens, consolidans, alexipharmaca, cordialis, & ophthalmica, *Schrod.*

VI. De Beryllo.

A. **B** eryllus, *Offic. Boet.* 214. *Calc. Mus.* 221. *Mont. Exot.* 14. *De Laet.* 44. *Aldrov. Mus. Metall.* 952. *Kentm.* 47. Berillus, five Beryllus, *Charlt. Foss.* 40. A. *The Beryl.* Gal. *Beril.* G. *Beryll.* B. *Een edele Gesteente, Beryl genaamt, Kristal gelyk.* Gemma est pellucida, quæ marinæ aquæ colorem refert, ex viridi cœrulea. In India variis in locis reperiuntur. *Vires.* Contra hostium pericula, vitia hepatis, suspiria, eructationes, ac morbos oris, faciei, & gulæ, valere creditur.

VII. De Smaragdo.

A. **S** Maragdus, *Offic. Boet.* 195. *Calc. Mus.* 212. *Geoff. Prælect.* 80. *Schrod.* 331. *Kentm.* 47. *De Laet.* 33. *Aldrov. Mus. Metall.* 973. *Charlt. Foss.* 38. Smaragdus à nonnullis Prasinus, *Worm.* 105. *Mont. Exot.* 14. A. *The Smaragd or Emerald.* Gal. *Emeraude.* G. *Smaragd.* B. *Een Emeraud, (zeker groen Gesteente.)* Gemma est quæ nihil viridius, pellucida & diaphana, tantique splendoris existit, ut oculos intuentium perstringat. Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Omnem alvi sanguinisque fluxum, ac præcipuè Dysenteriam, ebibitus sistit; venenatis itemque moribus, Pesti, Febribus pestilentibus, resistere creditur, *Boet.*

VIII. De Topasio.

DUO ipsius sunt genera (videlicet) Chrysopasius & Chrysolithus; Chrysopasius veterum Chrysolithus bodie appellatur, & Chrysolithus veterum Topasius & Chrysopasius Neotericis Gemmariis nuncupatur.

A. 1. Chrysolithus, *Offic. Charlt. Foss.* 39. *Mont. Exot.* 14. Chrysolithus Modernorum, *Worm.* 106. Topazius Veterum quem recentiores perperam vocant Chrysolithon, *De Laet.* 46. Topasius Veterum, *Boet.* 207. Topazius, *Aldrov. Mus. Metall.* 976. Topasius, five Chrysolithus, *Geoff. Prælect.* 82. A. *The Chrysolite.* Gal. *Chrysolite.* G. *Chrysolith.* B. *Chrysolit.* Viridis est gemma ac diaphana, aureo fulgore splendens. Invenitur in India, &c. *Vires.* Sanguinis eruptiones sistit, bilem, iramque, & phrenitidem mitigat, *Boet.*

A. 2. Topasius, & Chrysopasius, *Offic. Topasius, Charlt. Foss.* 39. Topazius Neotericorum; Veterum Chrysolithus, *Worm.* 106. Topazius, *Schw.* 406. *Kentm.* 47. Chrysolithus Veterum, *Boet.* 210. *De Laet.* 49. *Mont. Exot.* 14. Chrysolithos, *Schrod.* 327. Chrysolithos, five Topasius, *Geoff. Prælect.* 82. Chrysolithus, *Vet.* A. *The Topaz.* Gal. *Topaze.* G. *Topasi.* B. *Topaas.* Gemma est diaphana & pellucida, aurei coloris. *Vires.* Natura solaris ex signatura judicatur. Proinde creditur timores nocturnos, & melancholiam minuere, intellectum confortare, molestisque insomniis adversari, &c. *Schrod.*

IX.

IX. De Opalo.

A. **O**palus, Offic. Boet. 190. Calc. Mus. 207. Geoff. Prælect. 83. Kentm. 47. De Laet. 52. Aldrov. Mus. Metall. 978. Opalus, olim Pederos, Worm. 107. Opalus, seu Opalis, Charlt. Foss. 40. A. The Opal. Gal. Opale. G. Oball. B. Opaal, (een Oostindische Gesteente van veele aangenaame Verwen.). Gemma est omnium pulcherrima; nam in eo apparent reflectione varii colores, ut in Iride. In India reperiuntur. Vires. Arbitrantur Autores hanc omnium aliarum gemmarum vires habere.

X. De Asteria Gemma.

A. **A**steria Gemma, Offic. Asteria, aut Solis Gemma, Boet. 226. A. The Bastard Opal, or Star-Gemm. Gal. Pierre étoilée. G. Stiegstein. B. Sterre-steen, (een soort van kostelyk Steen vol Stralen.) Perspicua est hæc Gemma, Chrystalloque similis, durior tamen. Opali Species esse censetur; at in Officinis nostris neutrum invenitur. Vires. Gestata somnum conciliare, & somnia terrifica abigere creditur, Boet.

XI. De Adamante.

A. **D**amas, Offic. Worm. 102. Calc. Mus. 202. Kentm. 47. Schw. 358. Aldrov. Mus. Metall. 945. Charlt. Foss. 36. Boet. 115. De Laet. 1. Geoff. Prælect. 83. A. The Diamond. Gal. Diamant. G. Ein Diamant. B. Diamant. Gemma est durissima, & pretiosissima, sine colore, aquæ instar diaphana. Ex India Orientali transportatur. Vires. Pro viribus consule Præfationem nostram de Gemmis.

Hactenus Mineralogia, seu de Fossilibus in re

medica vulgariter usitatis; quorum omnium innumeras species, seu varietates (quoad mineras suas A. Ores. Gal. Mine. G. Erzk-Grube. B. Mynen dictas) colore, figurâ, mixturâ, aliisque accidentibus differentes, enumerare hujus loci non est, ne tædio lectori sint, & opus hoc brevitati studens, nimis intumescere faciant. Qui hos Naturæ lusus observare gaudet, vel criticè distinguere in animo habet, adeat insignem Catalogum Johannis Kentmanni, à Gesnero, inter Autores de re fossili editum; item Olai Wormii locupletissimum Museum, Anselmum Boetium de Boot, & Johannem De Laet de Lapidibus, Gemmis, &c. Agricolam de Fossilibus, Fallopium, & Casium de Mineralibus, Borricbium de Metallicis, Aldrovandi Museum Metallicum, Becheri Physicam Subterraneam, Sagacissimum Casalpinum de Metallicis, Musea varia edita, Schwenckfeldum de Fossilibus, &c. Hæc extra Officinas sunt, & ad institutum nostrum haud pertinent: Sic etiam apparatus, & modus separandi varia Fossilia à mineris suis, eaque purgandi, & preparandi in usum Officinarum, nihil ad nos; nudam enim & simplicem Materiæ Medicæ faciem, ut in nostris Officinis apparet, hic describere, & usus exhibere, solum in animo habeo: qui prævias operationes accuratè scire desiderat, pervolvat magna Volumina Agricolæ, Erckeri, Alonsi Barbæ, &c. Nec variæ & multiplices præparationes, & compositiones Medicamentorum ex Mineralibus, Vegetabilibus, & Animalibus in hoc opere descriptis, nostri pensi sunt; Pharmacopœiam enim non damus. Cum Zwelferiana, sive Augustana, Schroderiana, Londinensis, Bateanea, &c. omnium manibus teruntur; horum materiam, seu partes simplices denudare, explicare, & describere, totus sudo, & unice incumbo; ubique brevis esse laboro, perspicuus tamen & nervosus, quantum in me est.



PHARMACOLOGIÆ


SEU

MANUDUCTIONIS

AD

MATERIAM MEDICAM

LIBER SECUNDUS.



De PHYTOLOGIA.



PHYTOLOGIA est pars illa Pharmacologiæ, quæ agit de Plantis. Classes Phytologiæ sunt tres; videlicet. 1. Lithophytologia, quæ agit de Plantis substantiæ Lapidææ. 2. Botanologia, quæ enodat Herbas. 3. Dendrologia, quæ exhibet Arbores & Frutices.

Expeditis Libro primo Fossilibus & Subterraneis, quibus jam gaudent Officinæ nostræ, ut pedem promoveamus ad ea quæ

supra terram proveniunt, instituti nostri postulat ratio.

Hic verò Animus non est Historiam proponere, quod operis foret immensi, sed solummodo Plantas Officinales in vulgari usu, novâ Methodo disponere, cum Tabulis, Notis Characteristicis, Nominibus synonymis, Usibus & Viribus, ut Materia Medica hætenus neglecta, & tenebris involuta, clarior elucescat; & Tyronibus pulchrior & illustrior appareat. Qui plenam & prolixiorum harum rerum Historiam desiderat, adeat clarissimos & diligentissimos Scriptores, Carolum Clusium, Johannem Baubinum, Bodeum Stapelium, Johannem Raium, &c.

PHYTO.

PHYTOLOGIÆ

TABULA GENERALIS.

Plantæ sunt, vel Substantiæ

Lapideæ; quæ Lithodendra nonnullis nuncupantur. CLASSIS PRIMA.

Herbaceæ: CLASSIS SECUNDA, quæ sunt, vel

Imperfectæ; quæ partibus præcipuis, flore scilicet & semine, carere videntur. SECT. I.

Perfectiores; quæ flore & semine donantur: Hæ vel sunt semine

Minutissimo, & nudis oculis vix conspicuo; quæ sunt vel

Cauliferæ. SECT. II.

Dorsiferæ, seu EPIPHYLLOSPERMÆ. SECT. III.

Majore; quæ vel sunt Plantula seminali

Bifolia, seu bivalvi, binisque

Cotyledonibus instructa; sunt autem vel flore.

Imperfecto seu stamineo; hoc est, folis staminibus, cum stylo & calyce composito SECT. IV.

Perfecto, seu petalode, foliis illis fugacibus instructo: Hæ vel sunt eodem

Composito, seu ex pluribus flosculis in unum totalem florem coeuntibus aggregato: Qui vel

Planifolius, naturâ plerumque plenus, plantâ lactescente, SECTIO V.

Discoides: hoc est, ex plurimis brevibus, compressis & confertis flosculis, in unam quasi apparentem superficiem digestis compositus, succedente semine, vel

Pappo innascente alato. SECT. VI.

Solido & pappo distincto, in CORYMBIFERIS. SECT. VII.

Fistularis, hoc est, ex

pluribus concavis oblongis flosculis. HERBÆ CAPITATÆ. SECT. VIII.

Simplici, seu ex petalis tantum cum staminibus & stylo constantem: Hæ sunt vel feminibus

Nudis; hoc est, nullo præter perianthium vasculo aut tegmine donatis; ad singulos flores

Singulis. SECT. IX.

Binis, floribus.

Pentapetalis, in umbellæ formam plerumque dispositis. UMBELLIFERÆ. SECT. X.

Monopetalis in quatuor lacinias dissectis, foliis caules ad nodos stellatim ambientibus, STELLATÆ. SECT. XI.

Quaternis, vel foliis in caule

Ex adverso, binis floribus labiatis, caules ut plurimum verticillorum in modum ambientibus, VERTICILLATÆ. SECT. XIII.

Alternis vel nullo ordine positis; floribus monopetalis, margine quinque partito; quæ, ob folia, in plerisque speciebus aspera, ASPERIFOLIÆ denominantur. SECT. XII.

Pluribus quatuor, nullo certo aut definito numero. POLYSPERMÆ. SECT. XIV.

Conceptaculis propriis & à Periantho diversis donatis, vel

Pericarpio molli, seu pulpâ per fructûs maturitatem humidâ semina ambiente, vel fructu

Majore, cortice crassiore tecto, semine majore. POMIFERÆ SECT. XV.

Minore, membrana tenui vestito, feminibus etiam minoribus BACCIFERÆ. SECT. XVI.

a

b

Materia per maturitatem
ficciorē, vel in

Conceptaculis pluribus
& distinctis, eidem flo-
ri succedentibus se-
mina continent. MUL-
TISILIQUE. SECT.
XVII.

Solitariis & singulis, aut
conjunctis, quas flo-
rum respectu, dividi-
mus in

Monopetalas SECT.
XVIII.

Tetrapetalas, flore

Uniformi, seu SI-
LIQUOSAS, &
SILICULOSAS.
SECT. XIX.

Difformi, papilio-
nem alis expan-
sis quadantenus
referente, quas
idcirco PAPI-
LIONACEAS
vocant. SECT.
XX.

Pentapetalas. SECT.
XXI.

Unifolia aut aphylla, id est, singu-
lis, aut nullis Cotyledonibus do-
nata, ideoque foliis succedentibus
similibus, è terra exit; suntque
vel

Flore perfecto, seu petalode;
quæ vel sunt radice

Bulbosâ; hoc est, ex pluri-
bus tunicis, exteriorē inte-
riorem ambiente, contexta.
SECT. XXII.

Tuberosa, fibrosâve, in bul-
bosis affinibus nobis dictis.
SECT. XXIII.

Flore imperfecto seu stamineo,
sunt vel

Caule geniculis nodosis non in-
tercepto, vel non tereti.
GRAMINIFOLLE. SECT.
XXIV.

Culmiferæ, hoc est, quæ cau-
lem teretem, geniculatum,
& concavum edunt, singulis
foliis ad singula genicula eam
involventibus. FRUMENTA,
& GRAMINA SECT.
XXV.

Lignosæ: CLASSIS TERTIA, in qua de
Arboribus & Fruticibus, sunt vel cau-
dice

Simplici, non ramoso, hoc est, unicam
tantum una vice in summo fastigio gem-
mam maximam producentes, folio Irino,
i. e. striato & nervoso, nervis secundum
longitudinem productis, flore tripetalo,
& spathiferæ. SECT. I.

Ramoso, sunt vel fructu

A Flore sejuncto seu remoto. SECT.

II. quæ, vel

Nuciferæ, putamine duriorē nucleum
claudentes osseo & fragili. MEMB.

I.

Glandiferæ, putamine coriaceo, &
molliore, exteriorē vel

Tegumento echinato undique in-
cluso. MEMB. II.

Calyce excepto superiori parte
nuda. MEMB. III.

Coniferæ. MEMB. IV.

Bacciferæ. MEMB. V.

Lanigeræ. MEMB. VI.

Flori contiguo, quæ vel

Flore, fructu aggregato. SECT. III.

Flore simplici, nec è pluribus floscu-
lis confecto: in quibus, Flos vel

Summo fructui insidet; unde fru-
ctus à calyce floris velut um-
bilicatus est. SECT. VI. qui,
vel

Major Polypyrenus, seu plu-
res nucleos continens. PO-
MIFERÆ UMBILICATÆ.

MEMB. I.

Minor Polypyrenus, BAC-
CIFERÆ UMBILICATÆ.

MEMB. II.

Imo fructui adhæret; sunt vel fru-
ctu.

Calyce seu cupula excepto:
SECT. V. eoque, vel

Monopyreno; fructu per
maturitatem, vel

Humido Majore; PRU-
NIFERÆ CALYCU-
LATÆ. MEMB. I.

Sicco; NUCIFERÆ
CALYCVLATÆ

MEMB. II.

Dipyreno; GLANDIFE-
RÆ CALYCVLATÆ.

MEMB. III.

Tetrapyreno; fructu humi-
do; BACCIFERÆ

CA-

CALYCVLATÆ.
MEMB. IV.

Non calyculato, hoc est, cu-
jus flos cum calyce suo de-
cidit: Hæ vel sunt fructu
Subrotundo brevior, eoque
vel per maturitatem

Humido,

Majore

Monopyreno; PRU-
NIFERÆ. SECT.
VI.

Polypyreno; POMI-
FERÆ. SECT.
VII.

Minore; BACCIFERÆ.
SECT. VIII.

Siccò; SECT. IX.

In longitudinem productò; SI-
LIQUOSÆ. SECT. X.
quæ sunt vel flore

Uniformi. MEMB. I.

Difformi. MEMB. II.

Corallium album Officinarum, Chab. 572.
Corallium album, Tourn. Inst. 572. El. Bot.
445. C. B. 366. A. White Coral. Gal. Corail
blanc. G. Weiße Corallen. B. Witte Koraal.
In Ufu est integra Planta. In Mari Tyrrhe-
no & Siculo invenitur. Vires. Appensum, ut
pectus contingat; Hæmorrhagiam mulierum
sistit, Schrod. In fluxibus, Cardialgia, &
morbis ab acido productis plurimum valere
dicitur.

A. 2. Corallium rubrum, Offic. Raii Hist.
i. 60. Worm. 231. J. B. iii. 805. Ger. 1381.
Emac. 1575. Corallium rubrum majus Park.
1299. Corallium rubrum, C. B. 366. Tourn. Inst.
572. El. Bot. 445. Hist. Oxon. iii. 655. Coral-
lum, five Corallium, Chab. 572. Corallium,
Calc. Mus. 3. Corallium verum, Boet. 318.
A. Red Coral. Gal. Corail rouge. G. rote
Corallen. B. Rode Koraal. Ufu venit integra
Planta. Cum albo reperitur. Vires. Exsiccatur,
refrigeratur, astringit. Ventriculum, & jecur
roborat, fluxus quoscunque sistit. Schrod.

Corallium, quod aliqui Lithodendron appel-
larunt, inquit Dioscorides, marinum esse fru-
ticem constat, qui alto extractus, duratur
statim atque emergit, tanquam effuso aëre
protinus concreascit; cujus, aut potius Sextii
Nigri opinionem etiam Plinius sectatus est,
& ante eum Ovidius in Libro Metamorpho-
seon,

— Quo primum contigit auras,
Tempore durecit: mollis fuit herba sub undis.

Experientia hoc falsi convincit. Testantur
enim viri fide dignissimi, inquit eruditissimus
D. Raius, qui ejus piscationi (ut loquuntur)
interfuerunt, non minus sub undis, quam
supra undas durum & lapideum esse, cortice
duntaxat molli, & muscoso (qui tamen faci-
le deraditur) integri.

Machina, quæ ad Corallium extrahendum
utuntur indigenæ ad Promont. Cau de Creux
in Catalonia, est crux lignea, grandis, cu-
jus centro, ut in aquis promptè subsidat,
affigitur globus plumbeus magni ponderis:
Huic autem adnectitur funis validus, prælon-
gus. Unicuique cruci, seu extremo cru-
cis rete orbiculare appenditur. Demissa in a-
quas cruce, cum Urinatores in imo mari
rupem invenerunt cavernosam, Corallii fœ-
tam, is cui funis regendi cura demandatur,
in ejus cava unum vel alterum Machinæ crus
impellit, adeoque Corallium (si quod inibi
oritur) retibus implicitum abrumpunt & ex-
trahunt, qui superne in lembis præstolantur.

H 2

R.

His addimus Partes Stirpium minus cogni-
tarum, Ligna & Gummi: SECT. XI.

CLASSIS PRIMA,

S E U

LITHOPHYTOLOGIA.

De Plantis Substantiæ Lapidææ.

Plantæ Substantiæ
Lapidææ, refe-
rentes, vel

Fruticem: CORALLINA.

Muscum: CORALLIUM.

I. De Corallio.

Substantiâ lapideâ, solidâ, & minime porosâ,
aut spongiosâ, à Poro dicto reliquisque lapi-
deis marinis distinguitur.

A. 1. Corallium album, Offic. Raii Hist.
i. 62. Calc. Mus. 7. Worm. 232. Boet. 318.
J. B. iii. 805. Ger. 1381, 1576. Hist. Oxon.
iii. 655. Corallium album majus, Park. 1300.

R. H. pag. 61. quibus plura de Corallio adeat lector. Item in Epistolis Boccone, Fer. Imperatum in Historia, & Gansium, &c.

A. 3. Corallium nigrum, Raii Hist. i. 61. Hist. Oxon. iii. 655. Worm. Mus. 233. Calc. Mus. 10. Misc. Cur. Dec. II. A° 1. 57. Corallium nigrum, sive Antipathes, J. B. iii. 804. Ger. 1382. Emac. 1575. Chab. 573. Park. Theat. 1300. Corallum nigrum, C. B. Pin. 366. Rar. Mus. Best. T. xxviii. Keratophyton arboreum, nigrum, Boerb. Ind. A. 6. Lithophyton nigrum, arboreum, Tourn. Inst. 574. Lithophyton nigrum, majus, & crassius, Etem. Bot. 446. Pseudo-corallium nigrum, Boet. 319. A. Black Coral. Gal. Corail noir. G. Schwarze Corallen. B. Zwarte Koraal. In mari Italico, sed rarius, Oceano Americano frequentius reperitur. Vires. Cum reliquis convenit viribus, Diosc.

A. 4. Astroites Stellaris, & Stellæ Lapis, Mont. Exot. 7. Astroites distinctissime Stellas æmulans, Mus. Swam. 6. Astroites, Gesn. de Fig. Lap. 35. Worm. Mus. 68. Plot. Hist. Oxon. 87. Tab. ii. f. 6, 7. Lapidis Astroitidis, sive Stellaris primum genus, Boet. 298. Cat. Fa-maic. 2. Hist. Vol. I. pag. 54. Tab. xxi. Stellatus Lapis, Aldrov. Mus. Metall. 872. Fig. 877, 878, 879. Stellarius Lapis, Laet. de Gemm. 97. A. Star-Stone. Gal. Pierre étoilée. G. Stern-Stein. B. Starre-steen. In mare prope Jamaicæ Insulam reperitur. Vires. Cum Coralliis viribus convenit.

II. De Musco marino lapideo, seu Corallina.

A. Corallina, Offic. J. B. iii. 810. Raii Hist. i. 65. Chab. 577. Tourn. Inst. 570. El. Bot. 444. Corallina Anglica, Ger. 1379. Emac. 1571. Muscus maritimus, sive Corallina Officinarum, C. B. 363. Muscus marinus, sive Corallina alba Officinarum, Park. 1295. A. Sea-Coralline, White Worm-Seed. Gal. Coralline, ou Mouffe marine, ou Brion. G. Meer-Moss / Coraal-Moss. B. Koraal-Mosch. Rupibus marinis, petris, & etiam conchis accrescit, ubique ferè apud nos. Vires. In pulverem crassiusculum contrita, ad interterraneorum vermes necandos, atque etiam expellendos, non immerito celebratur.

CLASSIS SECUNDA,

SEU

BOTANOLOGIÆ

SECTIO PRIMÆ

De Plantis Imperfectis.

Plantas imperfectas voco, quæ flore, & semine carere videntur.

Aquaticas; quæ vel
 { Marinae consistentiæ tenerioris & herba-
 ceæ referentes
 { Herbas
 { Majores, & latifoliæ: *Fucus*.
 { Minores, & graminifoliæ: *Alga*.
 Muscum
 { Majorem: *Lichen marinus*.
 { Minorem: *Muscus marinus*.
 Fungum, substantia vel
 { Molliore: *Spongia*.
 { Duriore: *Alcyonia*.
 Aquarum dulcium aluminae, foliis trifidis:
Lens Palustris.
 Extra aquas nascentes; quæ vel sunt sub-
 stantiæ
 { Crassioris ad carnes, aut ligna acce-
 dentis:
 { Lamellati, & pileati: *Fungi*.
 { Lamellis carentes,
 Arborei,
 { Solidi: *Agaricus*.
 { Membranacei: *Auricula Juda*.
 Terrestres,
 { Capitati, *Pballoides*.
 { Globosi: *Crepitus Lupi*.
 { Subterranei: *Tubera Terræ*.
 Tenuioris, & siccioris, ad herbæ natu-
 ram propius accedentis. Hæ vel sunt
 { Cauliferæ, & ramosæ: *Musci*.
 { Caule carentes, crustæ modo in
 arboribus reptantes: *Lichen Ar-
 boreus*.

Hæ ex loco natali distinguuntur

I. De Alga graminea.

NOTÆ sunt: planta submarina consistentiæ herbaceæ foliis gramineis in foliorum sinu semina continentes, R. Meth. Auct. p. 4.

A. Alga, Offic. Ger. Emac. 1569. Alga, & Ulva, Chab. 569. Alga anguifolia vitrariorum, C. B. 364. J. B. iii. 794. Raii Hist. i. 75. Fucus marinus, sive Alga marina graminea, Park. 1292. Hist. Oxon. iii. 647. Raii Synop. 7. A. Grass-Wrack. Gal. Algue. G. See-Grass / Meer-Grass. B. Wier-Mosch, Zee-Gras. In littoribus marinis ubique reperitur. Ufu. Herba. Vires. Vim habet refrigeratorem, non podagræ modo, sed etiam inflammationibus utilem, Diosc.

II. De Fuco.

PLantæ sunt submarinæ, consistentiæ mollioris, folliculaceæ, plerumque dichotomi, seminiferi duplicis generis folliculos habens, alios ventosos & aëre duntaxat plenos, alios seminibus fætos. Raii Meth. Auct. p. 4.

A. 1. Quercus marina, Offic. Ger. 1378. Emac. 1567. Park. Theat. 1294. Aldrov. Dendr. 160. Fucus maritimus, vel Quercus maritima vesiculas habens, Pin. 365. Tourn. Inst. 566. Boerb. Ind. A. 9. Fucus, sive Alga marina latifolia vulgatissima, Raii Hist. i. 70. Synop. iii. 40. Fucus marinus vulgatissimus latifolius, foliis Quercinis vesiculis donatis, Hist. Oxon. iii. 647. A. Common Sea-Wrack. Gal. Chêne de Mer. G. See-Eiche. B. Zee-Eike. Ufu. Herba. Vires. Cum priore viribus convenit.

Descriptio, quam Quercus suæ marinæ Theophrastus tradit, adeo brevis est, & imperfecta, ut Botanicis inter se altercandi occasionem præbuerit. Clusius, & Cesalpinus, Corallinæ fruticosæ speciem quandam esse volunt, quibuscum consentire non possum; sed huc potius referendam censeo, quod Theophrastus Quercum suam marinam, folium oblongum, crassum, & carnosum habere prodiderit.

A. 2. Fucus, Offic. tertius, Diosc. Fucus marinus, Rocella tinctorum dictus Alga tinctoria, J. B. iii. 797. Raii Hist. i. 74. Tourn. Inst. 566. Fucus marinus, Rocella tinctorum, C. B. 365. Alga cornu cervi divisura, ejusd. 364. Alga tinctoria, Hist. Oxon. iii. 646. Aut Fucus, sive Alga membranacea purpurea parva, R. Synop. iii. ? A. Purple Sea-Wrack. Gal.

Algue Pourprée. G. Purpursfarbig See-Grass. B. Purper Zee-Gras. In Mari Mediterraneo reperitur. Ufu. Herba. Vires. Adversus serpentes dedit Nicander. Hoc fucoidem quidam putant mulieres suum colorem mentiri, cum tamen sit radícula ejusdem nominis, qua sese fucant, Diosc.

A. 3. Vitis marina, & Lenticula marina, Offic. Lenticula marina, Calc. Musc. 19. Lenticula marina ferratis foliis, Ger. Emac. 1615. Park. Theat. 1281. Fucus folliculaceus serrato folio, C. B. Pin. 365. Tourn. Inst. 568. Raii Hist. i. 72. Hist. Oxon. iii. 647. Fucus folliculaceus, serratus, Sargazo, Mont. Exot. 7. Sargaso, Pis. A. Sea-Lentils. Gal. Herbe flottante. G. Meer-Linsen. B. Water-Linsen, Eendengroen, Kroost. In rupibus maritimis invenitur. Ufu. Herba. Vires. Contra difficultates urinandi utuntur Lusitani & Batavi. Pison.

III. De Musco Marino.

A. 1. **L**ichen marinus, Offic. Ger. 1377. Emac. 1566. Raii Hist. i. 77. Synop. x. Marinus platyphyllos, Pluk. Almag. 216. Fucus marinus; Lactuca marina dictus, Park. 1293. Fucus primus, Diosc. Fucus marinus Lactucæ folio, Hist. Oxon. iii. 645. Fucus Lactucæ folio, El. Bot. 443. Tourn. Inst. 568. Muscus marinus Lactucæ folio, C. B. 364. Lactuca marina; Bryon Theophrasti, Dioscoridis, & Plinii, Chab. 572. Bryon marinum Lactucæ foliis, Calc. Musc. 19. Lactuca marina, sive Intybacea, J. B. iii. 801. A. Oistergreen. Gal. Hepatique de Mer. G. See-Leber-Kraut. B. Zee-Leever-Kruit. Petris, scopulis, ipsisque testis adnascitur. Ufu. Herba. Vires. Cum Alga viribus convenit.

A. 2. Muscus marinus, Offic. Muscus marinus capillaceus Dioscoridis, Parkinson. 1288. Hist. Oxon. iii. 649. Muscus marinus capillaceus Dioscoridis, & Donati, R. H. 79. Muscus marinus verus Dioscoridis, Donat. pag. 61. A. Sea-Moss. Gal. Mouffe de Mer. G. Meer-Mosch. B. Zee-Mosch. In Mari Adriatico invenitur, in scopulis, testaceisque. Planta est gracilis, capillacea, caulis expers. Ufu. Tota planta. Vires. Præcipua est spissandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras; quas refrigerare opus sit, Diosc.

Hæc planta Constantino pro Musco marino Dioscoridis accipitur; cum quo potius consentio, quam cum iis qui pro Musco illo Cor-

rallinam Officin. habent. *Parkinsonius* noster pro *Fuco* capillaceo folio *Theophrasti* habet.

IV. De Spongia.

A. **S**pongia globosa, C. B. 368. Imp. 635. *Tourn. Inst.* 575. *J. B.* iii. 816. *Raii Hist.* i. 80. *Hist. Oxon.* iii. 653. Spongia marina alba, *Ger.* 1383. *Emac.* 1577. Spongia marina usualis, *Park.* 1303. A. Spunge. Gal. *Eponge.* G. *Bade-Schwämme.* B. *Een Spons.* Est substantia mollis, laxa, rara, porosa, levis coloris, spadicei, albicantis, vel flavescentis saporis, & odoris nullius evidentis. Saxi, conchis, aliisque marinis adnascitur. In *Ufu* est integra planta. *Vires.* Usus ejus internus, vel nullus, vel rarus est, quia non solvitur ventriculo, unde, ob intumescendum, rursus ejicitur vel supra vel infra, ac ideo pro veneno habetur: Potius in usu est Chirurgico ad sanguinem sistendum. Vide *Imperatum & Archigenis Fragmenta* apud *Ætium de Spongiæ Ufu*, Cap. clxx.

V. De Alcyonio.

Quenam sint corpora illa Alcyonia Græcis dicta, & unde originem habeant, inter Botanicos controversatur, & adhuc dubium manet. *Plinius* nidos quarundam avium in mari exstructos esse tradit. *Imperatus*, minuta palea & pilorum frustula, in massas agitatione maris conglobata, tradit. *Schrochius* arundinum cum foliis suis progeniem esse, quodque in pluribus, quæ dissecuit, & aperuit, plantam ipsam obvolutam in medio invenerit, affirmat. *Dioscorides* quinque species enumerat. Harum quatuor in hoc capite exhibemus; quintam, *Lib.* iii. in Capite vel *Ostreorum*, vel *Myrtillorum*; quorum scilicet progenies est. Eorum autem utrumvis secundum *Dioscoridis* censi potest, notis scilicet nullis in textu propositis reclamantibus.

A. 1. Alcyonium durum, Offic. Alcyonium durum sive primum *Dioscoridis* Imperato, C. B. 368. *Tourn. Inst.* 576. Alcyonium spongiosum Officinarum, *J. B.* iii. 816. *Chab.* 579. *Raii Hist.* i. 82. *Hist. Oxon.* iii. 654. Alcyonium spongiosum *Dioscoridis*, flavum marinum quorundam, *Donat.* 11. Alcyonium primum *Dioscoridis*, *Calc. Mus.* 21. Alcyonium, seu eorum ruscum, *Worm.* 48. A. *Hard-Bastard-Spunge.* Gal. *Ecume de Mer*, *Merde de Cormarin dure.* G. *Harter unechter Schwamm.* B. *Harde bastaert-Spons.* *Ufu.* Tota planta. In

feminarum smegmata assumuntur contra lentiginis, lichenes, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas in facie, reliquoque corpore, *Diosc.*

A. 2. Alcyonium vermiculatum, Offic. Alcyonium vermiculare Imperati, C. B. 368. Alcyonium vermiculare, *Imperat.* 639. *Hist. Oxon.* iii. 654. Alcyonium tertium *Dioscoridis*, *Cæsalpin.* 608. Alcyonium vermiculatum purpureum candidum & flavescent, *Tourn. Inst.* 576. A. *Vermiculate Bastard-Spunge.* Gal. *Ecume de Mer en forme de petits Vers.* G. *Gesprenckelt unechter Schwamm.* B. *Bastaert-Spons.* *Wormtjes niet ongelijk.* *Ufu.* Planta integra. *Vires.* Iis qui difficili urina vexantur, aut arenulas in vesica colligunt, idoneum est; item renibus affectis, aquæ inter cutem, leni, *Diosc.*

A. 3. Alcyonium stuppeosum, Offic. Alcyonium stuppeosum Imperati, *J. B.* iii. 817. *Raii Hist.* i. 82. Alcyonium stuppeosum, *Imp.* 640. *Tourn. Inst.* 576. Alcyonium stuppeosum dictum, *Chab.* 579. Alcyonium stuppeosum vel quartum *Dioscoridis* & Imperati, C. B. 368. *Hist. Oxon.* iii. 654. A. *Thready Bastard-Spunge.* Gal. *Merde de Cormarin.* G. *Fäsericht unechter Schwamm.* B. *Vezelagtig bastaert-Spons.* *Ufu.* Planta. *Vires.* Eiusdem cum præcedenti vires obtinet, verum haud parum imbecilliores, *Galen.*

A. 4. Alcyonium tuberosum, Offic. *J. B.* iii. 817. *Raii Hist.* i. 82. *Hist. Oxon.* iii. 654. Alcyonium tuberosum fici formâ, *Imp.* 641. *Tourn. Inst.* 576. Alcyonium formâ fructus alicujus fici, C. B. 368. A. *Tuberoze-Bastard-Spunge.* Gal. *Merde de Cormarin.* G. *Rohrtichter unechter Schwamm.* B. *Tuberoze bastaert-Spons.* *Ufu.* Integra Planta. *Vires.* Dealbandis dentibus aptum est: In alia smegmata, *Psilothraque*, assumitur cum sale mistum, *Diosc.*

VI. De Fungo.

Fungi nihil ferè habent commune cum plantis perfectioribus; nec enim color iis herbaceus, nec textura analoga, neque flos ullus, aut folium propriè dictum. Brevissimo temporis spatio plerique oriuntur, & brevis pariter ævi sunt, *Raii Synop.* pag. 8.

A. 1. Fungus, Offic. Fungus esculentus, 12 *Park.* 1317. Fungus pileolo lato & rotundo, C. B. 370. *Tourn. Inst.* 556. Fungus pileolo lato & rotundo livido, *Hist. Oxon.* iii. 636. Fungus campestris albus supernè, infernè rubens,

IV. De Spinachia.

NOTÆ genericæ sunt: *Planta tota glabra, & innoxia, foliis singulatim alterno ordine positis, seminibus in nonnullis plantis muricatis, R. H. pag. 162.*

A. Spinachia, Offic. Ger. 260. Emac. 330. Raii Hist. i. 162. Spinachia five Spinacia, Cbab. 330. Spinachia five Olus Hispanicum, Park. Parad. 496. Spinachia vulgaris capsula feminis aculeata & sterilis, El. Bot. 425. Tourn. Inst. 533. Boerb. Ind. A. i. 103. Buxb. 311. Spinachia mas & femina, J. B. ii. 963. Spinachia femine spinoso, & non spinoso, Hist. Oxon. ii. 598. Lapathum hortense, seu Spinachia femine spinoso; C. B. 114. A. Spinache. Gal. Epinars G. Spinat. B. Spinagie. In hortis feritur. In U. sunt folia seu herba: culinaris potissimum est. Vires. Laxat alvum, lenit asperitatem Pulmonum, refrigerat Ventriculum, ac Hepar. Continuus usus melancholicum generat sanguinem, Schrod. Febricitantibus & Senibus attritione alvi commendatur S. Pauli. In omni penè ægritudine pro cibo deligi potest. Extrinsecus Ventriculo & Hepati imposita Cataplasmatibus instar, eorum inflammationes, doloremque tollere creditur, Raii Hist.

V. De Mercuriale.

CUjus notæ, *Folia in caule bina opposita, per margines crenata, Florum calices triphylli, Fructus in femina didymi, i. e. bini conjuncti, singuli singula semina continentes. Calices triphylli etiam in femina fructui subsunt, R. Meth. p. 20.*

A. 1. Mercurialis, Offic. Schrod. iv. 102. Mercurialis mas, Pharm. Edinb. 12. Mercurialis mas & femina, Ger. 262. Emac. 332. Park. 295. J. B. ii. 977. Cbab. 307. Raii Hist. 163. Mercurialis annua glabra vulgaris, R. Synop. 54. Mercurialis testiculata five mas Dioscoridis & Plinii, C. B. 121. Hist. Oxon. ii. 612. Tourn. Inst. 534. Boerb. Ind. A. 2. 106. Buxb. 215. Mercurialis spicata si-

ve femina Dioscoridis & Plinii, ejusd. A. French Mercury. Gal. Mercuriale. G. Binsgelfraut Wetblein. B. Bingelkruit. In hortis & locis incultis reperitur. Æstate floret. U. us. Folia. Vires. Calfacit, & siccat, abstergit, alvum movet, bilem ac aquas purgat. Extrinsecus vulvæ adhibita Menses & Secundinas trahit; tumores emollit; creberrimi usus est in clysteribus, Schrod. Hæc à Knantbio malè cum sequenti confunditur.

A. 2. Cynocrambe, Offic. Ger. 263. Emac. 333. Cynocrambe mas & femina, five Mercurialis repens, J. B. ii. 979. Cynocrambe five Mercurialis repens, Cbab. 308. Cynocrambe mas & femina, Raii Hist. 163. Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta, Synop. 53. Mercurialis sylvestris Cynocrambe dicta, vulgaris, Park. 295. Mercurialis sylvestris perennis Cynocrambe dicta, Hist. Oxon. ii. 613. Mercurialis montana testiculata & spicata, C. B. 112. Dill. Cat. 37. Tourn. Inst. 534. Boerb. Ind. A. 2. 106. Buxb. 215. A. Dog's-Mercury. Gal. Mercuriale sauvage, ou Chou de Chien. G. Hunds-Kraut / Hunds-töle. B. Wild-Bingelkruit. In sylvis & sepibus. Vere floret. U. us. Herba. Vires. Hæc quamvis Prævotio, Morifono, aliisque, eadem cum præcedente vires obtinere dicatur; effectus tamen, quos in nonnullis propè Salopiam eam comedentibus produxit, eam soporiferæ & malignæ qualitatis participem esse convincunt. Planta est venenata; malè itaque pro Officinarum Mercuriali hanc offert Rabfeld in Hodego suo Botanico, p. 23. Buxb.

Quænam planta sit *Cynia* seu *Cynocrambe* *Dioscoridi* dicta, *Botanici* certant, & adhuc sub judice lis est. *Cæsalpinus* *Atriplicis* speciem esse vult. *C. Baubinus* *Parietariæ*. *Lonicerus* ad *Apocynum* eam refert. *Mattbiolus* ad plantas quas hic exhibeo, quæ quidem cum *Dioscoridis* descriptione aliquantulum conveniunt, præsertim femina.

A. 3. Phyllon, Offic. Phyllon Arrhenogonon & Thelygonon, Cbab. 308. Phyllon Arrhenogonon & Thelygonon folio incano Monspeulana, J. B. ii. 981. Phyllon Thelygonon, Ger. 263. Phyllon Arrhenogonon five marificum, & Thelygonon five feminificum, Ger. Emac. 333. Phyllon marificum & feminificum, Park. 296. Raii Hist. i. 164. Phyllon testiculatum & spicatum, C. B. 122. Mercurialis perennis maritima incana Phyllon dicta, Hist. Oxon. ii. 613. Phyllon fruticosa incana testiculata & spicata, El. Bot. 425. Tourn. Inst. 534. Boerb. Ind. A. 2. 106.

A. *Childrens Mercury*. Gal. *Especie de Mercuriale dite Pbyllon*, qui en Grec signifie feuille. (On a sans doute donné ce Nom à ce genre de plante comme pour dire feuille par excellence.) G. *Kinder = bingel = Kraut*. B. *Gryz-Zee Bingel-kruit*. In hortis curiosorum apud nos reperitur. Æstate floret. *Ufu*. Herba. *Vires*. Mauritanis ad muliebres morbos magno in usu est, *Clus.* Illius decoctum demorlis à cane rabido commendat aliqui, *Magnol.*

VI. De Ambrosia.

Fructu ecbinato monospermo, a flore remoto, foliis laciniatis à reliquis differt.

Ambrosia, *Offic.* Ger. 950. *Emac.* 1108. *Raii Hist.* 1. 164. *Cbab.* 376. Ambrosia hortensis, *Park.* 88. Ambrosia hortensis lanuginosa, *Hist. Oxon.* iii. 4. Ambrosia maritima, C. B. 138. *Tourn. Inst.* 438. *Boerb. Ind. A.* 2. 102. Ambrosia quibusdam, *J. B.* iii. 190. Ambrosia foliis Absynthii odoratis humilior, *Herm. Hort. L. Bat.* 32. A. *Dak of Cappadocia*. Gal. *Ambrosie*. G. *Ambrosien = Kraut / Tauben = Kraut / Fische aus Cappadocia*. B. *Ambrosie-kruit*. Apud nos in hortis colitur. *Ufu*. Herba. *Vires*. Repellendi & reprimendi facultatem obtinet, *H. Ox.* Vim habet astringentem, inquit *Galenus*. Planta est odoratissima, viribus calidis & aromaticis pollens: hinc inter Cardiacas & Cephalicas refertur, *Boerb. Hist. Plant.* 569.

Ambrosia à *Dioscoride* in hunc modum describitur: Pusillus frutex est, ramosus, trium palmarum altitudine: foliis *Rutæ*, circa imum caulem exiguis: cauliculi seminibus, perinde quasi racemulis, gravidi, qui nunquam florem pariunt, odore vinoso suavi: radice tenui sesquipedali. Cujus descriptionis brevitatem non levis controversiæ & dissensionis inter Autores occasio fuit. *Nicander*, referente *Anguillara*, pro *Lilii* specie eam habet; *Cordus* ad *Tanacetum* refert; *Lonicerus*, *Lacuna*, aliique ad *Abrotonum*: *Tabernæmontanus* ad *Artemisiam*; *Matthiolum* ad *Nasturtii* genus; C. *Baibinus*, & sequaces ad plantam hinc traditam; quibus & nos potius consentimus. N. B. *Catalogus Pharmacopœiæ Londinensi* præfixus Ambrosiam à *Botrye* non distinguit, sed utramque unius plantæ synonymam facit.

VII. De Xanthio.

Characteristicæ sunt flores staminei, inutiles, nec fructui contigui: fructus durus, ecbinatus, binis intus cellulis bina semina, h. e.

in singulis singula continens, R. H. p. 165

A. *Bardana*, *Offic.* *Bardana minor*, Ger. 664. *Emac.* 809. *Schrod.* iv. 25. *Sebw.* 28. *Lappa minor*, *Xanthium Dioscoridis*, C. B. 198. *Xanthium*, *Elem. Bot.* 348. *Tourn. Inst.* 439. *Boerb. Ind. A.* 2. 103. *Xanthium*, five *Lappa minor*, *J. B.* iii. 572. *Raii Hist.* 165. *Synop.* 55. *Cbab.* 514. *Hist. Oxon.* iii. 604. *Park.* 1223. *Buxb.* 342. *Marrallumetee Malab. Act. Philosoph.* Lond. No. 224. p. 318. A. *Louise-Burr.* Gal. *Petit Glouteron*. G. *Klein Kletten = Kraut*. B. *Kleyne Klitten*. Ad rivulos viget Julio & Augusto. *Ufu*. Radix, *Lappulæ & Herbæ*. *Vires*. Gustu est amaro & subacri. Usus præcipuus (secundum *Matthiolum*) in minera lepræ educenda (cum *Rhabbaro* exhibetur radix) in *Lipothymia*. Extrinsecus in *Struma*, & *Tumoribus* discutendis (epithema) in capillis luteo colore tingendis. Herba *Cancrorum ardori* efficax est extinguendo, *Schrod.*

VIII. De Ricino.

Notæ sunt caudex lignosus, fructus tricocci muricati; in surculo peculiari racematim ferè dispositi: semen Ricino animalculo simile, R. H. p. 166.

A. 1. *Cataputia major*, *Ricinus*, *Offic.* *Grana-dilla Peruviana*, *Pharmacop.* *Ricinus*, Ger. 399. *Emac.* 496. *Palma Christi*, *Cod. Med.* lxxxviii. *Ricinus vulgaris*, C. B. 432. *J. B.* iii. 642. *Raii Hist.* i. 166. *Hist. Oxon.* iii. 347. *Tourn. Inst.* 532. *Boerb. Ind. A.* 253. *Ricinus*, *Palma Christi*, *Cbab.* 529. *Ricinus* five *Cataputia major* vulgatio, *Park. Theat.* 182. *Nham-bu-Guach* *Brasilensibus*, *Mar.* 77. *Nham-bu-Guach* five *Ricinus Americanus*, *Pis.* 180. A. *Mexico Seeds*. Gal. *Ricin.* G. *Wunder-Baum oder Türckischer Hanff*. B. *Wunderboom*, *Mollekruid*. Seritur apud Germanos & Gallos. *Ufu*. Nuclei, feu Semen: Fructus oblongi sunt, ovals, fabâ equinâ minores, includentes sub pelliculâ corticosâ, lividâ, & maculosâ glabrâ nucleum bipartitum, album, pinguem, saporis subdulcis, acris, nauseosi. *Vires*. Potenter bilem & pituitam, *ava nsi nâro* pellit. Ad necandos vermes in corpore humano insigne est remedium. Rarissimi icidem usus est. *Harlow in Med. Curios* sub titulo *Mexico-seeds*.

IX. De Ricinoide.

FLOS Rosaceus è pluribus petalis in orbem positis constans, calice multifolio insidente, fructus in tres capsulas fissilis, Tourn. Inst. pag. 655.

A. 1. Heliotropium tricoccum, Offic. C. B. 253. Raii Hist. i. 165. J. B. iii. 606. Ger. 265. Emac. 335. Park. 439. Heliotropium minus quorundam, Heliotropium tricoccum Plinii, verrucaria, Chab. 521. Heliotropium tinctorium tricoccum, Pluk. Almag. 182. Ricinus humilis Althææ folio, fructu verrucoso rotundo, Hist. Oxon. iii. 349. Ricinoides ex qua paratur Tournesol Gallorum, Tourn. Inst. 655. A. Turn-sole. Gal. Heliotrope, Tournesol, Herbe aux Verrues. G. Sonnen-Wende. B. Klein Kreeft-kruit. In Gallia Narbonensi Julio & Augusto. Ufus. Panno succi intinctus. Ad nos adfertur, & in Officinis Pharmacopolarum ad usum Tinctorum, &c. venditur; in usu Medico occurrit, estque adversus Carcinomata & Ulcera gangrænosæ efficacissima, strumososque tumores, Matth.

A. 2. Nuces è Barbadoes, Offic. Ricinus Americanus, Ger. 399. Emac. 496. Park. 183. Raii Hist. i. 166. Ricinus Americanus major semine nigro, C. B. 432. Hist. Oxon. iii. 348. Ricinus major Americanus Curcas dictus, & Faba purgatrix Indiæ Occid. J. B. iii. 643. Chab. 529. Ricinoides Americana Gossypii folio, Tourn. Inst. 656. Boerb. Ind. A. 253. Ricinoides, seu Pinus purgans, vel Pinhones Indici, Cod. Med. xcvi. Munduy-Guach, sive Nux Cathartica Americana, Pij. 169. Mundubi Guach Brasiensibus, Pinhones Lusitanis, mihi Nux Cathartica, Marcg. 96. Quauhay-ohuatli. 1. Avellana Cathartica, Hernand. 87. A. Barbadoes-Nuts. Gal. Noix de Barbades. G. Barbadoes-Mus. B. Boom-acht Ricinus. In Insula Barbadoes, & alibi Indiæ Occidentalis crescit. Ufus. Fructus est oblongus, ovalis, Fabæ minoris magnitudine, unâ parte convexâ, alterâ depressâ, includens sub pellicula corticosa duriuscula nigra nucleum candidum saporis præcedentis. Vires. Cum Ricino ut facie, ita & viribus convenit.

A. 3. Palma Christi, Tourn. Mat. Med. 75. Ricinus Americanus tenuiter diviso folio, Breyn. Cent. 116. Raii Hist. i. 167. Ricinoides arbor Americana folio multifido, Tourn. Inst. 566. Boerb. Ind. A. 253. Avellana purgatrix C. B. Pin. 418. Raii Hist. ii. 1386. A-

vellana purgatrix Novi Orbis, J. B. 1. 322. Chab. 22. Avellanæ purgatrices, Park. Theat. 1621. Nuces purgantes, Ger. 1362. Emac. 1546. A. Purging-Nuts. Gal. Paume de Christ. G. Wunder-Baum. B. Wonderboom met syn gesneden Bladeren. Americæ incola est. Ufus. Nuces colore ex albido. Vires. Vehementer purgat.

A. 4. Grana Tiglia & Lignum Moluccense, Offic. Lignum Moluccense, foliis Malvæ, fructu Avellanæ minore, cortice molliore & nigricante, Pavana incolis, C. B. 393. Lignum Moluccense Pavana dictum, fructu Avellanæ, J. B. i. 342. Lignum Moluccense, Park. 1664. Pavana Moluccensis, Jonsf. Dendr. 458. Guajapala, Lignum Moluccense seu Pavana, Herm. Mus. Zayl. 30. Guajapala, Nepalam, Waijapali. Ricinus arbor Indica caustica purgans, ejusd. 15. Pinus Indica nucleo purgante, C. B. 492. Pinei nuclei Maluccanni sive purgatorii, J. B. i. 322. Nuclei Maluccani, Park. 1641. Quauhay-ohuatli 111. seu semina arboris cucurbitinæ, nuclei Pinus formâ purgante, Hernand. 87. Ricinus arbor fructu glabro, Grana Tiglia Officinis dicto, P. B. P. 370. Palma Christi Indica, Tourn. Mat. Med. 75. Cadel avanacu, H. M. ii. 61. Tab. 33. Raii Hist. ii. 1855. A. Purging-Nuts. Gal. Aveline purgative du Bois des Molucques. G. Purgierende-Mus. B. Purgeerende Nooten. In Malabar & alibi colitur. Ufus. Lignum spongiosum, leve, rarum, atque pallidum, tenui cortice cinereo obductum, saporis acris, mordacis, & caustici, nauseosi, odoris nullius. Fructus est oblongus, ovalis, Ricini vulgaris magnitudine, unâ parte gibbus, alterâ depressus, colore nigricante, saporis acris, exurentis, & nauseosi. Vires utriusque. Calfaciunt, incidunt, attenuant, causticæ sunt naturæ, ergo in Officinis nostris raro in usu occurrunt.

X. De Lapatho.

NOta, semen triquetrum splendens, flos Hexaphyllos, i. e. sex foliis compositus, quorum tria semen obtegunt, R. H. p. 169.

A. 1. Rhaponticum, Offic. Alpin. Exot. 187. Rhaponticum Thracicum, Bocc. Mus. 127. Rhaponticum folio Lapathi majoris glabro, Rha & Rheum Dioscoridis, C. B. Pin. 116. Rha verum antiquorum, Ger. Emac. 393. Rhabarbarum, Raii Hist. i. 170. Rhabarbarum Officinarum, Elem. Bot. 75. Rhabarbarum fortè Dioscoridis & antiquorum, Tourn. Inst. 89.

Rhabarbarum rotundifolium verum sive Lapathum sativum rotundifolium amplissimum flore albo, vel Rheum antiquorum, *Munt. Herb. Brit.* 192. Rhabarbarum Moscoviticum, *Mont. Plant. Gen.* p. 6. Rhabarbarum Witsoniarum, *Ogilb. Cbin.* ii. 680. quoad fig. Lapathum præstantissimum Rhabarbarum Officinatum dictum, *Hist. Oxon.* ii. 577. *Herm. Hort. Lugd. Bat.* 352. *Boerb. Ind. A.* ii. 84. *Pluk. Almag.* 204. Lapathum exoticum, folio amplissimo instar foliorum Brassicæ, *Rupp. Flor. Jen.* 44. Hippolapathum maximum rotundifolium exoticum, sive Rha-ponticum Thracicum, sed verius Rhabarbarum verum, *Park. Theat.* 154. *A. True Rbapontick. Gal. Rapontic. G. Rhapontich. B. Raponticum.* In hortis Botanicis non infrequens. Maio floret. *Nat. Offic. Usu.* Radix, sed rarius. Radix hujus plantæ crassa est, oblonga, ramosa, foris fusca intus crocea, laxa, & rara, per transversum secta, spiras ostendens, saporis amaricantis, & subastringentis, odoris non ingrati. *Vires.* Vix differt à Rhabarbaro vero, nisi quod hoc acrius sit, minus solidum, magisque croceum. Respectu facultatum purgantium, Rhabarbaro debilius, astringentium fortius est hæc radix. Vulnerarium, ac Anodynum est. Usus in Diarrhœis, Dysenteriiis, Convulsis, Ruptis, Orthopnoicis, ad febres periodicas atque ad morsus venenatos. *Dos.* in pulvere ʒii. Infusione ʒvi.

An *Rbaponticum* antiquorum & *Rbabarbarum* modernorum sit una & eadem species plantæ a Botanicis controvertitur (ut rectè observat clarissimus & eruditissimus D. *Raius*) aliis eandem esse affirmantibus, aliis negantibus: Nonnulli etiam sibi non constant, & nunc eandem, nunc diversam affirmant; quorum sententias & rationes vide apud *J. Baubinum* in *Appendice*, Tom. ii. *Historiæ Planterum*, p. 1069. Id tamen hoc in loco cum *Alpino* observabo: Plantam hanc verum esse *Dioscoridis* *Rhaponticum*, à Rhabarbaro autem Officinatum omnino distinctum.

A. 2. Rhabarbarum, *Offic. J. B.* 11, 989, 1075. *Cbab.* 311. *Mont. Exot.* 7. *Ind. Med.* xcvi. *Ger.* 316. *Ogilb. Cbin.* i. 212. Rhabarbarum Officinatum, *C. B. Pin.* 116. Rhabarbarum genuinum Officinatum, *Park. Theat.* 156. Rhabarbarum siccatum, *Ger. Emac.* 393. Rhabarbarum lanuginosum sive Lapathum Chinesense longifolium, *Munt. Herb. Brit.* 196. *Raii Hist.* ii. 1077. Lapathum Bardanæ folio undulato glabro pro Rhabarbaro vero missum, *Rand. Rhabarbarum seu Rheum Officinatum, Geoff. Tract.* 296. *A. True Rubarb. Gal. Rbubarbe. G.*

München. Rhabarber / oder Patienter-Kraut: Burkel. B. Rbabarber. Duplex venale profertur: Unum Orientale, ex regno *Chinensi* adfertur, quod ponderosum est, aureis ac rufis venulis præditum, amaricans & adstringens, odoratum, flavo magis colore, & quod madefactum croceo colore manum fricantis tingit, præstantioribus viribus insignitum: Alterum ex *Moscovia*, quod ponderosum est, ac obscurius flavescit, & vilius censetur. Nuper ex *Moscovia* præcipue importatur, & melius est curatum. *Vires.* Purgat benigne bilem flavam, pituitamque viscosam, ac tartaream in Ventriculo, primaque regione stabulantem. Hepati specificè confert, curat lèterum, & quia vim quoque adstrictoriam obtinet, in omnibus morbis dissolutis, Dysenteria, Diarrhœa, &c. præ aliis commendatur. In Pueris contra Vermes, & in Morbis Chronicis multum laudatur.

Radix hæc *Dioscoridi* & *Galeno* ignota fuit, unde malè quidam *Rbeum* eorum cum nostro *Rbabarbaro* confundunt: Nam *Rbeum Dioscoridis* minus habet vim purgatricem, & notis veri *Rbabarbari* caret. *Rbabarbarum* enim substantiâ compactum est, ponderosum & aridum, sapore amarum, odore acri, colore exterius rufescente, intus ex rufo flavescente [cum venis aliquot intensioribus] ac maceratum vel manducatum tingens croceo colore. *Rbaponticum* non est compactum, sed rarum, non ponderosum, sed leve, non odoratum similiter *Rbabarbaro*, *J. Le Brun.*

A. 3. Hippolapathum, *Offic. Hippolapathum rotundifolium, Ger.* 313. *Emac.* 389. Hippolapathum rotundifolium vulgare, *Park.* 154. Lapathum hortense rotundifolium sive montanum, *C. B.* 115. Lapathum folio rotundo Alpinum, *J. B.* ii. 987. *Tourn. Inst.* 504. Lapathum Alpinum folio subrotundo, *Hist. Oxon.* ii. 578. Lapathum domesticum rotundifolium, *Schw.* 289. An Rhabarbarum rotundifolium fimbriatum. *Munt. Herb. Brit.* 194? *A. Bastard Monks. Rubarb. Gal. Rbubarbe batarde des Moines. G. Uuechter-München. Rhabarber. B. Patientie, ofte Patich met ronde Bladeren.* In Hortis. In *Usu* sunt Radix & Folia. Radix crassa, oblonga, foris fusca, intus intense flava. Folia subrotunda, glabra, venosa, saporis subastringentis. *Vires.* Cum priore convenit. Mulierculis Botanopolis Londinensibus pro Rhabarbaro Monachorum venditur.

A. 4. Rhabarbarum Monachorum, *Offic. Hippolapathum sativum, Ger.* 313. *Emac.* 389. *Raii*

Raii Hist. i. 171. *Lapathum hortense latifolium*, C. B. *Pin.* 115. *Cod. Med.* lxx. *Boerb. Ind.* A. 2. 85. *Tourn. Inst.* 504. *Lapathum majus* five *Rhabarbarum Monachorum*, *J. B.* ii. 985. *Lapathum majus* five *Rhabarbarum*, *Chab.* 309. *Lapathum domesticum*, *Schw.* 289. *Lapathum sativum* five *Patientia*, *Park. Theat.* 154. *Lapathum sativum antiquorum* aut *longifolium* five *Patientia*. *Munt. Herb. Brit.* 198. A. *Monks Rubarb.* Gal. *Rhubarbe des Moines.* G. *München-Rhabarber.* B. *Mun-
nik-Rhabarber.* In hortis nutritur. *Ufu.* Radix longa, crassa, ramosa, foris rufa, intus crocea. *Vires.* Radix *Rhabarbari Monachorum* eandem purgandi facultatem cum vero *Rhabarbaro* habere creditur, modo in duplo usurpetur.

A. 5. *Lapathum hortense*, five secundum *Dioscoridis*, *Cod. Med.* lxx. *Lapathum hortense folio oblongo* five secundum *Dioscoridis*, C. B. *Pin.* 114. *Tourn. Inst.* 504. *Elem. Bot.* 404. *Boerb. Ind.* A. ii. 84. *Lapathum sativum lapas*, *J. B.* ii. 985. Eandem cum præcedente suspicatur D. *Raius*.

A. 6. *Hydrolapathum*, *Offic.* *Hydrolapathum magnum*, *Ger.* 312. *Emac.* 389. *Hydrolapathum majus*, *Park.* 1225. *Lapathum aquaticum folio cubitali*, C. B. 116. *Hist. Oxon.* ii. 579. *Tourn. Inst.* 504. *Boerb. Ind.* A. ii. 85. *Dill. Cat.* 111. *Buxb.* 178. *Lapathum palustre maximum*, *Schw.* 218. *Lapathum maximum aquaticum* five *Hydrolapathum*, *J. B.* ii. 986. *Raii Hist.* i. 171. *Synop.* 55. *Lapathum maximum aquaticum*, *Chab.* 309. *Britannica antiquorum vera* five *Lapathum longifolium nigrum palustre*, *Munt. Herb. Brit.* 150. A. *Great Water-Dock.* Gal. *Patientie, Parelle.* G. *Mengel-Wurk* / *Streis-Wurk* / *Not-ritter.* B. *Groote of Waterpatig.* In aquis oritur. *Ufu.* Tota planta, sed præcipue radices. *Vires.* Ictericam discutit, omnia putrescentia, ut *Erysipelata ulcerata* & *integra*, *Herpetes*, *Phagadænica*, *Gangrænas*, &c. inhibet & sanat: *Hæmorrhoidas* & *Menses* sistit, *Nervis* eorumque incommodis medetur. *Vena* ac *Serpentes* abigit. *Omnes Anginæ species* depellit, variaque *rheumata* aufert.

Hanc plantam veram & genuinam *Dioscoridis Britannicam* esse contendit *Muntingius*, siquidem descriptionibus ejus, inquit doctissimus D. *Raius*, quæ apud veteres extant, tum facie tum viribus per omnia respondeat.

A. 7. *Lapathum acutum Oxylapathum*, *Offic.* *Lapathum acutum*, *Ger.* 311. *Emac.* 388. *Raii Hist.* i. 175. *Synop.* 56. *Schw.* 118. *Hist. Oxon.* ii. 578. *Lapathum sylvestre angustifo-*

lium, *Schrod.* iv. 90. *Lapathum acutum majus*, *Park.* 1214. *Lapathum folio acuto plano*, C. B. *Pin.* 115. *Tourn. Inst.* 504. *Boerb. Ind.* A. 2. 85. *Cod. Med.* lxx. *Lapathum acutum* five *Oxylapathum*, *J. B.* ii. 983. *Dill. Cat.* 108. *Munt. Herb. Brit.* 209. *Buxb.* 177. *Lapathum rumex*, *Lapathum acutum*, *Chab.* 508. A. *Sharp-pointed Dock.* Gal. *Patientie sauvage*, *Parelle.* G. *Grindt-Wurk.* B. *Wilde Patientig*, *Peerdig.* In humidioribus. *Ufu.* Radix simplex, crassa, exterius fusca, interius lutea, saporis subastringentis, semina triquetra & spadicea, saporis astringentis. *Vires.* Radix usus crebri & præcipui est in scabie exterenda ac siccanda, sanguine despumando. Internè in *Scorbuto* & *Ictero* commendatur. Pulvis seminis hepar roborat, & fluxus alvi sistit, *Buxb.*

A. 8. *Lapathum sanguineum*, *Offic.* *Park.* 1226. *Schw.* 289. *Lapathum sativum sanguineum*, *Ger.* 313. *Emac.* 390. *Lapathum sanguineum* five sanguis *Draconis herba*, *J. B.* ii. 988. *Chab.* 310. *Munt. Herb. Brit.* 211. *Lapathum folio acuto rubente*, C. B. 115. *Raii Hist.* i. 174. *Synop.* 56. *Hist. Oxon.* ii. 579. *Boerb. Ind.* A. ii. 85. *Tourn. Inst.* 504. *Buxb.* 178. *Cod. Med.* lxx. A. *Blood-Wort.* Gal. *Sang de Dragon*, ou *Patientie rouge.* G. *Drachen-
Blut* / *roht-blätterichte Mengel-Wurk.* B. *Bloed-Kruit*, *Draken-Bloet.* In hortis colitur. Junio floret. *Ufu.* Folia, Semen. *Vires.* Folia alvum cient in jussulo. Semen pulverizatum & in aliquo decocto astringente potum singularem habet efficaciam in sistendis nimis mensibus & similibus fluxibus, *Cam.*

At perperam eos omnino facere, qui fucum hujus *Lapathi Sanguinem Draconis* *Officinarum* vel nuncupant vel suspicentur, *Chab.*

XI. De Acetosa.

*S*emen triquetrum splendens, flos hexaphyllos, quorum tria semen obtegunt, foliis acidis, R. H. p. 169.

A. 1. *Acetosa vulgaris*, *Oxalis*, *Offic.* *Acetosa vulgaris*, *Park.* 742. *Raii Hist.* i. 178. *Acetosa pratensis*, C. B. 114. *Hist. Oxon.* ii. 582. *Tourn. Inst.* 502. *Boerb. Ind.* A. ii. 85. *Dill. Cat.* 67. *Buxb.* 4. *Acetosa major* vulgarissima, *Schw.* 5. *Acetosa vulgaris* five *Rumex campoferinus*, *Munt. Herb. Brit.* 221. *Oxalis* feu *Acetosa*, *Ger.* 319. *Emac.* 396. *Park. Parad.* 486. *Chab.* 311. *Oxalis vulgaris folio longo*, *J. B.* ii. 989. *Lapathum Acetosum* vulgare,

re, *Raii Synop.* iii. 56. *A. Common Sorrel.* *Gal. Grande Oseille, Surelle, Vinette.* *G. Gemeine Saurampffer.* *B. Velt-Zuring.* In pratis & pascuis. Æstate floret. *Ufu.* Folia succulenta, glabra, acuminata, colore atrovirenti, sapore acido; Radix fibrosa, lutea, sapore astringente; Sēmina, triquetra, spadicea. *Vires.* Cardiaca imprimis est & hepatica, resistit putredini, appetitum excitat, choleram reprimat, sitim sedat, unde in febribus simplicibus ac pestilentibus usitatissima est, *Schrod.*

A. 2. Acetosa arvensis, Offic. Acetosa minor seu Lujula, Ind. Med. 111. *Acetosa arvensis lanceolata, C. B.* 114. *Raii Hist.* i. 180. *Dill. Cat.* 52. *Hist. Oxon.* ii. 584. *Boerb. Ind. A.* ii. 86. *Tourn. Inst.* 503. *Buxb.* 4. *Acetosa minor lanceolata, Park. Theat.* 744. *Munt. Herb. Brit.* 222. *Acetosa lanceolata major, Schw.* 8. *Oxalis parva auriculata repens, J. B.* ii. 992. *Chab.* 312. *Oxalis tenuifolia, Ger.* 320. *Emac.* 397. *Lapathum acetosum repens lanceolatum, Raii Synop.* 56. *A. Sheeps Sorrel. Gal. Petite Oseille, ou Oseille sauvage. G. Klein-blättrichter Saurampffer. B. Kleine Velt-Zuring, Schaaps-Zuring.* In arvis. *Ufu.* Folia. *Vires.* Palato gratior est quàm vulgaris, belleque omnia præstat, quæ illa, *Chab.*

A. 3. Acetosa Romana rotundifolia, Offic. Munt. Herb. Brit. 224. *Acetosa rotundifolia hortensis, C. B.* 114. *Raii Hist.* i. 180. *Hist. Oxon.* ii. 583. *Boerb. Ind. A.* ii. 86. *Tourn. Inst.* 503. *Buxb.* 4. *Acetosa Sabaudica, Schw.* 214. *Oxalis Franca seu Romana, Ger.* 320. *Emac.* 397. *Oxalis sativa Franca sive Romana rotundifolia, Park.* 743. *Oxalis folio rotundiore repens, J. B.* ii. 991. *Chab.* 311. *A. French Sorrel. Gal. Oseille ronde, ou franche. G. Spanische Saurampffer. B. Roode Roomse Zuring.* In hortis. *Ufu.* Folia. *Vires.* Eadem cum reliquis.

XII. De Fagopyro.

NOtæ sunt flosculi pentapbylli speciosi, in spicis è foliorum alis egressis, Semine triquetra cum congeneribus convenit, ejus tamen colore sordidiore & farinâ esculentâ ab iisdem differt, *R. Synop.* p. 58.

A. Fagopyrum, Offic. Raii Hist. i. 182. *Synop.* 57. *Schw.* 273. *Fagopyrum, Hist. Oxon.* ii. 590. *Volck.* 160. *Fagopyrum vulgare erectum, Elem. Bot.* 412. *Tourn. Inst.* 511. *Boerb. Ind. A.* 2. 88. *Buxb.* 108. *Fagotriti-*

cum, J. B. ii. 993. *Chab.* 312. *Tragopyron, Ger.* 82. *Emac.* 89. *Park.* 1141. *Fru-mentum Saracenicum, Herm. Hort. Lugd. Bat.* 263. *Erysimum Theophrasti folio hederaceo, C. B.* 27. *Buck-Wheat or Brank. Gal. Blé noir, ou Sarrafin. G. Hetdenforn / Buchweitzjen. B. Boekweit.* Seritur in agris, Julio floret. *Ufu.* Semen triangulum colore sordidum. *Vires.* Minus nutrit quam Hordeum aut Secale, plus tamen quam Panicum & Milium. Pulticulæ ex Ptiliana & farina facile digeruntur, gignuntque medicrem sanguinem; Tuffientibus & difficulter mingentibus prosunt, *Schw.*

XIII. De Persicaria,

Flosculis tetraphyllis in spicis summos caules terminantibus, à reliquis bujus familiæ distinguitur, *R. Synop.* p. 33.

A. 1. Persicaria non maculata, Hydropiper, Offic. Persicaria acris sive Hydropiper, J. B. iii. 780. *Chab.* 564. *Hist. Oxon.* ii. 589. *Dill. Cat.* 166. *Buxb.* 256. *Persicaria vulgaris acris sive Hydropiper, Raii Hist.* i. 182. *Synop.* 58. *Persicaria urens sive Hydropiper, C. B.* 101. *Persicaria vulgaris acris sive minor, Park.* 856. *Persicaria minor acris, Schw.* 154. *Hydropiper, Ger.* 361. *Emac.* 445. *Hydropiper Lusitanis erva pulgera, Marcg.* 25. *Potincoba Lusitanis pulgera, Pis.* 221. *An Schovanna-modela-muccu, H. M.* xii. 147. *Tab.* 76? *A. Lakeweed, Arjmart, or Water-pepper. Gal. Curaige, Persicaire, (Plante aquatique qui a le gout de poivre.) G. Wasser-Pfeffer. B. Waterpeper.* In aquosis. *Ufu.* Folia. *Vires.* Extrinsecus in Vulneribus, Tumoribus induratis. Ulceribus inveteratis, *Schrod.* Inter diuretica potentissima est. *Nob. Boyleus* aquam distillatam in calculo laudat. Ad ulcera sordida mundificanda maximè commendat *Theophr.*

A. 2. Persicaria maculata, Offic. Persicaria, Chab. 564. *Persicaria maculosa, Ger.* 361. *Emac.* 445. *Raii Hist.* i. 183. *Synop.* 58. *Persicaria mitis, J. B.* iii. 779. *Dill. Cat.* 112. *Persicaria mitis maculosa, & non maculosa, C. B.* 101. *Hist. Oxon.* ii. 588. *Tourn. Inst.* 509. *Boerb. Ind. A.* ii. 87. *Persicaria major mitis, Schw.* 154. *Persicaria mitis vulgaris seu maculosa, Park.* 856. *A. Spotted Arjmart. Gal. Persicaire. G. Stöck-Kräut / Mücken-Kraut. B. Persik-kruid, Vloo-kruid.* In aquosis & humidis. Floret Julio

Julio & Augusto. *Ufu.* Folia. *Vires.* Subastringens & acerbus est gustu. Inflammationibus incipientibus & recentibus vulneribus prodest imposita, *Schw.*

XIV. De Polygono.

Planta est exigua, caule provoluto, & crebris geniculis nodoso, semine triquetro in foliorum alis; R. Synop. p. 33.

A. Centinodium, Polygonum, Offic. Polygonum mas vulgare, Ger. 451. Emac. 565. Raii Hist. i. 184. Synop. 59. Polygonum majus, Schw. 163. Polygonum mas vulgare majus, Park. 443. Polygonum latifolium, C. B. 281. Hist. Oxon. ii. 591. Dill. Cat. 158. Tourn. Inst. 510. Boerb. Ind. A. ii. 88. Polygonum vulgare latifolium, Buxb. 265. Polygonum sive Centinodia, J. B. iii. 374. Chab. 453. A. Common Knotgrass. Gal. Renouée, Centinode, Sanguinaire, Trainasse. G. Weg-Gras / oder Weg-Erit / Denn-gras / Blüht-fraut. B. Duifent-knoop, Verkens-gras, Kreupel-gras, Knoop-gras. In locis glareosis. *Ufu.* Herba. *Vires.* Siccatur & astringit, vulnerarium est. Usus præcipue in sistendis fluxibus quibuscunque, Schrod.

XV. De Bistorta.

Flores pentaphylli, semina triquetra, angulis acutis; radices intortæ, R. Synop. p. 34.

A. Bistorta, Offic. Bistorta, Serpentina, Chab. 507. Bistorta major, Ger. 322. Emac. 399. Raii Hist. i. 186. Synop. 59. Bistorta major rugosioribus foliis, J. B. iii. 538. Dill. Cat. 89. Bistorta radice minus intorta, C. B. 192. Hist. Oxon. ii. 585. Tourn. Inst. 511. Boerb. Ind. A. ii. 86. Buxb. 39. A. Bistort or Snake-weed. Gal. Bistorte. G. Röhre Watterwurk / Krebswurk. B. Herts-tonge. In humidioribus. Floret Junio. *Ufu.* Radix oblonga, crassa, foris ex spadiceo nigricans, intus rufescens, saporis astringentis, odoris nullius; folia oblonga acuminata, glauca. *Vires.* Refrigerat, siccatur, & valide astringit. Usus præcipue in sistendis fluxibus quibuscunque; Abortum prohibet, & Veneno resistit.

XVI. De Potamogetone.

Potamogetonis notæ sunt, in aquis nasci; flores spicati, quadrifolii, quorum singulis quaternis continentur semina; florum spicæ pediculis

oblongis insidentes, R. Synop. p. 62.

A. Potamogeton, Offic. Potamogeton fontalis, fluvialis, Chab. 562. Potamogeton rotundifolium, C. B. 193. Raii Hist. i. 188. Synop. 60. Dill. Cat. 112. Tourn. Inst. 233. Boerb. Ind. A. 196. Buxb. 269. Potamogeton rotundiore folio, J. B. iii. 776. Potamogeton latifolium, Ger. 675. Emac. 821. Potamogeton majus rotundifolium, Hist. Oxon. ii. 586. Fontalis major latifolia vulgaris, Park. 1254. A. Pond-weed. Gal. Epi d'Eau. G. Saam-fraut / Schwammen-fraut. B. Fonteyn-kruid, Swem-kruid, Swam-kruit. In aquis stagnantibus & piscinis frequens. Junio & Julio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Refrigerat & inspissat: pruriginibus utile, & contra vetera ulcera & nomas, Diosc. Refrigerandi vim habet, Buxb.

XVII. De Atriplice.

Notæ sunt, vasculis è duabus valvulis conniventibus compositis semina inclusa habere & quidem singula in singulis, R. Hist. p. 191.

A. 1. Atriplex, Offic. Chab. 305. Atriplex alba hortensis, J. B. ii. 970. Raii Hist. i. 191. Atriplex sive Olus aureum, Park. Parad. 488. Atriplex hortensis alba, sive pallide virens, C. B. 119. Hist. Oxon. ii. 606. Tourn. Inst. 505. Boerb. Ind. A. ii. 89. Atriplex fativa alba, Ger. 256. Emac. 325. Atriplex spuria hortensis candida, Volck. 53. A. White Drache. Gal. Arroche, Bonnes-Dames, Prudes Femmes, Follettes. G. Wilden / Melde / Melde. B. Hof-Melde. In hortis. *Ufu.* Folia triangula. Semina rotunda compressa. *Vires.* Refrigerat & humectat, cocta estur ut olus; in alvo solvenda celebris est. Usus Officinalis præcipue externus est in Clysteribus & Epithematibus paregoricis, R. H. De vi seminis purgante, vide Matth.

A. 2. Halimus, Offic. Chab. 67. Halimus Clusii, J. B. i. 227. Halimus latifolius, Ger. Emac. 523. Halimus latifolius, sive fruticosus, C. B. 120. Halimus latifolius, sive Portulaca marina incana major, Park. 724. Atriplex Halimus dicta latifolia, Raii Hist. i. 194. Atriplex latifolia, seu Halimus fruticosus latifolius, Hist. Oxon. ii. 607. Tourn. Inst. 505. Boerb. Ind. A. ii. 89. Atriplex maritima fruticosa, Halimus dicta latifolia, Pluk. Almag. 61. A. Tree-Sea-Purslane. Gal. Halimus, espe-

ce d'Arroche, (est un petit arbrisseau). G. Meer-Gewachs / Meerwinkél. B. Boomagtig Halimus. In sepibus mari proximis, regionibus calidioribus, floret æstate. Ufu. Radix. Folia. Vires. Radix convulsa, rupta, torminaque mitigat, drachmæ pondere in aqua mulsa pota: eadem lactis ubertatem facit. Folia decoquantur ciborum gratiâ, Diosc.

A. 3. *Portulaca maritima, Offic. Portulaca marina nostras, Park. 734. Halimus sive Portulaca marina, C. B. 120. Raii Hist. i. 195. Halimus vulgaris sive Portulaca marina, Ger. Emac. 523. Atriplex maritima angustissimo folio, Hist. Oxon. ii. 608. Tourn. Inst. 505. Atriplex maritima Halimus dicta, surrector & vulgaris, Pluk. Almag. 61. Atriplex maritima fruticosa, Halimus & Portulaca marina dicta, angustifolia, Raii Synop. 63. A. Common Sea-Purslane. Gal. Espece d'Arroche, (plante croissant aux lieux maritimes). G. Meer-Portulak. B. Gemeene Zee-Porcelein. In palustribus maritimis frequens. Julio & Augusto floret. Ufu. Folia. Vires. Hujus foliis & tenellis ramulis chrithmi modo muria conditis, hyberno tempore ad excitandum appetitum in acetariis utuntur non Batavi tantum, sed & Britanni, Raii Cat. Angl. Calida est planta, Magnol. Bot. Monsp. Pro Cosmetico commendat D. Stubbs.*

XVIII. De Chenopodio.

NOTÆ sunt semina rotunda in nonnullis speciebus paululum compressa, in aliis ad sphaericam figuram accedentia, semina solitaria, quibus perianthia pro vasculis sunt, interdum arcte, interdum laxius ea amplectentia, plerumque quinquefida, Raii Meth. A. 23.

A. 1. *Atriplex sylvestris, Offic. J. B. ii. 972. Raii Hist. i. 197. Chab. 305. Atriplex sylvestris altera, C. B. 119. Ger. Emac. 326. Atriplex sylvestris folio sinuato, saturatè virente, spicâ rubrâ, Hist. Oxon. ii. 604. Atriplex sylvestris vulgatiore sinuata, Park. 747. Blitum Atriplex sylvestris dictum, Raii Synop. 63. Chenopodium folio laciniato comâ purpurascens, Tourn. Inst. 506. Boerb. Ind. A. ii. 90. Buxb. 69. Chenopodium folio sinuato candicante, Dill. Cat. 106. A. Wilde Orache. Gall. Arroche sauvage. G. Wilde Melde. B. Wilde Melde. In fimetis. Æstate floret. Ufu. Herba, semina parva, compressa, rotunda, nigra, splendentia. Vires. Alvum molliat. Panas discutit sive crudum sive coctum illinatur. Semen cum aqua mulsa po-*

tum Regium morbum sanat, Diosc.

A. 2. *Atriplex olida, Offic. Ger. 258. Emac. 327. Raii Hist. i. 198. Atriplex foetida, C. B. Pin. 119. Cod. Med. xvi. J. B. ii. 974. Hist. Oxon. ii. 605. Atriplex foetida & vulvaria, Chab. 307. Atriplex olida sive sylvestris foetida, Park. Tbeat. 749. Blitum foetidum Vulvaria dictum R. Synop. 64. Chenopodium foetidum, El. Bot. 406. Tourn. Inst. 506. Boerb. Ind. A. ii. 90. Dill. Cat. 106. Buxb. 68. Atriplex-Chenopodia foetida, Hort. Monsp. 29. A. Stinking Orache. Gal. Arroche puante. G. Stinkende Melde. B. Stinkende Melde. In locis ruderatis & in fimetis. Augusto floret. Ufu. Herba. Vires. Uterina est, menses provocat, foetum mortuum secundinamque expellit, in Hystericiis multum prodest.*

A. 3. *Pes anserinus, Offic. Ger. 258. Atriplex dicta Pes anserinus, J. B. ii. 975. Chab. 306. Atriplex sylvestris latifolia, C. B. 119. Raii Hist. i. 198. Hist. Oxon. ii. 604. Atriplex sylvestris latifolia, sive Pes anserinus, Ger. Emac. 328. Park. 749. Blitum Pes anserinus dictum, R. Synop. 64. Chenopodium Pes anserinus primum Tabernæmontani, Elem. Bot. 406. Tourn. Inst. 506. Boerb. Ind. A. ii. 90. Dill. Cat. 168. Buxb. 68. Atriplex-Chenopodia latifolia, Hort. Monsp. 28. A. Goose-foot. Gal. Patte d'Oye. G. Gänse-Fuß / Eau-Fodt. B. Gänse Voet. In fimetis. Julio floret. Ufu. Herba. Vires. Viribus prætat, quibus & præcedentes.*

A. 4. *Bonus Henricus, Tota bona, Mercurialis, Offic. Bonus Henricus, J. B. ii. 965. Ger. 259. Emac. 329. Bonus Henricus, Tota bona, Chab. 303. Bonus Henricus Officinarum, Volck. 67. Bonus Henricus falso Mercurialis, Pharm. Edenb. 4. Blitum Bonus Henricus dictum, Raii Hist. i. 195. Blitum perenne Bonus Henricus dictum, Synop. 64. Blitum perenne Spinachiae facie, Hist. Oxon. ii. 599. Atriplex Chenopodia folio triangulo, Hort. Monsp. 29. Chenopodium folio triangulo, El. Bot. 406. Tourn. Inst. 506. Dill. Cat. 67. Buxb. 70. Lapathum unctuosum folio triangulo, C. B. 115. Lapathum unctuosum sive Bonus Henricus, Park. 1226. Munt. Herb. Brit. 207. A. English Mercury. Gal. Toute bonne, Bon-Henri. G. Guter Heinrich / Schmerbel. B. Algoede, goede Hendrik, Lammekensoir. In locis ruderatis ad semitas. Floret Aprili & Maio. Ufu. Folia. Vires. Refrigerat & humectat, cocta estur ut olus, alvum solvit, ad ulcera fordida purganda & glutinanda confert, est*

est etiam anodyna, & dolores Podagræ mitigat. Usus externus in Clysteribus præcipuè.

A. 5. Botrys, *Offic. Ger.* 950. *Emac.* 1108. *Pharm. Edenb.* 4. *Raii Hist.* i. 196. Botrys vulgaris, *Park.* 89. Botrys plerisque Botanicis. *J. B.* iii. 198. Botrys Ambrosioides vulgaris, *C. B.* 138. Botrys sive Ambrosia, *Cod. Med.* xxii. Atriplex odora seu suaveolens, *Hist. Oxon.* ii. 605. Atriplex Chenopodia Ambrosioides folio sinuato, *Hort. Monsp.* 29. Chenopodium Ambrosioides folio sinuato, *El. Bot.* 406. *Tourn. Inst.* 506. *Boerb. Ind. A.* ii. 90. A. *Dak of Jerusalem.* *Gal. Piment, Botris.* G. Türckischer Bensch / Trauben - fraut / B. Druiven - kruid, *Piment.* In hortis. *Ufu.* Herba integra, foliis profundius laciniatis, saporis subacris, aromatici, odoris fragrantis & grati. *Vires.* Planta est Thoracica & Uterina. Specificum est ad pulmonum & uteri affectus; in terminibus infantum remedium est.

A. 6. Botrys Mexicana, *Cod. Med.* xxii. Botrys Ambrosioides Mexicana, *C. B. Pin.* 136. *Raii Hist.* i. 196. Botrys Americana, *Park. Theat.* 89. Atriplex odorata suaveolens Americana, Mexicanave, *Hist. Oxon.* ii. 605. Chenopodium Ambrosioides Mexicanum, *Tourn. Inst.* 529. *Elem. Bot.* 406. *Boerb. Ind. A.* ii. 90. Epazoth, Atriplex odorata Mexicana, *Hern.* 159. A. Mexico *Thea.* *Gal. Thé du Mexique.* G. Merischer Thee. B. Mexise Tbee. In hortis Botanicis reperitur. *Ufu.* Herba, radix. *Vires.* Stomachum corroborat, Asthmaticis & obstructis confert: decoctum radicum dysenterias coerct, dissipat inflammationes, & noxia venenis pellit Animalia, *Hern.*

XIX. De Blito.

Semina rotunda seu compressa, singularia seu solitaria, quibus flosculi ipsi pro vasculis sunt, *R. H.* p. 195.

A. 1. Blitum album, *Offic. Park. Parad.* 488. Blitum album majus, *Ger.* 252. *Emac.* 320. *C. B.* 118. *Tourn. Inst.* 507. *Hist. Oxon.* ii. 599. *Boerb. Ind. A.* ii. 91. *Dill. Cat.* 164. *Buxb.* 40. Blitum pulchrum album magnum, *J. B.* ii. 967. *Raii Hist.* i. 200. A. Great White Blite. *Gal. Blete blanche.* G. große weiße Mayer. B. Groote witte Mayer. In hortis. *Ufu.* Folia. *Vires.* Refrigerat &

humectat, estur oleris modo, alvo utile est, *Diosc.*

A. 2. Blitum rubrum, *Offic. Park. Parad.* 489. Blitum rubrum majus, *Ger.* 252. *Emac.* 320. *Raii Hist.* i. 200. *C. B. Pin.* 118. *Tourn. Inst.* 507. *Elem. Bot.* 407. *Boerb. Ind. A.* ii. 91. *Hist. Oxon.* ii. 599. Blitum pulchrum, rectum, magnum, rubrum, *J. B.* ii. 966. *Buxb.* 40. Blitum, *Chab.* 304. A. Red Blites. *Gal. Blete rouge.* G. rote Mayer. B. Groote roode Mayer. In hortis colitur. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum priore convenit.

A. 3. Blitum, *Cod. Med.* xxi. Blitum sylvestre spicatum, *Tourn. Inst.* 507. *Herb. Par.* 399. *Mart. Hist.* 106. *Vaill. Bot. Par.* 21. Blitum minus album, *C. B. Pin.* 118. *Hist. Ox.* ii. 599. *J. B.* ii. 967. *Raii Histor.* i. 200. *Boerb. Ind. A.* ii. 91. *Ger.* 252. *Emac.* 321. Blitum album sylvestre minus, *Park. Theat.* 752. A. Small White Blite. *Gal. Petite Blete blanche.* G. Kleine weiße Mayer. B. Kleyne witte Mayer. In hortis. *Ufu.* Herba. *Vires.* Refrigerat, humectat, & emollit, &c. *Cam. Epit.* 235.

XX. De Parietaria.

Calycum & totius comæ hirsutia, aspera & vestium tenaci; seminibus splendentibus, quibus flosculi sunt pro vasculis, à reliquis differt, *R. H.* p. 205.

A. Helxine, Parietaria, *Offic. Parietaria,* Helxine, Perdicaria, *Chab.* 307. Parietaria, *Ger.* 261. *Emac.* 331. *J. B.* i. 976. *Raii Hist.* i. 206. *Synop.* 66. Parietaria vulgaris, *Park.* 436. Parietaria Officinarum & Dioscoridis, *C. B.* 121. *Hist. Oxon.* ii. 600. *Tourn. Inst.* 509. *Boerb. Ind. A.* 2. 92. A. Pellitory of the Wall. *Gal. Parietaire.* G. Tag und Nacht / St. Peters - fraut / Glas - fraut / Maur - fraut. B. Glas - kruid. In muris. *Ufu.* Folia. *Vires.* Abstergit, & leniter astringit, refrigeratque. Usus internus rarior est; tamen prodest in morbis pectoris, in Stranguria, & Calculo. Usus in enematis ad ventris, uteri, & renum dolores. Extrinsecus in Tumoribus, Erysipelate, ambustis, & vulneribus conducit, *Schrod.*

XXI. De Alchimilla.

Hujus Notæ sunt, flosculi in summis caulibus umbellatim congesti, octo foliis herbaceis com-

compositi, vasculis seminalibus singulis bina semina continentibus insidentes, Raii Synop. p. 39.

A. Alchimilla, Offic. Ger. 802. Emac. 949. Raii Hist. i. 208. Synop. 66. Alchimilla vulgaris, C. B. 319. Tourn. Inst. 508. Boerb. Ind. A. 2. 92. Dill. Cat. 67. Alchimilla major vulgaris. Park. 538. Alchimilla perennis viridis major, foliis ex luteo virentibus, Hist. Oxon. ii. 195. Pes Leonis sive Alchimilla, J. B. ii. 3981. Chab. 172. A. Lady's Mantle. Gal. Pied-de-Lion. G. Sannaw / Löwen-Fuß. B. Onzer Vrouwen Mantel, Leeuwen-Voet. In pratis & pascuis. Floret Maio. Ufu. Folia subrotunda, plicata, angulosa, crenata, saporis astringentis. Vires. Vulneraria est, consolidat, astringit, extergit, sanguinem incrassat; sistit menses & alba mulierum profluvia, Schrod. R. H. pag. 209.

XXII. De Percepier.

SITU florum in foliorum alis, calicibus quadripartitis, seminibus in singulis utriculis singulis ab Alchimilla differt, ut omnino genere distinctum sit, R. Meth. A. pag. 23.

A. Percepier, Offic. Percepier Anglorum, Ger. Emac. 1594. Raii Hist. i. 209. Synop. 67. Dill. Cat. 60. Percepier Anglorum quibusdam, J. B. iii. 74. Chab. 392. Boerb. Ind. A. 2. 93. Polygonum Selinoides, Park. 448. Chærophyllo nonnihil similis, C. B. 152. Alchimilla annua minima hirsuta foliis inferne albicantibus, Hist. Oxon. ii. 195. Buxb. 11. Alchimilla montana minima, Tourn. Inst. 508. A. Parsley piert. Gal. Percepier, ou Percepier. G. Englische Stein-brech. B. Engelse Steenbreek. Inter segetes, & in solo restibili steriliore. Æstate floret. Ufu. Herba. Vires. Vehementer & repente urinas ciere, & calculum minuere creditur, Raii Synop.

XXIII. De Knawel.

NOTÆ sunt, florum calices stellati, in quinque acuta segmenta divisi, singuli singulis seminibus insidentes, in caulium & ramulorum divaricationibus, inque summis ramulis, Raii Method. A. 24.

A. 1. Knawel. Offic. Dill. Cat. Giff. 87. Boerb. Ind. A. 2. 93. Knawel folio & flore viridi, Rupp. Flor. Jen. 76. Buxb. 174. Polygonum Selenoides sive Knawel, Ger. 453. Emac. 566. Polygonum Germanicum vel Knawel Germanorum, Park. 447. Raii Hist. i. 213. Synop. 68. Polygonum Germanis Knawel,

Hist. Oxon. ii. 594. Polygonum 3. Dodonæi sive tenuifolium, J. B. 377. Polygonum angustissimo & acuto vel gramineo folio, minus repens, C. B. 281. Herniaria angustissimo folio minor repens, Hort. Monsp. 97. Alchimilla supina gramineo folio, minore flore, Tourn. Inst. 508. A. German Knot-grass. Gal. Sanguinaire. G. Weg-gras B. Knoop-gras, duizend-Knoop. In agris arenosis. Ufu. Herba. Vires. Eadem vires cum Polygono vulgari habet, Buxb. Lithontriptica herba æstimatur, Ger.

A. 2. Polygonum cocciferum, Offic. C. B. Pin. 281. Polygonum Polonicum cocciferum, J. B. iii. 378. Chab. 454. Polygonum cocciferum Polonicum, Breyn. Hist. cocc. rad. 11. Knawel incanum, flore majore perenne, Raii Hist. i. 213. Synop. iii. 160. Dill. Cat. Giff. 61. Knawel folio & flore albicante, Rupp. Flor. Jen. 76. Buxb. 174. Polygonum Germanicum incanum flore majore perenne, Pluk. Almag. 302. Polygonum angustissimo & acuto vel gramineo folio montanum, Sch. Bot. 120. Alchimilla gramineo folio, majore flore, Tourn. Inst. 508. Elem. Bot. 409. A. Polonian Knawel. Gal. Renouée, Knawel de Pologne. G. Pohlnisch Knawel. B. Poolse Knaewel. In arenosis locis, sed rarius. Coccum tinctorium seu Polonicum, hujus radicibus adnascens, nihil aliud est quam nidus seu ovulum cujusdam Insecti extra purpurei, intra sanguineo succo turgens, ad tingendum chermesinum colorem utile Vires. Eadem vires cum polygono vulgari habet, Buxb. De Cocco vid. Breynius de Hist. Nat. Cocci radicum.

XXIV. De Camphorata.

Vasculum habet herbaceum, ex quo quatuor stamina parva prodeunt, quorum quilibet apicem rubrum, vel potius roseum in medio sulcatum sustinet: Succedit flori semen nigrum oblongum, Magnol. Bot. Monsp. 47.

Camphorata, Offic. Camphorata hirsuta, C. B. 486. Raii Hist. i. 210. Hist. Oxon. iii. 614. Camphorata Monspeliensium, J. B. iii. 379. Chab. 454. Camphorata major Monspeliensium, Park. 568. A. Stinking Ground-pine. Gal. Cambrée. G. Kamppfer. B. Kampber. In hortis Botanicis nonnunquam reperitur. Ufu. Herba. Vires. Siccat & astringit, nervosum genus roborat, confert in doloribus Arthriticis, Spasmodicis, Paralyti, defluxionibus oculorum, Catarrhis. Cephalica est planta, Park. Ad vulnera efficacem esse dicit Lob. In Hydropis curatione exhibent alii, Magnol.

XXV.

XXV. De Kali.

NOtæ sunt, fructus ad singulos flores singuli, aliàs aculeati, aliàs læves, semina vel potiùs nucleos continentes cochleatos, seu serpentis adinstar in spiram convolutos, Raii Meth. A. 24.

A. 1. Kali, Offic. Kali cochleatum majus, Park. Theat. 279. Kali majus cochleato semine, C. B. Pin. 289. Raii Hist. i. 212. Hist. Oxon. ii. 209. Ger. Emac. 535. Tourn. Inst. 247. Boerb. Ind. A. 2. 93. Cali vulgare, J. B. iii. 702. Salicornia altera, Ger. 428. A. Glasf-Wort. Gal. Soude, ou la Marie. G. Glasf-Wurk. B. Krabbe-quaad. In Salsis maritimis. Usu. Herba.

Varia hujus plantæ præparata in usu sunt 1. Alumen Catinum, Offic. Soda quibusdam, aliis Cineres Clavellati. A. Pot-Asbes. Gal. Salicore, ou Salicote, Alun catin, Cendres gravelées. G. Pott-Asche. B. Pot-As. Fit ex cineribus hujus herbæ, magna quantitate ustæ, in massam nigro-cineream concrefcentibus. Vires. Acre est, mordax, & causticum, herbæque, è qua fit, vires obtinet, sed validiores. 2. Axungia vitri, Offic. Sal vitri nonnullis. A. Salt of Glass or Sandiver. Gal. Sel de Verre, ou Salin, ou Ecume de Verre. G. Glasf-Salk. B. Glas-Zout. Salis genus est, colore cinereo, seu griseo, ut vocant, gustu pariter acri & mordaci, qui dum vitrum in fornace funditur ollarum marginibus adhærescit; ad hunc autem locum pertinet, quia vitrum nihil aliud est quàm cineres clavellati, & arena vel lapides simul fusa & vi ignis unita. Vires. Sodæ vires obtinet, & in usu est apud Veterinarios ad emundandos equorum oculos. Utile etiam est ad dentes repurgandos, Ulcera manantia, Herpetes, Impetigines exsiccandos, quin & Scabiei conducit. Aurifabri ad aurum ferruminandum eo utuntur. 3. Lixivium, Offic. A. Sope-Lye. Gal. Lessive. G. Lauge. B. Loog. Cinerum prædictorum in aqua solutio est; acris est, erodentis & causticæ naturæ. Vires. Utile est ad cutem emaculandam, ad Alphos, Lentigines, Ephelides, aliaque ejus vitia extergenda; verùm in ejus usu cauto opus est, nè cutem ipsam violet & erodat. Ex hoc Lixivio efficitur celebre illud causticum Officinis Lapis Infernalis dictum. Sapo, Offic. A. Sope Gal. Savon. G. Seiffe. B. Zeep. Qui ex lixivio prædicto fit, estque trium generum. 1. Sapo Communis. A. Com-

mon Sope. Gal. Commun Savon noir. G. gemeine schwarze Seiffe. B. Gemeene zware Zeep. Fit ex oleo viliori, sevo, & lixivio ana ad consistentiam coctis, è quo, addita fuligine, fit Sapo Niger. 2. Sapo Castiliensis. A. Castile Sope. Gal. Savon de Castille. G. Blaue Seiffe. B. Blaauwe Zeep. Eodem quo præcedens modo fit; verùm pro oleo communi adhibetur oleum Olivarum, Indico aliòve simili medicamine cæruleo colore tingitur, & ad consistentiam coctus in laterculos scinditur. 3. Sapo Venetus vel Albus. A. White or Venice Sope. Gal. Savon de Venise. G. Weiße oder Spanische Seiffe. B. Spaanse Zeep. Hujus parandi modum vide in Topographicis, &c. Observationibus amici & vicini nostri clarissimi D. J. Raii. Vires. Sapo aperit, digerit, & extergit, Urinam ciet, obstructions Hepatis & Lienis referat, arenulas pellit. Extrinsecus adhibitum attrahit, ambustis cute non exulcerata medetur, præsertim niger, omne genus pediculorum interimit, imprimis feros. N. B. Lixivium, Offic. Non ex Soda tantum fit, sed ex cineribus cujuscunque generis ligni concremati. 4. Sal Alkali, Offic. Propriè & strictè loquendo pro sale duntaxat ex cineribus clavellatis extracto accipitur, verùm sensu latiori & generali ad duo significanda extenditur: nimirum, 1. Sal Volatile, quod ex animalium partibus vel excrementis elicitor, cujusmodi sunt Sal Cornu Cervi, Urinæ, &c. 2. Fixum, quod ex cineribus plantarum elicitor, ut Sal Kali, Absinthii, &c. At neque ex hac herba sola conficitur Soda, sed nonnullis in locis Fucos aliasque plantas marinas urunt ad eum usum. Item ad cineres clavellatos pro Sapone communi efficiendo filicem feminam urunt una cum stramine, in lixivio cinerum ligni prius macerato. Harvici insuper mihi narratum est, quod lixivium, quo ibi utuntur ad lintheamina mundanda, è Lupuli viminum exsiccatorum cineribus paratum esse.

2. Kali Hispanicum, Cod. Med. lxiii. Kali Hispanicum supinum annuum, sedi foliis brevibus, Act. Reg. Par. Anº 1717. p. 93. Fig. p. 98. A. Alicant Glasf-Wort. Gal. Soude d'Alicante. G. Spanische Glasf-Wurk. B. Spaanse Krabbe-quaad. Usu. Cineres Sodæ de Alicantia dicti.

XXVI. De Herniaria.

NOtæ sunt folia adversa; Serpylli minora; cauliculi humi sparsi, flosculis herbaceis & seminibus numerosissimis onusti, Raii Synop. 69.

A. 1. Herniaria, Offic. Ger. 454. Emac. 569. Dill. Cat. 88. Raii Synop. 69. Hist. i. 214. Herniaria glabra, J. B. iii. 378. Tourn. Inst. 507. Boerb. Ind. A. 2. 96. Buxb. 155. Millegrana major, five Herniaria vulgaris, Park. Theat. 446. Polygonum minus, five Millegrana major, C. B. 281. Polygonum minus five Millegrana major, Herniaria glabra, Hist. Oxon. ii. 593. A. Rupture-wort. Gal. Herniole, Turquette. G. Bruch- oder Harn-Kraut. B. Duizendknoop, Duizentgrein. In arenosis & glareosis. Floret Junio & Julio. Usu. Herba, five planta integra. Vires. Refrigerat, & siccatur. Usus præcipue est in Hernia curanda, Urina cienda, Renum & Vesicæ calculo atterendo, Ventriculi ac aliarum partium mucilagine incidenda, educenda, Bile ac aqua expellenda, adeoque in Ictero curando, Schrod.

A. 2. Arenaria, Offic. Herniaria Alines folio, Tourn. Inst. 507. Elem. Bot. 408. Boerb. Ind. A. 11. 96. Paronychia, Alines folio incana, J. B. iii. 366. Chab. 448. Raii Hist. ii. 1026. Polygonum maritimum folio Alines, Hist. Oxon. ii. 594. Anthyllis maritima Alines folio, C. B. Pin. 282. Anthyllis maritima incana, Park. Theat. 281. Anthyllis altera, Ger. 497. Anthyllis marina incana Alsine-folio, Ger. Emac. 622. Alsine maritima centumgrana Cæsalpino dicta, Pluk. Almag. 20. A. Sea-Cbickweed. Gal. Mort-geline maritime. G. See-Hüner-Biß. B. Zant-kruit. In maritimis & vineis. Æstate floret. Usu. Herba. Vires. Illita Paronychiis atque favis remedio est, Diosc.

XXVII. De Amarantho.

COmā speciosā & immarcescibili, semina capsulis membranaceis oblongis per maturitatem transversim seu horizontaliter dissilientibus, Raii Method. A. 25.

Amaranthus, Flos Amoris, Offic. Amaranthus maximus, C. B. 120. Raii Hist. i. 201. Boerb. Ind. A. 2. 97. Tourn. Inst. 234. Amaranthus paniculā sparsā, Ger. 254. Emac. 322. Amaranthus purpureus major paniculis sparsis, Park. Parad. 371. Amaranthus paniculis procumbentibus semine albo, seu Quinva, Hist. Oxon. ii. 602. Blitum maximum five Amaran-

thus major, semine albo, J. B. ii. 968. Chab. 304. A. Flower-gentle. Gal. Amarante, ou Passe-velours, ou Fleur de Jalousie. G. Sammet-Blumen / Taufentschön / Flör-Amor. B. Fluweel-bloemen. In hortis colitur. Usu. Flores. Augusto floret. Vires. Refrigerat, & siccatur, modicè astringit. Hinc ulus in Fluxionibus cunctis, ut expuitione sanguinis, Diarrhœa, Dysenteria, fluxu uterino, &c. Schrod.

XXVIII. De Beta.

FRuctu verrucoso osseo, cui flos insidet, à reliquis differt, R. H. p. 204.

A. 1. Beta alba, Offic. Ger. Emac. 318. Raii Hist. i. 204. Beta, Chab. 302. Beta alba vel pallescens, quæ Sicula & Cicla Officinarum, Hist. Oxon. ii. 596. Boerb. Ind. A. 2. 94. Beta communis alba, Park. Parad. 489. Ger. 251. Beta candida, J. B. ii. 961. Beta alba vel pallescens, quæ Cicla Officinarum, C. B. 118. Tourn. Inst. 502. A. White Beet. Gal. Bete ou Poirée blanche. G. Weißer Mangold / oder Rüben. B. Witte Beet. Usu. Radix, folia, & semina. Radix est lignosa, crassa, longa, & candida. Folia sunt crassa & succulenta, sapore nitroso. Semina rotunda & aspera, fusca. Vires. Laxat alvum, ob nitrositatem, Errhinum est. Usus internus ejus potissimus culinaris est, in acetariis, &c. Externus in Errhinis, & Clysteribus. Ex V. Herbis emollientibus est.

A. 2. Beta rubra, Offic. Ger. 251. Emac. 318. Raii Hist. i. 204. Chab. 302. J. B. ii. 961. Beta rubra vulgaris, C. B. 118. Hist. Oxon. ii. 596. Tourn. Inst. 502. Beta communis rubra, Park. Parad. 489. A. Red Beet. Gal. Betterave. G. Roter Mangold / oder rote Rüben. B. Rode Beet. Cum prior. Usu. Radix, folia. Radix crassa est & alba. Folia rubentia, breviora quàm præcedentis. Vires. Eisdem habet cum præcedente. Coquitur cum lenticula, ut ventrem sistat: quod magis radice ejus præstatur, Diosc.

N. B. Quæ folio est obscuriore Beta nigra Offic. dicitur.

XXIX. De Asaro.

NOtæ sunt Cytini in sex lacinias divisi: lacinie sunt Calyx floris, cui subest fructus

Ætus hexacoccus: Folia crassa, splendentia.

A. 1. *Afarum*, *Offic. Ger.* 688. *Emac.* 836. *C. B.* 197. *J. B.* iii. 548. *Chab.* 510. *Raii Hist.* i. 207. *Tourn. Inst.* 501. *Boerb. Ind. A.* 2. 95. *Dill. Cat.* 36. *Buxb.* 28. *Afarum vulgare*, *Park.* 266. *Afarum vulgare rotundifolium*, *Hist. Oxon.* iii. 511. *Nardus rustica*, *Hoff. Flo. Altorff. A. Affarabacca.* *Gal. Cabaret, Nard sauvage, Oreille d'homme, Oreillete, Girard Rouffin, Rondelle. G. Haselwurk. B. Haselwortel.* In hortis colitur. Vere floret. *Ufu.* Radix & folia. Radices tenues, fibrosæ, spadiceæ, saporis acris, purgativi, nauseabundi, cum levi quadam astringentia, odoris non ingrati. Folia sunt subrotunda, splendentia. *Vires.* Crassam pituitam, bilemque utramque per vomitum, ac nonnunquam per secessum violenter expurgat. Diureticum est, ac emmenagogum insigne. *Hepar, Lienem, Vesicamque fellis aperit: Hinc utile in Arthritide, Hydroke, Febribus, præcipue tertiana & quartana, in Ictero, &c. Schrod.* Radix pro *Ipecacoanna* venditur, & etiam non multum abest, quoad virtutes, *Boerb. Hist. Plant.* 558.

A. 2. *Afarum Virginianum*, *Serpentaria nigra*, *Offic.* *Afarum Virginianum folio cordato Cyclaminis more maculato*, *Hist. Oxon.* iii. 511. *Afarum Virginianum Pistolochiæ foliis subrotundis Cyclamini more maculatis*, *Pluk. Almag.* 53. *Phytog.* 78. *Raii Hist.* iii. 129. *Afarum Cyclamini folio Virginianum*, *Banif. MSS. Cat. Serpentaria major Officinæ, Bobart. A. Black Snakeweed. Gal. Bistorte. G. Matterwurk. B. Herts-tonge.* Ex Virginia ad nos delata est, & Botanopolis nostris pro vero venditur, quod sapore & odore refert.

SECTIO QUARTA.

De Herbis flore aggregato, planifolio.

FLOS aggregatus nobis dicitur, qui ex pluribus flosculis in unum totalem florem coeuntibus constat; quorum unusquisque non tantum folio seu bractea colorata, veram insuper vel staminibus, vel stylo saltem constat, & singuli singulis seminibus coherent, *R. H. p.* 217.

Herbæ flore aggregato, planifolio, sunt vel feminibus

Papposis seu alatis

Latiusculis & compressis, brevibus; caulibus

Gracilioribus, firmioribus, solidioribus & minus concavis, capitulis minoribus: *Lactuca.*

Majoribus, tenerioribus & fistulosis, capitulis grandioribus, foliis Carduorum more spinosis, spinulis minoribus: *Sonchus.*

Oblongis & angustis, calycibus Lactucæ minoribus: *Chondrilla.*

Teretiusculis, striatis tamen, non angulosis longioribus

Maximis foliis longis, in acutum desinentibus, non laciniatis, flore circa meridiem se claudente; radice,

Annua, calyx ejus minimè squamosus sit, sed ex simplici segmento- rum compositus: *Tragopogon.*

Perenni, calyx oblongus, gracilis, squammis grandioribus compositus: *Scorzonera.*

Minoribus,

Non repentes, foliis plerumque laciniatis, caule

Non ramoso, nudo, foliis vacuo, flore magno; *Dens leonis.*

Ramoso, foliis cincto, floribus plerumque minoribus, in singulis caulibus pluribus; femine

Citrino aut rufo: *Hieracium.*

Nigro: *Pulmonaria Gallorum.*

Reptatrices, flagellis emissis, foliis longioribus pilis obsitis: *Pilosella.*

Pappis destitutis, foliis & caulibus.

Lævibus floribus

E Lateribus caulium & ramulorum exeuntibus foliis

Laciniatis, radice perenni: *Cichoreum.*

Integris, radice annua: *Endivia.* Summos caules & ramulos terminantibus flore

Cæruleo: *Sesamoides.*

Flavo: *Lampfana.*

Spinosis, carduorum in modum lactis lineis notatis: *Scolymus Theophrasti.*

Her-

*Herbæ flore aggregato, seminibus pap-
pofis.*

I. De Lactuca.

NOtæ sunt, semina brevia, latiuscula & com-
pressa, utrinque acuminata; caules quàm
Sonchi graciliores, firmiores, & minùs concavi,
capitula minora, R. H. pag. 220.

A. 1. Lactuca, Offic. Lactuca sativa, C.
B. 122. Raii Hist. i. 220. Hist. Oxon. iii.
57. Ger. 239. Emac. 306. Tourn. Inst. 473.
Boer. Ind. A. 82. Buxb. 174. Lactuca sati-
va vulgaris non capitata, J. B. ii. 997. Lactuca
vulgaris sativa, Chab. 313. Lactuca hyemalis,
Park. Parad. 498. A. Garden-Lettuce. Gal.
Laitue cultivée, ou domestique. G. Garten-
Lattich. B. Tamme Latouwe. Seritur in hor-
tis. Junio & Julio floret. Ufu. Folia ac
semen. Folia sunt longa, lata, rugosa, co-
loris pallidè virentis, saporis non ingrati.
Semina parva, oblonga, compressa, pallida,
utrinque acuminata, saporis aquei. Vires. Re-
frigerat, conciliat somnum, bilis fervescenti-
am ac æstum compescit, lac auget, alvum
leniter movet, ventriculo convenit. Extrin-
secus sedat dolorem capitis, medetur am-
bustis, &c. Dum adhuc tenera est, ante-
quàm excaulescat, commanducata, certo cer-
tius Veneri adversatur, & libidinem extin-
guat, Raii Hist. Idem confirmat Boerhavius
exemplo Principis Angliæ, Hist. 128, 129.
Semen. Est ex seminibus frigidis, quæ mi-
nora dicunt. Valet ad Gonorrhœam viru-
lentam, ad Urinæ ardorem, &c. Schrod. Præp.
Aq. destill. Syr. è Succo.

A. 2. Lactuca sylvestris, Offic. Lactuca
sylvestris odore viroso, C. B. 123. Tourn.
Inst. 473. Boerb. Ind. A. 81. Buxb. 174. La-
ctuca sylvestris major odore Opii, Ger. Emac.
309. Raii Hist. i. 221. Synop. 69. Lactuca
sylvestris lato folio, succo viroso, J. B.
ii. 1002. Chab. 314. Lactuca sylvestris Opii
odore vehementi soporifero & viroso, Hist.
Oxon. iii. 58. Lactuca sylvestris Endiviæ fo-
liis, odore viroso, Park. 813. A. Wild Let-
tuce. Gal. Laitue sauvage. G. Wilder Lattich.
B. Wilde Latouwe. Ad sepes. Junio floret.
Ufu. Herba, Semen. Vires. Dolores miti-
gat, Diosc.

A. 3. Lactuca sylvestris, Cod. Med. lxiv.

Sylvestris Costa spinosa, C. B. Pin. 123. Raii
Hist. i. 223. Synop. iii. 69. Tourn. Inst. 473.
Elem. Bot. 376. Boerb. Ind. A. 81. Dill. Cat.
Giff. 159. Rupp. Flor. Jen. 167. Buxb. 175.
Lactuca sylvestris laciniata, Park. Theat. 813.
Hist. Oxon. iii. 58. Lactuca sylvestris foliis
dissectis, Ger. Emac. 309. Mer. Pin. 68. Merc.
Bot. i. 46. Pbyt. Brit. 65. Lactuca sylvestris,
seu Endivia multis dicta, folio laciniato, dor-
so spinoso, J. B. ii. 1003. Chab. 314. A. Jag-
ged leaved wild Lettuce. Gal. Laitue sauvage
avec une tige épineuse. G. Leber-Distel / Ganß-
Zunge / Wilder Lattich. B. Wilde stekende La-
touwe. Ad sepes. Junio floret. Ufu. Herba,
semina. Vires. Cum præcedente viribus con-
venit.

Lactuca sylvestris sativæ similis est (ut scri-
bit Dioscorides) sed longior caulis, & folia gra-
ciliora, & asperiora; amaro gustu est. Quæ de
viribus Lactucæ sylvestris veteres prodiderunt,
quod scilicet semen ejus non minus quam sa-
tivæ libidinum imaginationes in somno amoli-
tur & venerem arcet; an huic plantæ conve-
niant, dubitat D. Raius. Narcoticam eam esse
& soporiferam, adeoque (ut recte observat)
viribus Papaveri similem, ut Dioscorides &
Plinius tradunt, Opii vehemens & virosus o-
dor abunde convincit. Verum omnia in ge-
nere opiata irritare potius quam extinguere
appetitum ad venerem, saltem modice sum-
pta, non secus ac vinum ac alii generosi li-
quores, quibus & viribus quodammodo re-
spondeat, videntur, Raii Hist.

Cum priore sequentes sumuntur indiscrimi-
natim.

A. 4. Lactuca capitata, C. B. Pin. 123.
Tourn. Inst. 473. Elem. Bot. 376. Cod. Med.
lxiv.

A. 5. Lactuca Romana longa dulcis, J. B. ii.
998. Elem. Bot. 376. Tourn. Inst. 473. Cod.
Med. lxiv.

A. 6. Chondrilla prima, Offic. Diosc. Chon-
drilla cœrulea, Ger. 224. Emac. 286. Buxb. 71.
Chondrilla cœrulea altera Cichorei sylvestris
folio, C. B. 130. Boerb. Ind. A. 83. Cœrulea
five purpurea, Park. 785. Chondrilla vel Chon-
drilla, Chab. 317. Chondrilla vel Chondrilla
cœrulea, J. B. ii. 1019. Raii Hist. i. 227.
Lactuca sylvestris perennis, purpureo-
cœruleo, laciniato longo folio, Hist.
Oxon. iii. 59. Lactuca perennis humilior
flore cœruleo, Tourn. Inst. 473. Elem. Bot.
376. A. Gum Succory. Gal. Chondrilla.
G. Chondrilla-Kraut / klein Sonnen-wirbel.
B. Blauwe Chondrilla. In Italia & Germania in
locis

locis incultis crescit. Æstate floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Menses sistit, *Diosc.*

Hanc plantam Chondrillam primam esse Dioscoridis existimo.

II. De Chondrilla.

NOtæ sunt, florum capitula seu cauliculos Lactucæ minores habere caulibus secundum longitudinem pressius junctos, Folia alterna, lævia, Lactuca angustiora, semina oblonga, & angustata.

A. Chondrilla altera, *Offic.* Chondrilla viminea, *J. B.* ii. 1021. *Chab.* 317. Chondrilla [rectius Lactuca] viminea, *Raii Hist.* i. 223. Chondrilla cichoroides, *Dill. Cat.* 119. Chondrilla juncea, *Ger.* 226. *Emac.* 288. Chondrilla juncea viscosa arvensis, quæ prima Dioscoridis, *C. B.* 130. *Tourn. Inst.* 475. *Elem. Bot.* 377. *Boerb. Ind.* A. 84. *Buxb.* 71. Chondrilla viminalibus virgis, *Park.* 782. Lactuca sylvestris viminea, *Volck.* 237. Lactuca sylvestris perennis lutea, juncea, viminalibus virgis, *Hist. Oxon.* iii. 58. A. Gum Succory with yellow Flowers. *Gal. Condrille.* G. Acker-Condrillen / Dieß-Condrillen. B. Akker-Chondrillen. In arenosis Germaniæ, Italiæ, &c. Julio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Caules & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit, *Diosc.*

Hanc pro Chondrilla secunda Dioscoridis, *Folium ferens oblongum, circumrosum, bumi sparsum; caulem succo madentem luteo: radice tenui, rotunda, lævi, vegeta, flavescente, succosa, potius habendam existimo, quam Chondrillam bulbosam, C. Baubini.*

Dioscorides duo hujus plantæ genera memorat. De priore hæc habet: *Caulem, flores & folia habet Cichorio similia: quæ ex causa nonnulli sylvestris Intybi speciem esse pronunciarunt, verum tenuior tota est.* Ideoque neque Chondrilla juncea viscosa arvensis, *C. B.* neque Chondrilla prior legitima *Clusii* esse potest, cum earum utraque flores luteos habeat, secus quàm Cichoreum, quod cœruleos obtinet.

III. De Soncho.

Sonchus à reliquis distinguitur, capitulis grandioribus, caulibusque tenerioribus & fistulosioribus, semine compresso. *R. Synop.* p. 41.

A. 1. Sonchus asper, *Offic.* *Ger.* 229. Sonchus asperior, *Ger. Emac.* 291. Sonchus asper

laciniatus, *Park.* 804. *C. B.* 124. *Boerb. Ind.* A. 85. *Raii Hist.* i. 223. *Synop.* 70. *Hist. Oxon.* iii. 61. *Dill. Cat.* 119. Sonchus asper laciniatus, folio Dentis leonis, *Tourn. Inst.* 474. Sonchus laciniatus spinosus, *Chab.* 316. *J. B.* ii. 1016. A. Prickly Sowthistle. *Gal. Laitron épineux.* G. Gänse-Diestel. B. Stekende Hazen-Latouw met gesnede Bladeren. In locis cultis, hortis, &c. Junio floret. *Ufu.* Folia. *Vires.* Soncho nonnulli utuntur hyeme in acetariis. Suspiriosos & Asthmaticos juvare, & Stranguriam sanare dicitur. Vis ei refrigerans, unde Inflammationibus quibuscunque utiliter imponitur, *R. Cat. Angl.* p. 278.

A. 2. Sonchus lævis, *Offic.* *Ger.* 229. *Emac.* 292. *Park.* 805. *Raii Hist.* i. 222. *Synop.* 70. Sonchus levis laciniatus latifolius, *C. B.* 124. *Tourn. Inst.* 474. *Boerb. Ind.* A. 85. *Hist. Oxon.* iii. 60. *Dill. Cat.* 94. Sonchus laciniatus, non spinosus, *J. B.* ii. 1015. Sonchus laciniatus lævis sive non spinosus, *Chab.* 316. A. Smooth Sowthistle. *Gal. Laitron doux, ou Palais de Lièvre.* G. Hasen-fohl. B. Kleine Haze-Latouw. In hortis, cultis, &c. Maio, &c. floret. *Ufu.* Folia. *Vires.* Cum priore & Lactuca viribus convenit.

A. 3. Hieracium, *Offic.* *Rand. Cat.* 43. Hieracium majus folio Sonchi vel Hieracium Sonchites, *C. B.* 126. Sonchus Hieracites major repens calyculo hirsuto inter segetes, *Hist. Oxon.* iii. 61. Sonchus repens, multis Hieracium majus, *J. B.* ii. 1017. *Raii Hist.* i. 226. *Synop.* 71. *Tourn. Inst.* 474. *Boerb. Ind.* A. 84. *Dill. Cat.* 154. *Buxb.* 307. Sonchus repens multis, quibusdam Hieracium majus, *Chab.* 316. (Figura autem est transposita.) Sonchus arborescens, *Ger.* 231. *Emac.* 294. After arborescens palustris Hieracii facie, *Herm. Hort. L. Bat.* 577. Hieracium majus Dioscoridis, *Ger. Emac.* 296. Hieracium majus Sonchites, *Park.* 788. A. The greater Hawkweed. *Gal. Cichorée jaune, Herbe de l'Eprevier.* G. Grosse Gänse-Distel / groß Sonchen-Kraut. B. Groot Sonchen-Kruit. In arvis. Julio floret. *Ufu.* Folia. *Vires.* Vim refrigerandi habet & modicè subastringendi, inflammationibus prodest. Herba cum radice illita, vibratis à Scorpione ictibus auxiliatur. *Diosc.*

IV. De Hieracio.

Differt à reliquis, caulibus gracilioribus; seminibus longioribus, non compressis, sed te-

retiusculis aut angulosis, R. Synop. p. 42.

A. 1. Hieracium minus, *Offic.* Hieracium leporinum, Ger. 233. Hieracium minus sive leporinum, Ger. Emac. 296. Hieracium folio Chondrillæ, caule vimineo lævi, Boerb. Ind. A. 86. Hieracium minus præmorfa radice, Park. 793. *Hist. Oxon.* iii. 64. Hieracium minus præmorfa radice, sive Fuchsi, J. B. ii. 1031. *Raii Hist.* i. 230. Hieracium minus præmorfa radice sive Hieracium minus Fuchsi, Chab. 321. Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice succisa majus, C. B. 127. *Tourn. Inst.* 470. Buxb. 156. Dill. Cat. 81. A. The lesser Hawkweed. Gal. Petite Herbe d'Eprevier. G. Klein Habich-Kraut. B. Klein Haviks-kruud met afgebeete Wortelen. In pascuis ubique Junio & Julio floret. *Ufu.* Folia, sed raro aut nunquam succus. *Vires.* Vim suam ad ea ad quæ superior impendit, *Diosc.* Si assumatur, visum acuit, & atram bilem pellit, virtus est ut in Soncho, nisi quod paulo plus amarescit, & multo meliore est, Boerb. *Hist. Plant.* 131.

A. 2. Hieracium Officinarum, *Mill. Bot. Offic.* 231. Hieracium longius radiculatum, Ger. 234. Emac. 298. Park. 790. *Raii Hist.* i. 230. Synop. 72. Hieracium dentis leonis folio obtuso majus, C. B. 127. *Tourn. Inst.* 470. *Hist. Oxon.* iii. 66. Boerb. Ind. A. 87. Dill. Cat. 94. Hieracium macrocaulon junceum, sive minus, primum Dodonæo, J. B. ii. 1031. Hieracium macrocaulon & macrorrhizon, flore Hedypnoidis luteo, Chab. 321. A. Long-rooted Hawkweed. Gal. Herbe d'Eprevier. G. Habich-Kraut. B. Alderkleinste Haviks-kruit met afgebeete Wortelen. In pascuis. Junio, Julio, & Augusto floret. *Ufu.* Folia vulgò. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit. Herba pota laterum doloribus remedium est.

A. 3. Herba Costa, *Offic.* Herba Costa Officinarum, *Rupp. Flor. Jen.* 161. Costa herba in Italia alibi Ingrassia di Porci, Cam. Hort. 49. Herba Costæ vel Costa pulmonaria, Buxb. 158. Hieracium Alpinum latifolium hirsutius incanum, flore magno, C. B. 128. *Hist. Oxon.* iii. 69. Boerb. Ind. A. 86. *Tourn. Inst.* 472. Hieracium i. Clusii, Ger. 237. Hieracium i. latifolium Clusii, Ger. Emac. 301. *Raii Hist.* i. 239. Hieracium latifolium Pannonicum i. Clusii, *Raii Synop.* 73. Hieracium latifolium Pannonicum sive primum Clusii, Park. 800. Hieracium Pannonicum latifolium Clusii, Chab. 320. Hieracium Pannonicum latifolium i. Clusio, Pilosellæ majori, sive Pulmonariæ luteæ accedens, J. B. ii. 1026. Hieracium montanum, non ramosum, caule aphylo, flore pallidio-

re, *Raii Cat.* 162. Dens leonis foliis integris, caule raris foliis vestito, monanthes fere, *Raii Hist.* i. 244. A. Hungarian Hawkweed. Gal. Herbe de l'Eprevier de Hongrie. G. Hungarisch Habich-Kraut. B. Hongarisch Haviks-kruit. In montosis cretaceis. Junio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* In affectibus pulmonum magnis extollitur laudibus, Buxb. Singularis usus in Phthisi, Cam.

V. De Pulmonaria Gallica.

A Reliquis Hieraciis differt semine parvo, brevi, nigro; ab Auricula muris, quod folia pilis longis birta non sint, quemadmodum illius, & in plerisque speciebus laciniata aut dentata, R. Meth. p. 30.

A. Pulmonaria Gallica, & Pulmonaria aurea, *Offic.* Pulmonaria Gallorum, Ger. ejus descriptionem vid. 662. Pulmonaria Gallica sive aurea, Dill. Cat. 95. Pulmonaria Gallica sive aurea latifolia, Ger. Emac. 304. Hieracium murorum folio pilosissimo, C. B. 129. *Raii Hist.* i. 239. Synop. 74. *Tourn. Inst.* 471. *Hist. Par.* 97. Boerb. Ind. A. 87. Buxb. 159. Hieracium latifolium hirsutum folio unico cauli insidente, *Hist. Oxon.* iii. 70. Pilosella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo, J. B. ii. 1033. Chab. 324. A. French or Golden Lungwort. Gal. Pulmonaire. G. Buchlattich / Fransch- oder gülden Lungen-Kraut. B. Fransch Longen-kruit. In sylvis, muris antiquis, & aggeribus umbrosis. Junio & Julio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum Pulmonaria maculosa viribus convenit.

VI. De Pilosella.

N Otæ; semine esse parvo, nigro, flagellis reptatricibus, R. H. p. 242.

A. Auricula muris, Pilosella, *Offic.* Chab. 323. Pilosella repens, Ger. 513. Emac. 638. *Raii Hist.* i. 242. Synop. 75. Pilosella minor vulgaris repens, Park. 689. Pilosella major repens hirsuta, C. B. 262. Dill. Cat. 83. Buxb. 260. Pilosella majori flore, sive vulgaris repens, J. B. ii. 1039. Pilosella monoclonos repens vulgaris minor, *Hist. Oxon.* iii. 77. Dens leonis, quæ Pilosella Officinarum, *Tourn. Inst.* 469. Boerb. Ind. A. 89. A. Common Mouse-Ear. Gal. Piloselle, Oreille de Souris. G. Mause-ohlein / Nagel-Kraut. B. Muisen-Oor, met min ruyge Bladeren. In pascuis sic-

cioribus Junio & Julio floret. *Ufu.* Folia oblonga, pilosa, saporis subacris & astringentis. *Vires.* Astringit, abstergit, constipat: Sternutatoria est & vulneraria, Dysenteriam, Alvi Uterique fluxus sistit, bilem æstuantem sedat & incrassat, Hernias curat. Extrinsecus medetur ulceribus oris (in collutionibus) Hæmorrhagiam narium sedat (pulvis inditus.) *Schrod.* Herpetem miliarem sanat (succus illitus) *D. Hulse, Præp. Aq. Syr.*

VII. De Dente Leonis.

A *B Hieracio floribus in singulis caulibus singulis differt, R. Synop. p. 46.*

A. 1. Dens Leonis, Taraxacum, *Offic.* Dens Leonis, *Ger.* 228. *Emac.* 290. *Raii Hist.* i. 244. *Synop.* 76. Dens Leonis vulgaris, *Park.* 780. *Hist. Oxon.* iii. 74. Dens Leonis latiore folio, *C. B.* 226. *Tourn. Inst.* 468. *Boerb. Ind.* A. 88. *Dill. Cat.* 50. *Buxb.* 96. Hedypnois sive Dens Leonis Fuchsii, *J. B.* ii. 1035. Sive Dens Leonis, *Chab.* 323. A. Dandelion. *Gal. Pissenlit, Dent de Lion. G. Löwen-Zahn / Pfaffen-Nöhrlein / Münchs-Kopff / Kork-fraut. B. Paarde-Bloemen, Hengste-Bloemen, Papen-Kruid, Kanker-Bloemen, Honden-Rozen, Schorft-Bloemen.* In hortis & pascuis ubique. Per totam æstatem floret. *Ufu.* Radix, ac Folia. *Vires.* Hepatica est, cum Endivia conveniens, quo tamen potentius operatur. Usus præcipue in febribus putridis inveteratis, *Schrod.*

Plus lotii derivat in vesicam quam pueruli retinendo sunt, præsertim inter dormiendum, eoque tunc imprudentes & inviti stragula permungunt, unde Gallis *Pissenlit*, Anglis *Pissabed*, quasi Lectiminga & Urinaria herba dicitur, *Raii Hist.* In Phthisi, Tabe, & Cachexia commendat *Park.*

A. 2. Hæmorrhoidalis, *Offic.* Dens Leonis maritimus minor radice tuberculis prædita, *Hist. Oxon.* iii. 75. Dens Leonis tuberosus, Hæmorrhoidalis, *Mont. Ind.* 41. Dens Leonis tuberosa radice, *Tourn. Inst.* 468. *Elem. Bot.* 373. Cichoreum bulbosum, *J. B.* ii. 1038. *Raii Hist.* i. 247. Cichoreum bulbosum, vel strumosum, *Chab.* 315. Chondrilla marina Lobelio, *Ger.* 226. *Emac.* 288. Chondrilla bulbosa, *Park. Theat.* 784. Chondrilla bulbosa sive Chondrilla 2. Dioscoridis, *C. B. Pin.* 130. A. Bulbous Succory. *Gal. Cichorée avec la racine en forme de bulbe. G. Wegwart mit Korb-Wurzel. B. Wegwaart met een bollagtige Wortel.* In maritimis. *Ufu.* Bulbulæ radicem. *Vires.*

Anodynæ sunt seu dolores lenientes, *Mont.* Ad strumas plurimum conferunt, *Chab.*

VIII. De Scorzonera.

FLOS à calycis radiis non superatur, *R. H. p. 248.*

A. 1. Scorzonera nostra & Hispanica Viperaria, *Offic.* Scorzonera Hispanica major, *Park. Parad.* 301. *Raii Hist.* i. 248. Scorzonera latifolia sinuata, *C. B.* 275. *Hist. Oxon.* iii. 81. *Tourn. Inst.* 476. *Boerb. Ind.* A. 89. *Buxb.* 297. Viperaria Hispanica, *Ger.* 598. Viperaria sive Scorzonera Hispanica, *Ger. Emac.* 736. Tragopogon Hispanicus sive Escorzonera, aut Scorzonera, *J. B.* ii. 1060. *Chab.* 332. A. *Vipers-grafs. Gal. Scorzonere, Cercifi d'Espagne, G. Schlangen-Werd. B. Scorzonera.* In hortis colitur. Junio floret. *Ufu.* Radix oblonga digitum crassa, foris pallide rufescens, intus candida, saporis subdulcis, tenuis & grati, odoris nullius. Sicca ex Hispania ad nos adfertur. *Vires.* Alexipharmaca est. Usus præcipue in moribus serpentum, Peste, Febre, Melancholia, Epilepsia, Vertigine, &c. Commendatur ad Uteri suffocationem, *Schrod.*

A. 2. Scorzonera subcærulea, *Offic.* Scorzonera angustifolia subcærulea, *Hist. Oxon.* iii. 83. *C. B. Pin.* 275. *Chom.* 275. *Raii Hist.* i. 249. *Tourn. Inst.* 476. *Elem. Bot.* 378. Scorzonera elatior angustifolia Pannonica, *Park. Theat.* 410. Viperina 6^a, *Ger.* 598. Viperina angustifolia elatior, *Ger. Emac.* 737. Tragopogonis species sive Scorzonera major angustifolia subcæruleo flore, *J. B.* ii. 1062. *Chab.* 332. A. *Hungarian Vipers-grafs. Gal. Scorzonere de Hongrie. G. Hongarisch Schlangen-Werd. B. Giftwortel, Slangen-wortel, Adder-kruid.* In montosis. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum priore convenit, & indiscriminatim sumuntur, *Chomel.*

IX. De Tragopogone.

Insigni notâ à reliquis differt, quod calycis floris radii ipsius folia seu petala longitudine excedant: folia herbæ gramineæ imitantur, *R. Synop. p. 76.*

A. 1. Tragopogon, *Offic.* *Chab.* 331. *Park. Parad.* 514. Tragopogon luteum, *Ger.* 595. *Emac.* 735. *Raii Hist.* i. 252. *Synop.* 76. Tragopogon pratense luteum majus, *C. B.* 274. *Hist. Oxon.* iii. 79. *Tourn. Inst.* 477. *Herb. Par.* 157. *Dill. Cat.* 91. *Boerb. Ind.* A. 90. *M 2 Buxb.*

Buxb. 392. *Tragopogon flore luteo*, *J. B.* ii. 1058. *Tragopogon luteum majus*, *Schw.* 209. *A. Yellow Goatsbeard.* *Gal. Barbe de Bouc.* *G. Bocks-bart mit gelbe Bluhmen.* *B. Boks-baart met geele Bloem, Salsafi.* In pratis & pascuis, Junio & Julio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Radices valde nutriunt, unde tabidis & macilentis conducunt. Vitiis pectoris, tussi & respirationi difficili, nec non pleuritidi mederi dicuntur. Urinæ stillicidio subveniunt, & calculum expellunt, lincinationibus æstuantibus ventriculi & thoracis auxiliantur.

A. 2. Behen album, Offic. Behen album Ranwolfii, J. B. iii. 36. *Chab.* 448. *Serratulæ affinis capitulo squammoso luteo*, ut & flore, *C. B.* 235. *Scorzonera affinis Behen album dicta*, radice repente, *Hist. Oxon.* iii. 84. *A. White Ben. Gal. Beben blanc. G. Weiß Behen. B. Witte Behen.* Ad radices montis Libani invenit *Ranwolfius*, & *Behen album* verum esse vult, sed de *Behen albo* & *rubro Arabum*, vide *Cap. De Limonio.*

X. De Zacynthæ.

NO TÆ sunt, *Calyx squamosus*, qui flore delapso formam rotulæ radiatæ assumit, radiis *Melonis costarum in modum elatis*: unaquæque autem costa capsulæ species est, semen unicum includens, *Raii Meth. A.* 30.

A. Zacintha, Cichoreum verrucarium, Offic. Cichoreum verrucosum, Zacintha, Mont. Ind. 40. *Zacintha, sive Cichoreum verrucarium, Tourn. Inst.* 476. *Elem. Bot.* 378. *Boerb. Ind.* A. 90. *Park. Theat.* 779. *Cichoreum verrucarium sive Zacintha, Ger. Emac.* 289. *Raii Hist.* i. 255. *Zacintha, Rupp. Flor. Jen.* 169. *Cichoreum verrucarium sive Zacintha, Hieraciis adnumerandum, J. B.* ii. 1013. *Cichoreum verrucosum, verrucaria, Chab.* 315. *Chondrilla verrucaria foliis cichorei viridibus, C. B. Pin.* 130. *Intybus sive Endivia lutea, verrucaria, Hist. Oxon.* iii. 53. *A. Wart Succory. Gal. Cichorée de Zante (ainsi appelée parce qu'elle croit en abondance dans cette Ile de l'Archipel). G. Zantische Wegwart. B. Wegwaart groeyende in overvloed in Zante, zynde een Eiland in de Middellandse Zee.* In hortis reperitur. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Diuretica est planta & edulcorans, sanguinis nimium fervorem compescens, *Mont. Mira hujus plantæ facultas dicitur ad tollendas verrucas, &c. R. H.*

Herbæ flore aggregato seminibus pappo destitutis.

XI. De Cichoreo.

A Reliquis dignoscitur floribus è lateribus caulium & ramorum exeuntibus velut spicatum, *R. Synop.* p. 47.

A. 1. Cichoreum sativum, seris, Offic. Cichoreum, J. B. ii. 1007. *C. B.* 125. *Ger.* 220. *Emac.* 280. *Parad.* 497. *Hist. Oxon.* iii. 55. *Buxb.* 73. *Raii Hist.* i. 255. *A. Garden Succory. Gal. Cichorée domestique. G. Wegwart / Hindleuffte. B. Cichorei.* In hortis. Floret Junio. *Usu.* Flores, Folia, & Radix. Flores sunt pulchri, cærulei, saporis amari; Folia laciniata, hirsuta; Radix crassa, oblonga, foris fusca, intus candida. Tota planta amara est. *Vires.* Hepatica est nobilissima, aperit. Diuretica etiam est, attenuat, extergit. Usus præcipue in Hepatis obstructione & febribus, Hæmorrhagias sistere creditur, *Schrod. Est ex seminibus frigidis minoribus.*

A. 2 Cichoreum agreste sylvestre, Offic. Cichoreum sylvestre sive Officinarum, C. B. 125. *Hist. Oxon.* iii. 55. *Tourn. Inst.* 479. *Boerb. Ind.* A. 91. *Buxb.* 72. *Cichoreum sylvestre, Raii Hist.* i. 255. *Synop.* 77. *Ger.* 222. *Emac.* 284. *Park.* 775. *J. B.* ii. 1007. *Chab.* 315. *Dill. Cat.* 159. *A. Wild Succory. Gal. Cichorée sauvage G. Wilde Wegwart. B. Wilde Cichorei.* Secus vias, & in agrorum limitibus. Junio floret. *Usu.* Flores, folia, & semen. Floribus & foliis cum præcedente convenit. Semina sunt parva, oblonga, angulosa, fusca, sapore aqueo. *Vires.* Aqua è floribus distillata, inflammationibus & caligini oculorum imposita, potenter remedium affert, *R. Cat. Angl.* p. 70. Folia cocta & aceto comesta Gonorrhœam reprimunt, *Matth.* *Vires quoque sativi habet.*

XII. De Endivia.

A Cichoreo differt foliis brevioribus non laciniatis, & quod annua planta sit, *R. H.* p. 254.

A. Endivia, Scariola, Intybus, Offic. Endivia sativa, Park. 774. *Intybus sativa, Ger.* 221. *Emac.* 282. *Raii Hist.* i. 254. *Intybum, Park. Parad.* 495. *Intybus sativa latifolia sive En-*

Endivia vulgaris, C. B. 125. *Hist. Oxon.* iii. 53. *Intybum fativum latifolium*, J. B. ii. 1011. *Intybus vel Intybum*, Chab. 315. *Cichoreum latifolium* live *Endivia vulgaris*, *Elem. Bot.* 381. *Tourn. Inst.* 479. *Boerb. Ind.* A. 91. A. *Endive*. Gal. *Endive*, ou *Scariole*. G. *Endivien*. B. *Endivie*. Seritur in hortis. Junio floret. *Ufu*. Folia & Semina. Folium est latum, glabrum, non acuminatum. Semina sunt Cichoreo consimilia, colore pallidiora. *Vires*. Hepatica est nobilissima, refrigerat, abstergit, aperit. Diuretica etiam est. *Ufus* frequentissimi in febribus biliosis, *Schrod.* *Est ex seminibus frigidis quæ minora dicuntur.*

XIII. De *Lampfana*.

Floribus caules & ramulos terminantibus cum *Hieracio* convenit, à *Cichorio* differt; seminibus solidis seu pappo destitutis cum hoc convenit, ab illo diversum est, R. *Synop.* p. 77.

A. *Lampfana*, *Offic.* Ger. 199. *Emac.* 255. *Raii Synop.* 77. *Dill. Cat.* 95. *Tourn. Inst.* 479. *Herb. Par.* 108. *Boerb. Ind.* A. 93. *Lampfana vulgaris*, *Park.* 810. *Lampfana Dodonæi*, J. B. ii. 1028. *Raii Hist.* i. 256. *Lampfana* live *Lapfana Papillaris*, Chab. 318. *Soncho affinis Lampfana domestica*, C. B. 124. *Intybus* live *Endivia erecta lutea Napifolia*, *Lampfana dicta*, *Hist. Oxon.* iii. 54. A. *Nipplewort*. Gal. *Lampfane*. G. *Sonchen-krout* / *Wilder Kobl*. B. *Een zoort van wilde Kool of Moes*. In hortis & in cultis frequens. Junio & Julio floret. *Ufu*. Herba. *Vires*. Efficax esse censetur in sanandis papillis ulceratis, unde & nomen *Papillaris* sortita esse videtur, R. H. Resiccantem ac extergentem, & nonnihil digerentem facultatem obtinet: folia caulisque coquantur, & in cibum recipiuntur, *Hist. Oxon.*

Quæ veteribus fuerit *Lampfana* non facile est nobis explicare; *Dioscoridi* sylvestre est olus, plus nutriens quam *Lapathum*, ac cujus caules & folia cocta eduntur. *Lampfanæ* autem nomine variæ ac diversæ à scriptoribus Botanicis donatæ fuere plantæ.

XIV. De *Sesamoide*.

Flore est radiato, flosculis marginalibus iis, quæ discum medium componunt, multo longioribus, R. *Meth.* p. 31.

A. *Sesamoides parvum* *Offic.* *Sesamoides par-*

vum Matthioli, Ger. 397. *Emac.* 493. *Raii Hist.* 257. *Chondrilla Sesamoides dicta*, *Park.* 787. *Chondrilla cœrulea Cyani capitulo*, C. B. 130. *Catanance quorundam*, *Elem. Bot.* 380. *Tourn. Inst.* 478. *Boerb. Ind.* A. 92. *Catanance Dalechampii flore Cyani folio Coronopi*, J. B. iii. 26. Chab. 342. *Cichorium cœruleum Coronopi foliis angustis calyculis squammatis argenteis*, *Hist. Oxon.* iii. 55. A. *Bastard Succory*. Gal. *Cichorée bâtarde*. G. *Sesamoides Kraut*. B. *Sesamoides - Kruit*. In aridis locis transmarinis calidioribus. Junio floret. *Ufu*. Herba. *Vires*. Detrahit bilem, pituitososque humores, illitum ex aqua tumores ac tubercula discutit, *Diosc.*

Sesamoidis duæ species à *Dioscoride* memorantur & describuntur. Verum descriptiones ejus adeo breves sunt & obscuræ, ut quænam sit major ejus species ad hanc usque diem dubium & incertum maneat; nonnullis ad *Helleborum* eam referentibus, aliis ad *Resedam*, aliis ad *Thymelæam*: De minore etiam specie variæ opiniones sunt, verum quam hic exhibeo cum descriptione *Dioscoridis*, quam subjungo, omnium optimè convenit.

Sesamoidi parvo cauliculi sunt dodrantes, folia Coronopi, minora, birsutiora: & in cauliculorum cacumine capitula florum pene purpureorum medio, &c.

XV. De *Scolymo Theophrasti*.

NOTÆ sunt Folia spinosa *Carduo* similia, flosculi & semina foliolo ad singula appposito separata, R. *Meth.* A. p. 31.

A. *Scolymus*, *Offic.* *Scolymus chrysanthemus*, C. B. 388. *Tourn. Inst.* 480. *Boerb. Ind.* A. 91. *Scolymus Theophrasti* live *Eryngium luteum Monspeliensium*, *Park.* 972. *Eryngium luteum facie Cardui*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 238. *Carduus chrysanthemus Narbonensis*, Ger. *Emac.* 1155. *Raii Hist.* i. 258. *Carduus spurius chrysanthemus Narbonensis*, *Volck.* 87. *Spina lutea*, J. B. iii. 84. *Spina lutea*, *Scolymus Theophrasti*, *Eryngium luteum Monspeliensium*, Chab. 353. *Cichorium luteum Scolymoides spinis horridum Narbonense*, *Hist. Oxon.* iii. 55. *Cichorio affinis, chrysanthemus aculeata Cardui facie perennis*, *Pluk. Almag.* 104. A. *Golden Thistle*. Gal. *Epine jaune*. G. *Gulden Distel*. B. *Geele Keuys-Distel*. In Italia reperitur. *Ufu*. Radix. *Vires*. Cum *Eryngio* viribus convenire creditur.

SECTIO QUINTA.

De Herbis flore composito discoide papposis.

Herbæ flore discoide papposæ sunt vel floribus erumpentibus

Ante Folia

In singulis caulibus singulis radiatis, flavis; foliis subrotundis, subtus præcipuè incanis: *Tussilago*.

In uno caule pluribus, in thyrsum dispositis, nudis; foliis subrotundis Bechii, sed majoribus: *Petasites*.

Post folia, disco

Radiato, foliis lævibus sive mollibus

Subrotundis, flore flavo majore, radice scorpioide aut brachiata, facultate deleteriâ: *Doronicum*.

Oblongis

Integris

Maximis subtus incanis, floribus etiam amplis, radice crassâ, aromaticâ: *Helenium*.

Minoribus florum petalis

Laciniatis floribus in summis caulibus velut in umbellam dispositis: *Jacobæa*.

Aridioribus & exsuccis, unde durabiliores sunt, nec citò marcescunt, coloresque diu retinent siccati.

Frontatis, aut velut bullatis, flavicantibus: *Stæchas citrina*.

Cuspidatis, foliis laciniatis, spinosis: *Carlina*.

Succulentioribus & citò marcescentibus,

Maritimæ: *Tripolium*.

Terrestres

Foliis odoratis & glutinosis: *Conyza*.

Inodori, floribus

Majoribus in umbellæ formam dispositis: *Doria*.

Minoribus brevibus pediculis in spicas secundum caules & ramulos excurrentes: *Virga aurea*.

Nudo, foliis

Digitatis, floribus velut in umbella dispositis: *Eupatorium*.

Laciniatis, floribus flavis: *Senecio*.

Integris, terrestres,

Majores foliis

Subrotundis maximis: *Cacalia*.

Oblongis: *Baccharis*.

Minores tomentosæ & incanæ:

Gnaphalium.

I. De *Tussilagine*.

Characteristicæ sunt Flores folia antevertentes, & brevi marcescentes, in singulis cauliculis singuli, radiati: folia subrotunda, subtus incana, R. Synop. p. 47.

A. *Tussilago*, Farfara, Offic. Chab. 513. *Tussilago*, J. B. iii. 563. Ger. 666. Emac. 811. Park. 1220. Raii Hist. i. 259. Synop. 78. Hist. Oxon. iii. 130. Dill. Cat. 37. *Tussilago vulgaris*, C. B. 197. Tourn. Inst. 487. Boerb. Ind. A. 101. Buxb. 328. A. Colts-foot. Gal. Pas d'Ane, Patte de Cheval, *Tussilage*. G. Rosshus oder Huffs-Lattich / Brand-Lattich. B. Hoefblad, Paards-Klaauw. In locis humidis, Februario vel Martio floret. Ufu. Radix, folia, & flores. Radix tenuis, longa, candida, saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius. Folia subrotunda subtus incana, saporis & odoris ut supra. Flores lutei & radiati. Vires. Planta est Thoracica. Usus præcipuè internè in Tussi, Orthopnœa, Vomicisque pectoris, quibus singulis & fumus ejus ore hiantè attractus mederi creditur. Extrinsecus folia recentia imposita ulceribus calidis & inflammationibus profunt, Schrod.

II. De *Petasite*.

Notæ diagnosticæ sunt flores folia antevertentes, in eodem caule plures in Thyrsum dispositi, nudi, brevi unâ cum caulibus exarescentes: folia subrotunda Bechii, sed majora, Raii Synop. pag. 48.

A. *Petasites*, Offic. Ger. 667. Emac. 813. Raii Hist. i. 260. Synop. 78. Chab. 513. *Petasites vulgaris*, Park. 419. *Petasites major* & *vulgaris*, C. B. 197. Tourn. Inst. 451. Boerb. Ind. A. 118. Dill. Cat. 37. *Petasites vulgaris rubens* rotundiori folio, J. B. iii. 566. Hist. Oxon. iii. 95. A. Butter-Burr. Gal. Chaperonniere, Herbe aux teigneux, Glouteron, *Petasite*. G. Pestilenk-wurk / wegen krafft. B. Dok-

B. *Dokke-bladeren*, *Pestilentie-wortel*. In aquosis. Martio floret. *Ufu*. Radix oblonga, crassa, ramosa, resinosa, foris fusca, intus albicans, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires*. Sudorifica est, ac alexipharmaca, in Peste. Commendatur etiam in Lipothymia Uterina, spiritus difficultate, Tussi, Asthmate; facit & ad latos ventris Lumbricos: Urinam etiam & Menses ciet. Extrinsecus ad Bubones & Ulcera maligna prodesse dicitur, *R. H.* p. 260.

III. De Conyza.

Herba est flore composito, in pappos abeunte, foliis integris, odorata, hirsuta & glutinosa, *Raii Hist.* p. 261.

A. 1. Conyza major, *Offic. Ger. Emac.* 481. *Raii Hist.* i. 261. Conyza major vera, *Hist. Oxon.* iii. 114. Conyza major verior Dioscoridis, *Park.* 125. Conyza mas Theophrasti, major Dioscoridis, *C. B.* 265. *Boerb. Ind. A.* 116. Conyza major Monspeliensis odorata, *J. B.* ii. 1053. Conyza pulicaria, *Chab.* 327. Virga aurea foliis glutinosis & graveolentibus, *Elem. Bot.* 386. Virga aurea major foliis glutinosis & graveolentibus, *Tourn. Inst.* 484. A. Greater Fleabane. *Gal. Conise. G. Donnerwurk / Dürr-wurk.* B. *Donder-kruid*. In Italia, &c. juxta vias passim provenit. Julio & Augusto floret. *Ufu*. Folia. *Vires*. Suffitu venenatas bestias fugat, culices abigit, & pulices necat, *Diosc.*

A. 2. Conyza media, *Offic. Ger. Emac.* 482. *Raii Hist.* i. 262. *Synop.* 79. *Schw.* 55. Conyza media Asteris flore luteo, vel tertia Dioscoridis, *C. B.* 265. *Hist. Oxon.* iii. 113. Conyza media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens, *J. B.* ii. 1050. *Chab.* 327. (cujus Fig. est transposita.) Herba Dysenterica, *Cat. Altdorf. Delif. Sylv.* After pratensis autumnalis Conyzæ folio, *El. Bot.* 384. *Tourn. Inst.* 482. *Buxb.* 29. A. Common Fleabane. *Gal. Conise commune.* G. Gelbe Munk. B. Gemeene Donder-kruid. Locis humidis, & aquosis, Julio & Augusto floret. *Ufu*. Folia. *Vires*. Ad profligandam Scabiem Unguentum ex radice & foliis parant nonnulli, *R. H.* p. 261. Ex vino rubro Dysentericis auxiliatur; Ictericos juvat, Menses trahit, Stranguriam solvit, *Schw.* Decoctio Herbæ ad urinam ciendam à vulgo commendatur. In Officinis nostris malè substituitur Arnica, *Buxb.*

A. 3. Conyza minor vera, *Offic. Ger. Emac.* 481. *Raii Hist.* i. 261. *Hist. Oxon.* iii. 114. *J. B.* ii. 1054. *Chab.* 328. Conyza minor vera Penæ, *Park.* 127. Conyza femina Theophrasti, minor Dioscoridis, *C. B.* 265. Virga aurea minor foliis glutinosis & graveolentibus, *Tourn. Inst.* 484. A. Small true Fleabane. *Gal. Petite Conise. G. Kleine Dürrwurzel.* B. Kleyne Donder-kruid. In calidioribus regionibus juxta mare reperitur. Autumno floret. *Ufu*. Herba. *Vires*. Cum prima viribus convenit.

IV. De Conyzoides.

Notæ sunt, semiflosculi plerumque integri, quamvis pappum longitudine non multum superent, hic etiam mox ab initio comparet longus, flosculos occultans, *Dill. Nov. Gen.* 142.

A. Conyza, *Offic. Germ.* Conyza cœrulea acris, *C. B.* 265. *Raii Hist.* i. 270. *Synop.* 80. *Ger. Emac.* 484. *Hist. Oxon.* iii. 315. *Boerb. Ind. A.* 116. Conyza odorata cœrulea, *Park.* 126. Conyzoides, *Dill. Cat.* 154. Senecio sive Erigeron cœruleus, aliis Conyza cœrulea, *J. B.* ii. 1043. Senecio cœruleus, *Chab.* 325. After arvensis cœruleus acris, *Tourn. Inst.* 481. *Buxb.* 30. A. Blue Fleabane. *Gal. Senegon. G. Kreuz-Wurk / Grind-Kraut / Baldgreiß.* B. Kruis-Kruid, Kruis-Wortel, Grind-Kruit. In sterilioribus pascuis, Julio vel Augusto floret. *Ufu*. Herba. *Vires*. Suppurationes accelerare tradit, *Fontan.* In Officinis nostris dicitur Conyza (scribit *Buxbaums*) & adversus incantamenta & fascinationes utilis esse censetur.

V. De Astere.

Herba est flore composito in pappos abeunte, inodorata, foliis integris & indivisis, innoxia, *R. Synop.* p. 79.

A. 1. Tripolium, *Offic. Chab.* 333. Tripolium majus & minus, *J. B.* ii. 1064. Tripolium vulgare majus, *Ger.* 333. *Emac.* 413. Tripolium majus sive vulgare, *Park.* 673. Tripolium majus cœruleum, *C. B.* 267. After maritimus cœruleus Tripolium dictus, *Raii Synop.* 80. After maritimus purpureus Tripolium dictus, *Raii Hist.* i. 270. After cœruleus glaber, littoreus, pinguis Tripolium majus dictus, *Hist. Oxon.* iii. 121. After maritimus palustris cœruleus Salicis folio, *Elem.*

Elem. Bot. 384. *Tourn. Inst.* 481. A. *Sea Star-wort.* Gal. *Espargoute de Mer*, (espece d'*Aster.*) G. *Weer-Stern-Kraut.* B. *Zee-Sterre-Kruid*, *blaauwe Kamille*, *blaauwe Made-lieven.* In *falsis maritimis*, *Julio* floret. *Ufu.* *Radix.* *Vires.* In vino pota ʒij . aquam urinamque per alvum extrahit, *Diosc.*

A. 2. *Conyza*, *Pulicaria.* *Offic. Conyza minor*, *Raii Hist.* i. 262. *Synop.* 79. *Schw.* 56. *Conyza minima*, *Ger. Emac.* 482. *Conyza minor flore globoso*, C. B. 266. *Boerb. Ind.* A. 116. *Conyzæ mediæ species*, flore vix radiato, *J. B.* ii. 1050. *Chab.* 328. *Aster palustris*, parvo flore globoso, *Tourn. Inst.* 483. *Aster parvus palustris*, parvo flore globoso, *Dill. Cat.* 160. *Chrysanthemum Conyzoides palustre minus*, flore globoso, *Hist. Oxon.* iii. 19. A. *Small Fleabane.* Gal. *Petite Conise.* G. *schmall Dürrewurz.* B. *Ganse-bloem van aansien als het Sterre-kruit.* In locis ubi per hyemem aquæ stagnarunt. Augusto floret. *Ufu.* *Herba.* *Vires.* Aperit, penetrat, extergit, cerebrum purgat, & pituitam è capite elicit; sternutamenta movet, pulices necat, *Schw.*

VI. De Helenio.

Partium omnium magnitudine, radicis etiam sapore amaro, & aromatico, à reliquis differt, *Raii Synop.* p. 49.

A. *Enula campana*, *Helenium*, *Offic. Chab.* 360. *Helenium*, *Ger.* 649. *Emac.* 793. *Raii Hist.* i. 273. *Synop.* 81. *Hist. Oxon.* iii. 129. *Elem. Bot.* 385. *Helenium vulgare*, C. B. 276. *Dill. Cat.* 118. *Helenium sive Enula campana*, *J. B.* iii. 108. *Park.* 654. *Aster omnium maximus*, *Helenium dictus*, *Tourn. Inst.* 483. *Boerb. Ind.* A. 94. A. *Elecampane.* Gal. *Aunée*, *Enule campane.* G. *Alant-Wurzel.* B. *Alant-Wortel*, *Galant-Wortel.* In pratis & pascuis humidis, *Junio* & *Julio* floret. *Ufu.* *Radix oblonga*, crassa, foris fusca, intus alba, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Pulmonica est, *Stomachica*, *Alexipharmaca*, *Sudorifica*, &c. *Usus* præcipue in *Tussi*, *Asthmate*, in cruditatibus *Ventriculi* emendandis, *ureteribus* reserandis, in peste, contagiosisque morbis ar-cendis. Externè in *Scabie*, *Spasmo*, & *Ischiadico dolore* commendatur, *Schrod.*

VII. De Doronico.

Notæ sunt, flores aurei, speciosi, sparsi, in summis caulibus & ramulis, in longos pediculos excurrentibus singulares. Semina parva nigricantia; folia lata & subrotunda, radices tuberosæ venenatæ, R. H. p. 274.

A. 1. *Doronicum*, *Offic. Doronicum*, *Cod. Med.* xlv. *Doronicum Officinarum*, *Rupp. Flor. Jen.* 141. *Doronicum vulgare*, *Park.* 319. *Raii Hist.* i. 274. *Doronicum majus Officinarum*, *Ger.* 600. *Emac.* 759. *Hist. Oxon.* iii. 127. *Doronicum radice Scorpii*, C. B. 184. *Dill. Cat. Giff.* 83. *Tourn. Inst.* 487. *Aconitum Pardalianches*, *Mont. Plant. Var. Ind.* 35. A. *Leopards-Bane.* Gal. *Doronic.* G. *Gemein-Wurzel* / *Schwindel-Kraut.* B. *Doronicum.* In *Hortis curiosorum Junio* floret. *Ufu.* *Radix.* *Vires.* Calfacit & siccit, tumores discutit, alexipharmaca est, &c. *Schrod.* sed credat qui vult: verum enimvero, nostrâ sententiâ, venenosa est planta, & non sine periculo sumenda; cui tamen, quidam Moderni minimè astipulantur.

A. 2. *Doronicum minus*, *Offic. Ger.* 600. *Park.* 319. *Raii Hist.* i. 277. *Doronicum minus Officinarum*, *Ger. Emac.* 759. *Hist. Oxon.* iii. 127. *Doronicum Plantaginis folio*, C. B. 184. *Tourn. Inst.* 487. *Doronicum folio ferè Plantaginis oblongo*, *J. B.* iii. 18. *Chab.* 339. A. *Lesser Leopards-bane.* Gal. *Petit Doronic.* G. *Klein Gemein-Wurzel.* B. *Kleyne Doronicum.* In montosis Maio floret. *Ufu.* *Radix.* *Vires.* Cum priore convenit, & sumitur indiscriminatim, *Cod. Med.* xlv.

A. 3. *Doronicum radice dulci*, C. B. *Pin.* 184. *Chom.* 313. *Raii Hist.* i. 275. *Tourn. Inst.* 487. *Doronicum folio subrotundo serrato*, *J. B.* iii. 17. *Hist. Oxon.* iii. 127. *Doronicum brachiata radice*, *Park. Theat.* 320. *Doronicum radice repente*, *Ger.* 621. *Emac.* 760. A. *Creeping Leopards-bane.* Gal. *Doronic commune.* G. *Gemeine Gemein-Wurzel.* B. *Gemeen Doronicum.* In montosis gaudet. *Julio* floret. *Ufu.* *Radix.* *Vires.* Hæc venatores, pastoresque montani, adversus vertigines commendant, *Raii Hist.*

A. 4. *Arnica*, *Offic. Schrod.* 20. *Arnica Officinarum*, *Buxb.* 98. *Arnica Schroderi*, *Rupp. Flor. Jen.* 141. *Doronicum sive Alisma* & *Arnica Germanorum*, *Cod. Med.* xlv. *Doronicum Germanicum*, *Park.* 320. *Raii Hist.* i. 276. *Doronicum Plantaginis folio alterum*,

terum, C. B. 185. Tourn. Inst. 487. Boerb. Ind. A. 100. Hist. Oxon. iii. 127. Buxb. 98. Doronicum Germanicum foliis semper ex adverso nascentibus villosis, J. B. iii. 19. Chab. 339. Calendula Alpina, Ger. Emac. 603. 740. A. German. Leopards-bane. Gal. Doronic de Hongrie. G. Ungarische Genssen-Wurk. B. Hungarische Doronicum. In montosis reperitur. Æstate floret. Ufu. Planta. Vires. Calefacit & siccatur, partium est tenuium, sudorifica & diuretica, nonnunquam & vomitoria, &c. Schrod. Planta vulneraria & discussoria reperta est frequentia experientia, utpote unica & optima Panacea ab alto lapsorum, Ephem. Ger. Anno 9. & 10. Incolæ utuntur loco Hellebori, in peste pecorum, Hoff. Cat. Altd.

VIII. De Virga Aurea.

NOtæ sunt, flores minores aureis brevibus pediculis, in spicas secundum caules & ramulos excurrentes, folia integra, Raii Meth. A. 53.

A. Virga aurea, Offic. Chab. 332. Ger. 348. Emac. 430. Raii Hist. i. 278. Synop. 81. Buxb. 338. Virga aurea vulgaris. Park. 542. Hist. Oxon. iii. 124. Virga aurea angustifolia minus ferrata, C. B. 268. Boerb. Ind. A. 97. Virga aurea vulgaris latifolia, J. B. ii. 1062. Tourn. Inst. 484. Dill. Cat. 164. A. Golden Red. Gal. Verge dorée. G. Feder-Kraut / Heidnisch Wund-kraut. B. Heidens-Wund-kruud, Gulde roede. In ericetis ac montosis sylvis. Augusto floret. Ufu. Folia & flores. Folia longa, hirsuta, ferrata, saporis amari & astringentis. Flores lutei. Vires. Vulneraria est celeberrima; nec non Lithontriptica & Diuretica. Confert Diarrhœæ & Dysentericæ; sanguinis expuitioni medetur, Schrod.

IX. De Doria.

Foliis integris, oblongis, à Jacobæa differt: Flores lutei in umbellæ formam disponuntur, Raii Meth. A. 53.

A. 1. Herba Doria, Offic. Herba Doria Lobelii, Ger. 349. Emac. 431. Raii Hist. i. 279. Herba Doria vulgaris, Park. Theat. 541. Doria, Dill. Cat. Giff. 164. Doria Narbonensium, Boerb. Ind. A. 98. Virga aurea major vel Doria, C. B. 268. Virga aurea major carnosius succulentis foliis ad caulem latis, Hist. Oxon. iii. 123. A-

lisma Matthioli five Doria, J. B. ii. 1064. Alisma five Damasonium, Doria & virga aurea Monspeliensium, Chab. 333. Jacobæa pratensis altissima Limonii folio, Elem. Bot. 387. Tourn. Inst. 485. A. Doria's Wound-wort. Gal. Verge dorée. G. Groß-Gulden Wund-Kraut. B. Gulden-kruit. Ad ripas fluviorum oritur. Julio & Augusto floret. Ufu. Folia. Vires. Vulneraria est insignis; cum Virga aurea viribus convenit.

A. 2. Consolida Saracenica, Solidago, Offic. Solidago Saracenica, Ger. 347. Emac. 429. Raii Hist. i. 279. Solidago Saracenica vera, Salicis folio, Park. 539. Virga aurea angustifolia ferrata, C. B. 268. Virga aurea alias Consolida Saracenica. Schrod. 177. Virga aurea angustifolia ferrata five Solidago Saracenica, J. B. ii. 1063. Hist. Oxon. iii. 124. Virga aurea angustifolia ferrata, quibusdam etiam Solidago Saracenica dicta, Chab. 333. Jacobæa Alpina, foliis longioribus ferratis, Tourn. Inst. 485, Elem. Bot. 387. Doria (quæ Jacobæa) Alpina foliis longioribus ferratis, Boerb. Ind. A. 98. A. Saracens Confound. Gal. Verge dorée. G. Der Heiden-Wund-Kraut. B. Heidens-Wund-Kruud. Septembri floret. Ufu. Folia longa, lata, glabra, per ambitum crenata, sapore aromatico & astringente. Vires. Vulneraria est insignis, usu interno & externo adhiberi apta; medetur & Fistulis, Ulcera maligna mundificat, ac sanat, Schrod.

X. De Jacobæa.

ACeteris papposis non lactescentibus foliis laciniatis, floribus flavis, radiatis, in umbellæ digestis differt, R. Synop. p. 82.

A. 1. Jacobæa, Offic. Ger. 218. Emac. 280. Jacobæa, S. Jacobi flos, Chab. 330. Jacobæa vulgaris, J. B. ii. 1057. Raii Hist. i. 284. Synop. 82. Jacobæa vulgaris major, Park. 668. Jacobæa vulgaris laciniata, C. B. 131. Hist. Oxon. iii. 108. Tourn. Inst. 485. Boerb. Ind. A. 99. Dill. Cat. 154. Buxb. 165. Erigeron majus, Schw. 66. A. Ragwort or Seggrum. Gal. Jacobée, Herbe ou Fleur de S. Jaques. G. St. Jacobs-Kraut. St. Jacobs-Blum. B. St. Jacobs-Kruud. In pascuis humidioribus ad vias & locis incultis. Julio & Augusto floret. Ufu. Herba. Vires. Cum Senecione vires & facultates easdem obtinet, Trag. Imprimis autem vulneribus, inflammationibus, & fistulis medetur, R. H. p. 285. Calidam, cataplasmatibus formâ, adversus ventris tormina (quæ miserè Dy-

senteria affectos excruciant, & tantum non interimunt) tunc successu fuisse abdomini applicatam observat Hofman. Ad anginas, tonsillarumque inflammationes utile gargarismate, quas discutit, & perfanat, Schw.

A. 2. Jacobæa Alpina, sive Achyllea, Cod. Med. lxi. Jacobæa foliis ferulaceis flore minore, Tourn. Inst. 486. Hist. 474. Vaill. Bot. Par. 108. Mart. Hist. ii. 43. Achyllea montana, Lugd. 772. Ageratum ferulaceum, ejusd. 1184. Chrysanthemum Alpinum foliis Abrotani multifidis, C. B. Pin. 134. Chrysanthemum Alpinum, 11. Clus. Pan. 567. Hist. 334. Chrysanthemum Alpinum 11. Clusii, Park. Theat. 1371. Raii Hist. i. 341. Ger. Emac. 744. Chrysanthemum Alpinum, & Scherianum, Jacobææ affine, J. B. ii. 1058. Chrysanthemum Alpinum, & Scherianum, Jacobææ affine, Chab. 531. A. Five-leav'd Mountain Ragwort. Gal. Jacobée des Alpes. G. St. Jacobs-Kraut. B. Sint Jacobs-Kruid van de Alpes. Apud nos in curiosorum hortis. Ufu. Folia. Vires. In Asthmate confert, vel in fumo, vel in Tisane, ut Thææ in usum venerit, Tourn.

XI. De Cacalia.

Inst. 608. Elem. Bot. 480. Boerb. Ind. A. ii. 226. Raii Synop. iii. 458. Dill. Cat. Giff. 109. Periclymenum, Ger. 743. Emac. 891. Merc. Bot. i. 58. Pbyt. Brit. 90. Mer. Pin. 92. Periclymenum vulgare Germanicum, Rupp. Flor. Jen. Periclymenum non perfoliatum Germanicum, C. B. Pin. 302. Periclymenum non perfoliatum, J. B. ii. 104. Periclymenum sive Caprifolium vulgare, Park. Theat. 1460. Raii Hist. ii. 1490. Clymenum, Periclymenum Caprifolium, Chab. 113. A. Honey-suckle, or Wood-bind. Gal. Chevre-feuille. G. Geißblad. B. Geytenblat, Kamperfoelie, Memmekens-kruid. In sepibus frequens. Junio floret. Ufu. Folia, Flores. Vires. Calfacit & siccant, diureticum validum ac spleneticum est. Usus præcipuus in Asthmate & Tussi. Externè extergit Ulcera sordida, sanat Impetigines, aliasque cutis maculas abstergit, Schrod.

XV. De Vaccinio.

FRutice parvo, flore urceolum referente, fructu humido parvo, non racematim nascente innotescit, R. Meth. A. p. 145.

A. 1. Vitis Idæa, Offic. Vitis Idæa foliis carnosis, & velut punctatis, Fons. Dendr. 246. Vitis Idæa foliis carnosis & velut punctatis, sive Idæa radix Dioscoridis, C. B. Pin. 470. Raii Hist. ii. 1489. Radix Idæa putata, & Uva Ursi, J. B. i. 523. Chab. 40. Vaccinia Ursi, sive Uva Ursi apud Clusium, Ger. 1230. Emac. 1416. Uva Ursi, Galeni Clusio, Park. Theat. 1456. A. Spanish Whortles. Gal. Raisin d'Ours. G. Spanische Staudel-Beer. B. Kraakbessen. In Italia, &c. reperitur. Maio floret. Ufu. Fructus. Vires. Alvim mensesque & omnem abundantiam Sanguinis sistit, Diosc.

A. 2. Myrtillus, Offic. Volck. 297. Vitis Idæa foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante, C. B. Pin. 470. Fons. Dendr. 245. Tourn. Inst. 608. Boerb. Ind. A. ii. 71. Elem. Bot. 480. Vitis Idæa angulosa, J. B. i. 520. Raii Hist. ii. 1488. Synop. iii. 457. Vitis Idæa angulosa, foliis glabris, acuminatis, & per ambitum serratis, Chab. 40. Vaccinia nigra, Ger. 1229. Emac. 1415. Mer. Pin. 123. Merc. Bot. i. 75. Pbyt. Brit. 126. Vaccinia nigra, Offic. Comm. Plant. Ufu. 11. Vaccinia, Rivin. Buxb. 328. Rupp. Flor. Jen. 39. A. Black Whortles. Gal. Airelle, Myrtille. G. Schwarze Heidel-Beer. B. Kraakbessen. In saxosis. Maio floret. Ufu. Baccæ. Vires. Frigidæ sunt, & cum manifesta adstrictione resiccant. Ventriculo æstuantibus

conveniunt, sitim sedant, febrium calores mitigant, alvum reprimunt, vomitum sistunt, adversus cholera morbum profunt, *Dod.* Substituuntur in Officinis baccis Myrti, hinc nomen Myrtillorum adepti sunt, *Buxb.*

A. 3. *Vaccinia*, *Offic.* *Mill. Cat.* 151. *Vaccinia* nigra fructu majore, *Park. Theat.* 1455. *Vaccinium* altissimum, foliis subrotundis, exalbidis, *Rupp. Flor. Jen.* 39. *Vitis* Idæa, *Chab.* 40. *Vitis* Idæa magna quibusdam, sive Myrtillus grandis, *J. B. i.* 518. *Raii Hist.* ii. 1487. *Synop.* iii. 457. *Tourn. Inst.* 608. *Vitis* Idæa foliis subrotundis exalbidis, *C. B. Pin.* 470. *Jonsf. Dendr.* 246. *Vitis* Idæa foliis subrotundis, *Ger.* 1229. *Emac.* 1416. A. *The great Bill-berry.* *Gal. Vaciet.* G. *Tuncel-Beeren.* B. *Groote zwarte Kraakbessen.* In montosis septentrionalibus. Maio floret. *Ufu.* Baccæ. *Vires.* Baccæ vim inebriandi habent, unde Germani Tuncel Beeren appellant, *Kuppius.*

XVI. De Myrto.

Foliis perpetuis, suaveolentibus; baccis umbilicatis, cum pluribus intus seminibus albis incurvis, ab aliis distinguitur, *R. H. p.* 1502.

A. *Myrtus*, *Offic.* *Chab.* 39. *Myrtus* Bætica sylvestris, *Ger. Emac.* 1412. *Park. Theat.* 1454. *Myrtus* communis Italica, *C. B. Pin.* 468. *Raii Hist.* ii. 1502. *Tourn. Inst.* Boerb. *Ind. A.* ii. 255. *Jonsf. Dendr.* 240. *Myrtus* vulgaris nigra & alba, sativa, & sylvestris, *J. B. i.* 510. A. *Common Myrtle.* *Gal. Myrte.* G. *Myrten-Baum.* B. *Mirten-boom.* In hortis nonnullis colitur. Junio floret. *Ufu.* Folia & Baccæ (*Myrtilli*, *Offic.*) nigricantes, oblongo-rotundi, saporis astringentis, odoris debilis. *Vires.* Utraque refrigerant & siccant, valide astringunt. Folia emendant foetorem sub axillis ac inguinibus (pulvis aspersus:) sudorem corporis immodicum sistunt (frictione:) membris catarrhosis opitulantur, alvi fluxui succurrunt, defensivum exhibent in Herpetibus, putredinem oris sanant, Hæmorrhagiam narium sistunt, Polypo medentur. Baccæ mitigant Oculorum inflammationes, juvant luxatos articulos ac ossa fracta, subveniunt procidentia Uteri ac Ani, &c. *Schrod.*

XVII. De Osyride.

Notæ sunt, Folia Linariæ, flores Ribis, fructus sive bacca rotunda, cum unico intus officulo, *R. Meth. A. p.* 147.

A. *Osyris*, *Offic.* *Osyris* frutescens baccifera, *C. B. Pin.* 212. *Cassia* poetica Lobellii, *Ger.* 1110. *Emac.* 1293. *Raii Hist.* ii. 1489. *Cassia* poetica Monspeliensium, *Park. Theat.* 452. *Bot. Monsp.* 54. *Cassia* lignea Monspeliensium, *J. B. i.* 458. *Pluk. Almag.* 89. *Cassia* poetica Monspeliensium, an Theophrasti? *Tourn. Inst.* 664. *Cassia* Latinorum, *Alp. Exot.* 41. A. *Poets Rosemary.* *Gal. Cassia lignea de Montpellier.* G. *Poeten Rosemary.* B. *Poeten-Rosmarin.* In Italia & Gallia Narbonensi oritur. Maio floret. *Ufu.* Totus frutex. *Vires.* Adstringentem facultatem obtinet. Pro veterum Cassia in Officinis utebantur quidam, ut inquit *J. Baubinus*, ad contrarium tamen valere, ex gustu astringente colligit, & ad intestinorum fluxus potius utilem esse, *Magnol.*

XVIII. De Hedera.

Frutex est parasiticus, cirris suis arboribus aut parietibus adhaerens & scandens, fructu in corymbos coacto, *R. Synop. p.* 222.

A. *Hedera* arborea, *Offic.* *C. B. Pin.* 305. *Tourn. Inst.* 613. *Elem. Bot.* 486. *Boerb. Ind. A.* ii. 231. *Buxb.* 151. *Rupp. Flor. Jen.* 110. *Hedera* corymbosa, *Ger.* 708. *Emac.* 858. *Merc. Pin.* 60. *Hedera* arborea, sive corymbosa communis, *Merc. Bot. i.* 41. *Pbyt Brit.* 56. *Hedera* arborea sive scandens, & corymbosa nigra, *Park. Theat.* 678. *Hedera* communis major, *J. B. ii.* 111. *Raii Hist.* ii. 1505. *Synop.* iii. 459. *Dill. Cat. Giff.* 167. A. *Ivy.* *Gal. Lierre.* G. *Ephen.* B. *Klim-op.* Passim nascitur ad arbores, nunc scandens & fertilis, nunc repens & sterilis, &c. *Ufu.* Folia, Baccæ, & Gummi seu Lachryma, substantia resinosa, arida, dura, & compacta, coloris ex spadiceo ad aureum tendentis, vitreo nitore, sed non pellucido, saporis subacris, & subastringentis, odoris suavis. *Vires.* Herba calfacit, & siccant, subastringit. Internus ejus usus, quia Capiti nervosoque generi adversatur, rarus est. Externus crebrior in achoribus exsiccandis & sanandis, in Ozænis cu-

curandis, *Baccæ*: Purgant per superiora & inferiora, unde & contra Febres à vulgo exhiberi solent. *Gummi* seu *Lachryma* ex trunco vulnerato stillans, *Cauticum* est insigne, *Lentescque* interimere dicitur, *Schrod.*

XIX. De *Caryophyllo aromatico*.

NOtæ sunt, *Folia* oblonga, lata, glabra & splendentia, odore aromatico; *Fructus* dipyrenos in summis ramulis in corymbos coactus, odore & sapore aromatico.

A. 1. *Caryophyllus*, *Offic.* *Caryophyllus aromaticus* fructu oblongo, *C. B. Pin.* 410. *Breyn. Prod.* ii. 25. *Raii Hist.* ii. 1508. *Caryophyllus aromaticus* vulgaris, *Jonsf. Dendr.* 174. *Caryophyllus aromaticus*, *Ogilb. Chin.* i. 223. *Caryophyllus aromaticus* Indiæ Orientalis, fructu clavato, monopyreno, *Pluk. Almag.* 88. *Phytog. Tab.* 155. *Caryophyllus Indicus*, *J. B. i.* 423. *Caryophylli*, *Chab.* 32. *Park. Theat.* 1577. *Caryophylli veri* Clusii, *Ger.* 1351. *Emac.* 1535. *Caryophylli aromatici*, *Mont. Exot.* 9. *Ts-hinka*, *Pis. Mont.* A. 177. *A. Cloves.* *Gal. Gérofiles.* *G. Gewürkz* *Näglein.* *B. Kruid-Nagels.* In Moluccis Insulis sponte provenit. *Usu.* Fructus. Duplicis fortis prostant in Officinis: Nimirum 1. *Caryophylli* dicti, fructus sunt immaturi, oblongi, instar clavi, angulosi, depressi, rugosi, ex rubigine nigricantes, quatuor in summo stellatim decussatis apiculis notati, cum medio capitello convexo & concavo futuri floris rudimento, saporis acris amaricantis & grati, odoris fragrantissimi. 2. *Anthophylli*, iidem fructus sunt, jam maturi, oblongi clavi instar nigricantes, prioribus similes, sed crassiores & tumidiores, sub cortice duriusculo granum oblongum fuscum includentes. Eligendi sunt *Caryophylli* suave-fragrantes, oleosam quandam humiditatem premendo exhibentes. *Anthophylli* raro in Officinis nostris inveniuntur. *Vires.* Cardiacum, Cephalicum, ac Stomachicum insigne exhibent, calfaciunt, siccant, & discutunt. Hinc profunt in Lipothymia, Odontalgia, cruditate Ventriculi, Vertigine; arcent quoque Morbos malignos, uterinos, &c. *Schrod.*

A. 2. *Cassia Caryophyllata*, *Offic.* *Cassia Caryophyllata*, *Cortex Caryophylloides*, *Mont. Exot.* 8. *Caryophyllus folio & fructu rotundo*, *Breyn. Prod.* ii. 26. *Caryophyllus aromaticus* fructu rotundo, *Caryophyllon* Pli-

nii, *C. B. Pin.* 411. *Jonsf. Dendr.* 176. *Caryophyllus aromaticus* Indiæ Occidentalis, foliis & fructu rotundis, dipyrenis seminibus fere orbiculatis, planis, *Pluk. Almag.* 88. *Phytog. Tab.* 3. *Amomum* quorundam, fortè *Caryophyllon* Plinii, *Ger. Emac.* 1610. *Amomum* aliud quorundam, & *Caryophyllon* Plinii Clusio suspicatum, *Park. Theat.* 1567. *Amomum* quorundam odore *Caryophylli*, *J. B. ii.* 194. *Raii Hist.* ii. 1507. *Xocoxochitl* seu *Piper Tavaſci*, *Hern.* 30. *Laet.* 277. *Piper Chiapæ*, *Redi Lat.* 132. *A. The Clove-berry-tree.* *Gal. Canelle Giroflée.* *G. Genagelde Canel.* *B. Genagelde Caneel.* In Insula Cuba, & alibi Indiæ Occidentalis copiose nascitur. *Usu.* Cortex tenuis, ex rufo ferrugineus, pelliculis suis exterioribus deraſis, & in modum tubuli convolutus; saporis est acris, pungentis, aromatici, odoris fragrantis ad *Caryophyllos* accedentis. Fructus hujus arboris prostant in Officinis pro *Carpobalsamo*, aliis *Amomo*, non sine errore; sunt autem *baccæ* rotundæ nigricantes, *Pipere* paulo majores, in summo umbilicatæ, includentes sub tenui pellicula & substantia fungosa duo semina nigra, saporis & odoris ad *Caryophyllos* accedentis. *Vires.* Cephalica, & Cardiacæ est, & cum *Caryophyllis* viribus convenit.

A. 3. *Pimenta*, *Offic.* *Piper Jamaicense* quibusdam, odoratum Jamaicense nostratibus, *Raii Hist.* ii. 1507. *Myrtus arborea* foliis Laurinis aromatica, *Transf. Philosoph.* N. 192. p. 462. *Cat. Jamaic.* p. 161. *Hist.* ii. 76. *Tab.* 171. *Raii Dendr.* 33. *Caryophyllus aromaticus Americanus*, *Lauri acuminatis* foliis, fructu orbiculari, *Pluk. Almag.* 88. *Phytog. clv.* *Tab.* 155. *Piper Caryophyllatum*, *Piper Jamaicense*, *Mont. Exot.* 9. *Cocculi Indi* aromatici, *Mus. Regiæ Societ.* A. *Jamaica Pepper*, or *All-spice.* *Gal. Poivre de la Jamaïque.* *G. Pfeffer von Jamaica.* *B. Peper van Jamaica.* In Insula Jamaicensi copiose provenit. *Usu.* Fructus immaturus, orbicularis, cortice fusco, rugoso, umbilicato, duos continens nucleos nigros, odore & sapore aromatico ad *Caryophyllos* accedente. *Vires.* Roborat cor, ventriculumque, utero confert, flatum dissipat, obstructions aperit, Urinam & Menses evocat, frigus pellit, Colicis & Iliacis capitulatur.

XX. De Lauro Tino.

NOtæ sunt, Flos monopetalos quinquepartitus; fructus Olivæ figurâ, magis acuminatâ, monospermus, cortice parum carnosus; semen pellucula cartilagineâ tectum, R. Meth. A.

A. *Laurus Tinus*, Offic. Ger. 1224. *Emac.* 1409. *Laurus Tinus*, *Laurus sylvestris*, *Chab.* 31. *Laurus Tinus Lusitanica* cæruleâ baccâ, *Park. Theat.* 206. *Laurus sylvestris Corni* fœminæ, foliis subhirsutis, *C. B. Pin.* 461. *Lauri Tini sylvestris* primum genus, *J. B. i.* 418. *Tinus prior*, *Clus. Hisp.* 80. *Tinus prior Clusii*, *Elem. Bot.* 479. *Tourn. Inst.* 607. *Boerb. Ind. A. ii.* 225. A. *Wild Bay.* Gal. *Laurier-tein.* G. *Portugalischer wilder Lorbeer-Baum.* B. *Wilde Laurier-boom.* *Lusitaniæ incola* est. *Julio & Augusto* floret. *Usu.* *Baccæ.* *Vires.* Intro assumptæ purgant deorsum non levi totius corporis perturbatione, *Park.* *Mezerionis* aut *Laureolæ baccæ* os & fauces inflammant.

XXI. De Perichlymeno odorato.

NOtæ sunt, Folia laurina, flos pentapetalos, albus, odoratus, in singulis pediculis bini, terni, quaterni vel plures; baccæ subvirides, multis seminibus angulosis Uvarum vinaceis similibus refertæ.

A. *Cortex Winteranus*, Offic. *Park. Theat.* 1652. *Cortex Winteranus*, *Cortex Magellanicus*, *Mont. Exot.* 8. *Cortex Winteranus acris* sive *Canella alba*, *J. B.* 460. *Cortex Winteranus Clusii*, *Chab.* 34. *Laurifolia Magellanica* cortice acris, *C. B. Pin.* 461. *Raii Hist.* ii. 1801. A. *Winters Cinnamon.* Gal. *Canelle blanche.* G. *Weisse Canel.* B. *Witte Kaneel.* In *Magellanica* abunde oritur. *Usu.* *Cortex crassus*, cannulatus, foris integumento cinereo, inæquali, fissio & multis rimis hiante, obductus, intus solidus, densus, ferrugineus, saporis acris, aromatici, odoris fragrantissimi. *Vires.* Calfacit, siccatur, Specificum est in *Scorbuto*, vomitiones reprimat, *Paralyfi* quoque medetur.

N. B. In *Officinis nostris* raro hic *Cortex* invenitur, in cuius loco *Pharmacopolæ nostri Canelle albe* corticem substituunt.

SECTIO QUINTA.

De Arboribus fructu calyculato.

Arborea & Frutices fructu calyculato voco, quorum fructus calyci insidet, acetabuli instar concavo.

Arbores & Frutices fructu calyculato, sunt vel eodem

- Monopyreno; nucleo
 - Integro, fructu per maturitatem
 - Humido, majore, foliis deciduis: *Sebestena.*
 - Sicco, folio
 - Integro, nuce fragili, tegumento exteriori lanuginoso, testam undique obducente: *Styrax*
 - Laciniato, seu anguloso, flosculis parvis, luteis, baccis parvis, nigricantibus, racematim congestis: *Saffafras.*
 - Digitato, *Cannabis æmulo*, flosculis in spicas congestis, viminibus lentis: *Agnus Castus.*
 - Bifido, tegumento exteriori tenuiore, foliis
 - Ex adverso binis, flosculis monopetalis in sex lacinias divisis, summos caules occupantibus: *Cinnamomum.*
 - Alternatim positis, floribus è foliorum sede convenientibus, *Campborifera arbor.*
- Tetrapyreno, floribus pentapetalis, foliis laurinis: *Canella alba.*

I. De Sebestena.

NOtæ sunt, Fructus carnosus per maturitatem niger, *Pruno domestico* similis, calyci acetabuli instar concavo insidens, unum nucleum in uno officulo compresso & aliquantulum rugoso continens.

A. *Sebesten*, Offic. *Mont. Exot.* 9. *Commel. Plant. Usu.* 89. *Sebesten*, *Myxa*, *Rand. Ind.*

82. Sebesten Officinarum, *Commel. Flor. Mal.*
 240. Sebestena, Myxa, five Myxara, *Ger.*
 1315. *Emac.* 1499. Sebestina domestica, *C.*
B. Pin. 446. *Hort. Amst.* i. 136. Myxos si-
 ve Sebesten, *Park. Theat.* 252. Myxa,
Boerb. Ind. A. ii. 246. Myxa domestica, *J.*
B. i. 198. Myxus, Myxa vel Myxaria, *Cbab.*
 12. Prunus Malabarica fructu racemoso, ca-
 lyce excepto, *Raii Hist.* ii. 1563. Prunus
 Sebestena domestica, *Jonsf. Dendr.* 85. Vidi-
 marum, *Hort. Mal.* iv. 77. *Tab.* 37. A. *The*
Sebesten. *Gal. Sebeste.* G. Brust-beerlein. B.
Borst-pruimen. In Aegypto & Asia crescit. Ve-
 re floret. Autumno Fructus maturat. *Usu.*
 Fructus, domesticis Prunis similes, nigrican-
 tes, includentes, sub pulpa carnosâ, mellea,
 dulci, ossiculum. *Vires.* Sebesten inter cali-
 ditatem ac frigiditatem temperata sunt, hume-
 ctant, emolliunt, acrimoniam humorum ob-
 tundunt. Usus præcipuus in Catarrhis acribus,
 Urina acri, Febribus biliosis, alvi obstructione:
 Summatim ut figura, ita & viribus Pruna Da-
 mascena æmulantur, *Schrod.*

II. De Agno Casto.

Folio digitato, Cannabis æmulo, seminibus ro-
 tundis, nudis, monococcis, viminibus lentis
 ab aliis distinguitur.

A. Agnus castus, *Offic.* Agnus ca-
 stus, *Hort. Monsp.* 7. *Cbab.* 63. *Herm. Hort.*
Lugd. Bat. 11. *Mill. Cat.* 124. Agnus folio
 non serrato, *J. B. i.* 205. *Raii Hist.* ii. 1696.
 Vitex, Agnus castus, *Rand. Ind.* 94. Vitex,
Rivin. Rupp. Flor. Jen. 201. Vitex five Ag-
 nus castus, *Ger.* 1201. *Emac.* 1387. Vitex
 folio angusto, *Park. Theat.* 1437. Vitex fo-
 liis angustioribus, Cannabis modo dispositis,
C. B. Pin. 475. *Tourn. Inst.* 603. *Elem. Bot.*
 475. *Boerb. Ind. A. ii.* 222. A. *The Cbaste-*
tree. *Gal. Agnus-Castus.* G. Reusch-baum.
 B. Kuis-boom. In Italia, Sicilia, &c. oritur.
 Augusto floret. *Usu.* Flores, sed raro inve-
 niuntur, & Semen seu Grana rotunda Pipere
 minora, colore cinericeo nigricante, saporis
 acris subastringentis, exsiccantis. *Vires.* Cal-
 facit & ficit insigniter, discutit, Menses
 eiect, appetitus venereos cohibet, semen im-
 minuit, *Schrod.*

III. De Styrace.

Notæ sunt, Nux minor, subrotunda tegumento
 exteriori nuci arctè adhaerente, lanuginoso,
 folio arboris simplicis Cydoniæ, *R. Meth.* pag.
 36.

A. Styrax, *Offic. Mill. Cat.* 149. *Comm.*
Plant. Usu. 86. Styrax arbor, *Ger.* 1342.
Emac. 1526. *J. B. i.* 341. *Raii Hist.* ii.
 1680. *Cbab.* 73. *Pluk. Almag.* 358. Styrax
 arbor vulgaris, *Park. Theat.* 1530. Styrax fo-
 lio Mali cotonei, *C. B. Pin.* 452. *Tourn. Inst.*
 598. *Elem. Bot.* 472. *Boerb. Ind. A. ii.* 218.
Jonsf. Dendr. 126. *Breyn. 1 rod.* ii. 98. A.
The Storax-tree. *Gal. Storax.* G. Styrax-
 baum. B. Storax-boom. In Italia & alibi.
Usu. Resina duplicis generis in Officinis pro-
 stat, sicca & liquidus. Sicca Officinis Storax
 Calamita, *Rand. Ind.* 87. *Mont. Exot.* 11. est
 substantia resinosa, pinguis, ex flavo rubescens,
 in micæ variæ magnitudinis concreta, saporis
 subacris, resinosi, odoris fragrantissimi, ex
 trunco arboris sponte effluens.

N. B. 1. Pharmacopolæ nostrates magna
 impurissimum, variisque heterogeneis, ut pa-
 leis, pilis, furfuribus, scobe, mixtum (hinc
 fortè Styrax rubra nonnullis) pro Styrace ca-
 lamita in Officinis vendunt. 2. Occurrunt de-
 scriptiones medicamentorum, in quibus &
 Storax calamita & rubra distinctim præscri-
 buntur. In his igitur quid per Styracem cala-
 mitam à rubea distinctam intellectam velit *Ni-*
colaus, diversæ sunt opiniones: Sunt qui Thy-
 miama per Styracem rubeam innui volunt; a-
 lii Styracem optimam, quæ in grana confluit:
 Alii Styracem vetustate rubefactam esse con-
 tendunt. Celeberrimus *Commelinus* sic scribit:
 Resina est duplex, sicca & liquida, sicca du-
 plici nomine in Officinis prostat. Styrax Ca-
 lamita & rubra quæ paritate sola differunt.
Hoffmanno autem (cui & nos consentimus)
 idem sunt gummi, sed puritate differens, cala-
 mita enim de aliquali rubedine etiam partici-
 pat: Verum enimvero cum in præscriptioni-
 bus Medicis Styrax calamita occurrit, Styrax
 vel in granis, vel ex impuritatibus colata in-
 telligenda est; cum autem Styrax rubra, mag-
 ma illud Styracis impurissimum, quod in Offi-
 cinis nostris vulgò venditur. Præfertur pin-
 guis, lentus, fragmentis albicantibus rufescens,
 odore perseveranti, qui, dum mollitur, mel-
 leum liquorem reddit. 3. Storax liquida, *Offic.*

A. *Liquid Storax*. Gal. *Storax liquide*. G. *Weicher oder fließender Storax*. B *Vloeyende Storax*. Est liquor pinguis, melleæ & tenacis substantiæ, coloris fusci, aut ex fusco rubentis, odoris gravis, ex cortice arboris effluens. *Vires*. Calfacit, exsiccat, emollit, concoquit. Cephalicus imprimis est, & nervinus: Medetur Tussi, Catarrhis, Raucedini, &c. *Schrod.*

De Styraçe liquida magna inter Auctores dissensio est. Aliis videlicet nihil aliud est quam Staete, i. e. Myrrhæ colamen: Quod falsum esse inde constat, quod Myrrhæ lachrymæ ob substantiæ similitudinem in quovis aquoso liquore dissolvantur. Styraç autem liquidus minimè, sed in oleoso & pingui, ut aliæ resinae. Aliis factitium quid ex Styraçe calamita in oleo ac vino soluta, admistaque Terebinthina Veneta excocta, quæ decoctio, ubi refrixerit, Styraç liquida ad fundum secedere dicitur, ad superficiem mittens oleosam substantiam liquidiorē: Alii expressu idem moliantur: Aliis est Oleum ex nucleis arboris Storacifluæ expressum: Aliis fit per decoctionem corticis vel Arboris Styraçis, vel ut alii, Liquidambræ. *Hoffmannus* Styraçem calamitam & Liquidam idem esse gummi affirmat, sed puritate tantum differre. Hinc Liquida est optima. Verum quod in Officinis nostris pro Styraçe liquida venditur, omnino factitia res est, ut certior factus sum à Pharmacopolis variis Londinensibus. *Styraç Liquida vera* est visci aucuparii species ex cortice *Rosæ Mallos* in aqua marina cocta præparata, ut certior factus sum per amicum nostrum, D. *Jacobum Petiver* in *Act. Philof. Lond.* n. 313.

Qualis sit arbor *Rosæ Mallos*, cuique generi adscribenda, nos etiamnum plane fugit, ideoque quod insuper adjiciam nihil habeo, nisi quod in Insula *Cobro's* superiori Maris Rubri parte haud procul à *Cadesb*, quod iter trium dierum à *Sues* distat, nascitur. Utrum nomen *Cattar-mija* Turcis & Arabibus Arbor vel Viscum ex ejus Cortice facto indetur, adhuc incertum est. Hoc Viscum ad *Juddam* affertur, indeque Mense Junii vel Julii ad *Mocham*, ubi, pro bonitate venundatur à 60 ad 120 *Dollarias* nummos pro singulis vasculis, quæ 420 pondus continent. Optimum id est quod minimum luti aut pulvisculi habeat, quibus sæpe commiscetur, quæque facillime aqua marina abstergantur.

IV. De Sassafras arbore.

NOtæ sunt, Folia laciniata, flosculi lutei racematim congesti, fructus monoppyrenos per maturitatem niger.

A. Sassafras, *Offic. Ger.* 1341. *Emac.* 1525. *Park. Theat* 1606. *Raii Hist.* ii. 1568. *Jons. Dendr.* 218. *Rand. Cat.* 79. *Mont. Exot.* 7. Sassafras arbor, *Hern.* 61. *Chab.* 36. Arbor Sassafras Monardi, *Breyn. Prod.* i. 18. *Pluk. Phytog.* ccxxii. f. 6. Arbor sive Lignum Pavani, *J. B.* i. 483. Arbor ex Florida Ficulneo folio, *C. B. Pin.* 431. Cornus mas odorata folio trifido, margine plano, Sassafras dicta, *Pluk. Almag.* 120. Anhuiba sive Sassafras Brasiliensium, *Pison.* 145. A. *The Sassafras-tree*. Gal. *Sassafras*. G. *Genchelholz*. B. *Zassfras-bout*. In diversis regionibus Americæ nascitur. *Ufu*. Radix, ejusque Cortex; & sic describitur: Sub Cortice tenui, foras cinereo, intus ferrugineo, includens materiam ex rufo albicantem, lignosam, levem, & raram, saporis acris subdulcis & aromatici, odoris fragrantis. *Vires*. Calfacit, siccat, attenuat, aperit, discutit, sudores movet. *Ufus præcipuus* in omni morborum genere, præsertim obstructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in sterilitate emendanda & Venerea Lue curanda. Instar Panacæ in Catarrhis habetur, *Schrod.*

V. De Cinamomo.

DE Cassia, Cinamomo, quod & Canella dicitur, & Folio Malabathro, contrversæ occurrunt opiniones. Sunt enim qui inter se Cassiam ligneam & Cinamomum confundunt, & pro uno & eodem utrumque habent cortice, folisque nominibus differre, non re ipsa, statuunt: alii ex sola loci varietate ea distinguunt, non ex diversa specie arboris: alii ex una eademque arbore utrumque desumi volunt: Alii diversæ speciei arborum, quibus & nos consentimus, cortices faciunt, inter quos tamen maxima similitudo intercedit, atque idcirco primo in loco veram & genuinam arborem Canelliferam Zeilanicam vobis exhibuimus, cujus Cortex Officinarum Cinamomum est: secundo in loco Malabaricam & Javanicam, cujus cortex est illa Cassiæ lignæ species fistulosa, seu in fistulas convoluta, in

Offi.

Officinis frequentissima; cujus folia, ut & Cinamomeæ arboris veræ pro Malabathro seu folio Indo vulgo venduntur. Tertia nostra Cassiæ lignæ etiam species est in Officinis non raro venalis. Quarta, quam pro Folii Indi legitimi planta habemus, Potamogetonis seu Lentis palustris species non est, ut *Dioscorides* tradit, sed hæc ipsa arbor: cujus folia, cum in Officinis nostris raro inveniuntur, Cinamomi & Cassiæ lignæ folia pro iis (ut diximus) plerumque venduntur, idque fortasse absque ullo saltem insigni errore, cum omnes, ut diximus, Canelliferarum arborum species sint.

Notæ sunt, Glans nuciformis calyculata, nucleo bifido, calloso, duro ac pingui, cortice integro admodum fragili, calyce concavo.

A. 1. Cinamomum, *Offic. Park. Theat.* 1579. *Comm. Plant. Usu.* 77. Cinnamomum Zeylanicum, Cassia Cinnamomea, Canella, *Mont. Exot.* 8. Cinamomum sive Canella Zeilanica, *C. B. Pin.* 408. *Raii Hist.* ii. 1561. Laurus Zeilanicus baccis calyculatis *Hermani, Ejusd.* Cassia Cinnamomea, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 129. *Pluk. Almag.* 88. Laurus Ceylanica glandifera, folio trinervio optimum & legitimum Cinamomum ferens, *Mus. Zeylan.* 12. Canella, *Ger.* 1349. *Emac.* 1532. Canella sive Cinamomum vulgare, *J. B.* i. 440. Cinamomi vel Canellæ arbor, *Cbab.* 33. Canella, Cuurdo, & Cassia vulgaris, *Pis. Mant. Arom.* 165. Arbor Canellifera Zeylanica, cortice acerrimo seu præstantissimo, qui Cinamomum Officinarum, *Breyn. Prod.* ii. 17. Kurudu, *Herm. Mus. Zeyl.* 12. Kurundu, *Ejusd.* 37. A. The true Cinamon-tree. *Gal. Canellier.* G. Canel-Baum. B. Kaneel-boom. *Usu.* Cortex tenuis, cannulatus, ab exteriori pellicula purgatus, ex flavo rubescens, seu ferrugineus, saporis acris, pungentis, subdulcis & aromatici, odoris fragrantissimi. Probatum subrubrum odoris fragrantissimi, saporis subastringentis & acris. Ex Insula Zeylanica Indiæ Orientalis ad nos transportatur. *Vires.* Calfacit, siccatur, aperit, discutit. Menses & partum accelerat, omnia viscera spiritusque singulos recreat, concoctiones juvat. Hinc usus ejus frequentissimus est in virium imbecillitate, Lipothymia, capitis, ventriculi, & uteri affectibus frigidioribus, *Schrod.*

A. 2. Cassia lignea, *Offic. Hern.* 35. Cassia lignea Officinarum, *Park. Theat.* 1580. Cassia vulgaris Calibacha dicta, *Pis. Mant. A.* 165. Cassia Malabarica, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 130. *Comm. Flor. Mal.* 73. Cinamomum sive Canella Malavarica & Javanen-

sis, *C. B. Pin.* 409. *Raii Hist.* ii. 1560. Canella Malavarica & Javenfis, *Jonsf. Dendr.* 1641. Arbor canellifera Malabarica, cortice ignobiliore, cujus folium Malabathrum Officinarum, *Breyn. Prod.* ii. 18. Cinamomum Malabarium, Canella Malabarica, *Mont. Exot.* 8. Carva, *Hort. Mal.* i. 107. *Tab.* 59. A. The Cassia Lignea-tree. *Gal. Cassia lignea.* G. Weutter-Zimmet oder Cassien richender-Baum. B. Kassie, (een soort van Kaneel-boomtje.) *Usu.* Cortex Cinamomi in modum cannulatus & contortus ab exteriori pellicula etiam purgatus, odore & sapore debiliore magisque glutinoso. Ex Insula Malabar, Java, &c. adferitur. *Vires.* Quales Cinamomi, sed longè debiliores, nec adeò diu durantes.

A. 3. Cassia lignea communis, *Pharmacopolis.* Cassia lignea fusca aromatica, *C. B. Pin.* 409. Cassia lignea fusca aromatiçi & glutinosi saporis, *J. B.* i. 451. Cassia, Canella, *Cbab.* 33. Arbor canellifera Indica, cortice acerrimo, viscido seu mucilaginoso, qui Cassia lignea Officinarum, *Breyn. Prod.* ii. 17. A. The common Cassia Lignea-tree. *Gal. Commun Cassia lignea.* G. gemein Cassien richender-Baum. B. gemeene Kassie. *Usu.* Cortex est Cinamomo crassior, odore & sapore debilior, colore rubicundior, substantia durior, & ex pellicula sua exteriori etiam densus. Hic cortex ex India Orientali transportatur, & in Officinis nostris frequens reperitur.

A. 4. Folium Indum seu Malabathrum, *Park. Theat.* 1584. Folium Indum Malabathrum, *Mont. Exot.* 8. Malabathrum sive Folium Indum, *Cbab.* 33. Malabathrum & Folium Indum Officinarum, *J. B.* i. 430. Tamalapatra, *Ger.* 1315. *Emac.* 1534. Tamalapatrum sive Folium, *C. B. Pin.* 409. Canella sylvestris Malabarica, *Raii Hist.* ii. 1502. *Comm. Flor. Mal.* 68. Canella arbor sylvestris, *Munting.* 120. Canella sive Cinamomum vulgare crassiore cortice, *J. B.* i. 451. *Cbab.* 34. Katou-Karva, *Hort. Mal.* v. 105. *Tab.* liii. Pseudo-cassia Dioscoridis, *Jonsf. Dendr.* 162. Pseudo-cassia sive cinamomum vulgare crassiore cortice, *J. B.* i. 451. Canella seu Cinamomum vulgare crassiore cortice, *Cbab.* 34. *Raii Hist.* ii. 1562. Cinnamomum seu Cassia crassior, Pseudo-cassia, *C. B. Pin.* 409. Cinnamomum crassiore cortice, *Ejusd.* A. Indian Leaves. *Gal. Feuille Indienne.* G. Indianische Blatt. B. Indiaanse blat. *Usu.* Folia oblonga, acuminata, densa, & glabra, à pediculo ad apicem tres nervi discurrentes, odore grato. Eligenda sunt recentia, viridiuscula. *Vires.* Iisdem facultatibus pollent, quibus

bus Spica-nardi, sed fortioribus: urinam movent, *Schrod.*

VI. De Camphora.

Camphoriferae arboris Notae sunt, Glans nuciformis calyculata, nucleo bifido, calloso, duro, ac pingui, cortice, & putamine integro, fragili, calyce concavo. Flores ex foliorum sede provenientes: Folia alterna sempervirentia, Breyn. 2. P.

A. 1. Arbor camphorifera Japonica, Breyn. Cent. ii. Prod. i. 4. Raii Hist. ii. 1679. Camphorifera, Rand. Ind. 19. Arbor Camphorifera Japonica, foliis laurinis, fructu parvo, globoso, calyce brevissimo, Breyn. Prodr. 16. Laurus camphorifera, Kempb. Amoen. Exot. 770. Camphorifera arbor, ex qua Camphora Officinarum, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 113. Camphora Officinarum, C. B. Pin. 500. Camphora, Park. Theat. 1575. Mill. Cat. 127. Camphura, quæ Salicis folio dicitur, J. B. i. 338. A. The Camphire-tree of Japan. Gal. Arbre donnant le Camphre de Japon. G. Campher-Baum. B. Kampher-boom.

A. 2. Arbor camphorifera, Sumatrana Grimmii, Raii Hist. ii. 1679. Camphora Grimmii, Ephem. Germ. An. xi. Obs. 153. p. 357. Camphorifera Sumatrana, foliis Caryophylli aromatici longius mucronatis, fructu majore, oblongo, calyce amplissimo Tulipæ figuram quodammodo repræsentante, Breyn. Prod. ii. 16. Camphora arbor Sumatrana, seu Rhyne, ejusd. Prodr. i. 4. A. The Camphire-tree of Sumatra. Gal. Arbre donnant le Camphre de Sumatra. G. Campher-Baum von Sumatra. B. Campher-boom van Sumatra. Camphora, Offic. Camphora, Camphura, Mont. Exot. 11. Chab. 74. A. Camphire. Gal. Camphre. G. Campher. B. Campher. Est substantia candidissima, falis vel nitri instar, pinguis, & oleosa, in panes fusiles ingentes coacta importatur, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis, & gravis.

Camphora ex hujusce arboris radicibus extrahitur, quæ, in particulas conscissæ, & in ahenum conjectæ, operculo ima parte lato, & in acumen fastigiato conteguntur. Inde ahenum supra ignem posito, Camphora ascendit, & operculo adhærescit. Camphora primò sordidi, & subalbidi coloris est, valdeque fæculenta, postquam verò in Hollandiam exportatur, ignis vitrorum ope fit pellucida. D. Josephus Millerus in suo *Lotanico Officinali*, p. 105. præ-

ter hæc addit, aquam radicibus esse admiscendam, & operculum aheni stramineum esse. Hic, uti etiam Kempberus, putat arborem esse bacciferam, ideoque à Cinamomo diversum, à cortice cujus radicibus camphora extrahi dicitur. *Vires.* Resistit putredini, ac venenis, unde frequens ejus usus est in peste, malignisque morbis, & febribus putridis; inter fortissima enim Alexiteria non immerito numeratur. Suffocationi uterinæ subvenit. Usus externus crebrior est in Epithematis. Calida sit, an frigida, non convenit inter medicos. Vetusiores frigidam esse statuunt; eo argumento, quod Venerem extinguat, & libidinem compe scat, hinc versiculus:

Camphora per nares castrat odore mares.

quodque opthalmiis, & oculorum inflammationibus, tum etiam ambustis imposita, nivis frigiditatem referat, & tandem quod somnum inducat. Sed hæc observationes omnes ex falsa hypothesis oriundæ videntur; nam Ruta & Vitex (idoneis auctoribus attestantibus) Venerem etiam extinguunt, & tamen non sunt frigida complexionis: At nec Venerem arcere concesserit Jac. Breynius, in Cent. p. 14. Siquidem observatum plurimos Camphoram quotidie purificantes, tamen fæcundos & multâ atque copiosâ sobole fælices existere. Recentiores, quibus & nos consentimus, è contrario calidam affirant, quorum argumenta, inflammabilitas eximia; odor aromaticus penetrantissimus, ac sapor acris, & pungens, facilis evanescentia ob partium tenuitatem.

VII. De Canella alba.

Foliis laurinis, floribus pentapetalis coccineis vel purpureis, baccis calyculatis tetrapyrenis à reliquis differt.

A. Canella alba, Parkinson. Theat. 1581. Raii Hist. ii. 1802. Canella alba quorundam, J. B. ii. 461. Cinnamomum five Canella tubis minoribus alba, C. B. Pin. 409. Cassia lignea Jamaicensis, cortice acri, candicante, Pluk. Phytog. lxxxi. Cassia lignea laurifolia Americana, cortice albo, valde acri & aromatico, Pluk. Almag. 89. Tab. 81. Arbor baccifera, laurifolia, aromatica, fructu viridi, calyculato, racinoso, Philosoph. Transact. N. 192. p. 465. Cat. Jam. 165. Sloan. Hist. ii. 87. Tab. 191. Canella Cubana, Fons. Dendr. 165. Arbor Jucadice, Nieremb. 294. Arbor, cujus cortex Gingiber æmulatur, Laet. 24. A. Toe Wild Cinnamon-tree. Gal. Canelier sauvage. G.

G. Wilder Zimmet-Baum. B. Wilde Kaneel-boom. In Insula Jamaicensi, & alibi. Ufu. Cortex in oblongos tubulos convolvitur, ab exteriori cortice purgatus, tam extus quam intus exalbidus, Cinnamomo crassior, & lenior, sapore acri, aromatico, odore fragranti. In Officinis nostris pro Cortice Winterano non infrequens venditur, cui viribus respondet, & pro succedaneo ejus non immerito usurpari potest.

SECTIO SEXTA.

De Arboribus Pruniferis.

Arborea Prunifera voco, quæ fructus majores proferunt ossiculum intus unicum, pericarpio seu pulpâ etiam per maturitatem humidâ undique cinctum continentes, R. H. p. 1512.

Arbores Pruniferae sunt vel fructibus
 { Solitariis, seu in singulis pediculis singulis, quæ vel sunt pediculis
 { Brevissimis, fructu vel
 { Compresso seu pulvinato, ossiculo
 { Lævi aut æquali; folio rotundiore: *Malus Armeniaca*.
 { Inæquali, sulcis aut scrobiculis exarato; folio
 { Simplici,
 { Longo, ferrato, ossiculo
 { Rotundiore, rugis scabro, fructus pulpâ copiosiore, molliore, & esculento: *Malus Persica*.
 { Productiore, & scrobiculis exarato, pulpâ per maturitatem sicciore: *Amygdalus*.
 { Subrotundo, ferrato: *Tacamahaca*.
 { Pinnato, fructuque oblongo, viridi: *Ebenus*.
 { Rotundiore, & minus compresso.
 { Glabro, nucleo aromatico, venis flavis, rubentibus, vario, triplici putamine tecto: *Nux Moschata*.
 { Pilofo, foliis citrinis: *Arbor Benzoinifera*.

a b Paulo productioribus, flore
 { Albo speciosiore, ossiculo fructus compresso, crasso, ac duro
 { Minus, pulpâ molli: *Prunus*.
 { Magis, fructu etiam costis aliquot elatis anguloso: *Myrobalanus*.
 { Luteo aut herbido minus pulchro, ossiculo duriore, arbore ipsa
 { Non spinosa, fructu tereti, oblongo, valde acido, ossiculo etiam tereti, durissimo: *Cornus*.
 { Spinosa, foliis trinerviis, per ambitum serratis: ossiculo scabro: *Jujuba*.
 { Longissimis in hoc genere, fructu brevior, & ad basin latiore, rotundior, & quàm sint Pruna, & ossiculo pariter brevior, ac tumidiore: *Cerasus*.
 { Racemosis aut confertim nascentibus, ossiculis monospermis, fructu nudo, ossiculo
 { Fragili; fructu ipso pruniformi, liquore pingui, Oleo dicto, scatente, foliis salignis subtus incanis, perpetuis, ossiculo fructus durissimo, scabro: *Olea*.
 { Lento & ligneo, fructu ipso seu
 { Cordiformi, foliis etiam geminatis, glabris, flosculis tetrapetalis: *Anacardium*.
 { Pyriformi, ossiculo etiam reniformi summo fructui innascente, foliis singularibus, flosculis pentapetalis *Acajou*.

I. De Malo Armeniaca.

Notæ sunt, Folia lata, glabra, *Populum nigram* referentia: ossa plana & lævia.

A. Armeniaca Malus, Præcocia, Offic. Armeniaca Malus major, Ger. 1260. Emac. 1448. Armeniaca, Malus Armeniaca, Mont. 37. Malus Armeniaca major, Park. Parad. 579. Jonsf. Dendr. 74. Armeniaca Mala majora, C. B. Pin. 442. J. B. i. 167. Rai Hist. ii. 1514. Mala Armeniaca, Chab. ii. Armeniaca fructu majori, nucleo amaro, Tourn. Inst. 623. Elem. Bot. 495. Armeniaca Malus fructu majori ex luteo rubescente, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 59. Boerb. Ind. A. ii. 242. A. The Apricot-tree. Gal. Abricotier. G. Appricosen-Baum. B. Appelcosen-boom. In hortis, & viridariis colitur. Ufu. Fructus in culinis; in medicina enim raro occurrat.

II. De Malo Persica.

Foliis longis angustis; fructus officulo rugis & sulcis profundioribus exarato à reliquis differt, R. H. 1514.

A. Persica Malus, Offic. Ger. 1258. Emac. 1447. Park. Parad. 580. J. B. i. 157. Raii Hist. ii. 1515. Chab. 11. Persica vulgaris, Mill. Cat. 141. Persica, Malus Persica, Mont. 49. Persica molli carne, &c. C. B. Pin. 440. Tourn. Inst. 624. Elem. Bot. 496. Boerb. Ind. A. ii. 243. Malus Persica fructu molli, Jonsf. Dendr. 71. A. The Peach-tree. Gal. Pelscher. G. Pfirschen-Baum. B. Perzik-boom. In hortis colitur. Martio floret. Septembri fructus perficitur. Ufu. Folia, flores, & fructus. Vires. Folia & flores calfaciunt, siccant, absterunt. Usus præcipuus (florum) lumbricis infantum, in alvi laxatione, mesenterii obstructione, seri purgatione, & similibus. Fructus refrigerat, & humectat; nutrimenti sunt pauci, facillèque putrescunt, Schrod.

III. De Ebeno.

Foliis juglandinis, sed paulo minoribus, præsinum colorem referentibus; fructu oblongo, viridi, Persicæ fructus æmulo, ab aliis differt.

A. 1. Ebenus, Offic. C. B. Pin. 448. J. B. i. 394. Raii Hist. ii. 1805. Jonsf. Dendr. 423. Chab. 30. Ebenus lignum, Ind. Med. xlvii. A. Ebony. Gal. Ebene. G. Eben-holz-Baum. B. Ebben-bout-boom. Ufu. Medulla ligni durissima, nigra. Vires. Ebenus, consentiente veterum testimonio, oculis utilis est. Scobem ejus oculis unice mederi dicunt, lignoque ad cotem trito cum passo caliginem discutit, Plin. In convulsione flatulenta valet, inquit Zac.

A. 2. Alcoa arbor Populnea fronde, tota argentea, quinque capsularis, seu Ebenus viridis ex Insula S. Helena, ubi ab Anglis illic degentibus, A. Black-wood, and Ebony. Gal. Bois noir, ou Ebene. G. Schwarzk Holz oder Eben-Holz. B. Zwart Ebben-bout. i. e. Lignum Nigrum, & Ebenus nominatur, Raii Hist. iii. 520. Et revera est Ebenus genuina Indorum, ut ex aliorum fide dignorum relatu nobis scribit D. Raius, serio affirmabat insignis ille Botanicus D. Car. Du Bois.

Quid sit Ebenus antiquorum hodie contro-

vertitur, alii enim Palmæ, alii Guajaci, alii Cytisi speciem esse autumant: duæ autem ligni species in fabrorum lignariorum, aliorumque mechanicorum officinis inveniuntur, videlicet: una ex India Orientali, observante Helbigio, allata, & hoc in loco à nobis exhibita: altera Americana arbor, filiquosa, ut nos monuit eruditissimus ille Botanicus D. Hans Sloan. Baronettus, M. D. quæ cum nullius in medicina usus sit, de ea plura dicere superse-
deo.

IV. De Tacamahaca.

Foliis crenatis Populo non dissimilibus, fructu nucleo Persico simili, ab aliis differt.

A. Tacamahaca, Offic. C. B. Pin. 503. Park. Theat. 1608. Cluj. Exot. 298. Chab. 74. Mont. Exot. 11. Raii Hist. ii. 1846. Tacamahaca Populo similis, fructu colore Pæoniæ simili, J. B. i. 346. Tacamahaca foliis crenatis, Sadelhouts Lignum ad ephippia conficiendum aptum, Parad. Bat. Prod. 379. Pluk. Almag. 360. Phytog. cccxxviii. f. 2. Tecamahaca, L. ern. 55. A. Tacamahac-tree. Gal. Arbre donnant la gomme Tacamaque. G. Sattel-Holz. B. Zadel-boom. Ufu. Gummi seu Resina; substantia est resinosa, arida, nunc rufo, nunc flavo nigricans, in glebas compacta, saporis aromatici, resinosi, odoris fragrantis. Vires. Calfacit, siccant, validæ astrictionis particeps, digerit, resolvit, maturat, tumores emollit; dolores, ac flatus discutit: Uterina imprimis est, nervina, ac cephalica. Usus præcipue externus est, &c. Schrod. Adeo celebris est apud Indos, ut ad qualemcunque dolorem adhibeatur, Monardes.

V. De Amygdalo.

A Persica, cui aliàs persimilis est, differt pulvinato fructus callo minus spisso, & per maturitatem sicciore, officulo longiore lævi, & scrobiculis insculpto, R. H. p. 1519.

Amygdalus, Amara, & Dulcis, Offic. J. B. i. 174. Mont. 36. Jonsf. Dendr. 122. Amygdalus sativa, C. B. Pin. 441. Raii Hist. ii. 1519. Elem. Bot. 497. Amygdalus sativa fructu majore, T. Inst. 627. Boerb. Ind. A. ii. 245. Amygdalus, Chab. 12. Ger. 1256. Emac. 1445. Parkinsf. Theat. 1515. A. The Almond-

Almond-tree. Gal. *Amandier.* G. *Mandel-Baum.* B. *Amandel-boom.* Regionibus calidis delectatur. *Ufu.* Nuclei, qui multum inter se differunt; alii enim sunt amari, alii dulces; apud nos maxime æstimantur Amygdala Jordanica, quæ majora sunt, & longiora, & angustiora. *Vires.* Dulces, nutritivæ sunt, temperatæ, calidæ, & humidæ, humorum acrimoniam lenientes, & hinc dolorem & vigilias ab acrimonia oriundas, demulcentes. *Amaræ* sunt calidæ, & siccæ; attenuant, aperiant, extergunt; diureticæ sunt; obstructioni jecoris, lienis, mesenterii, uterique conferunt. Extrinsecus lentigines tollunt, *Schrod.*

VI. De Nuce Moschata.

A Reliquis bujus generis distinguitur, triplici fructus integumento, nucleo ovato, exterius rugoso, pulpâ interiore venis flavæ rubentibus varia, aromaticâ, R. Meth. A. p. 1522.

A. Nux Moschata, *Offic.* Ger. 1353. *Park. Theat.* 1600. *Raii Hist.* ii. 1522. *Chab.* 17. Nux Moschata rotunda, sive fœmina, *Ger. Emac.* 1536. Nux Moschata, sive rotunda, *Breyn. Prod.* ii. 77. Nux Moschata fructu rotundo, *C. B. Pin.* 407. *Pluk. Almag.* 265. *Phytog.* ccix. f. 1. *Jonsf. Dendr.* 158. Nux Moschata, Nux Myristica, Nucifla, *Mont. Exot.* 9. Nux aromatica vulgo Moschata, *J. B. i.* 265. Pala, *Pis. Mant.* A. 173. A. *The Nutmeg-tree.* Gal. *Muscadier.* G. *Muscate-nuß-Baum.* B. *Muscate-noten-boom.* In Insula Banda crescit. *Ufu.* Nucleus, Macis, *Offic.* *Mont. Exot.* 9. Bongo-Pala, *Pis. Mant.* A. 173. seu involucri secundum, putamen durum quasi reticulo includens, & fructus integri, conditi. Eligendus nucleus recens, gravis, pinguis, & qui acu punctus succum oleosum emittit. Macis probatur odore suavi, sapore subacri, colore rubescente. *Vires.* Nucleus calcificat, & siccat, substringit; stomachicus est, cephalicus, uterinus; discutit flatum, coctionem juvat, halitum foetidum oris emendat, foetum recreat, lipothymia ac palpitationi cordis succurrit, lienem minuit, alvi fluores compescit, vomitum sistit. Maci eadem vires adscribuntur, quia tamen partium tenuiorum existit; ideo & operando efficacior, & magis penetrans habetur, *Schrod. Præp.* in officinis pharmacopolarum frequenter venduntur. 1. Conditæ Noces Moschatae,

A. *Preserved Nutmegs.* Gal. *Noix de Muscades confites.* G. *Eingemachte Muscaten.* B. *Confyte Noote muscaat.* Condiuntur virides, integræ, ut juglandes, conditæque, ad nos transportantur. 2. Oleum Nucis Moschatae per expressionem, Macis vulgo, A. *Oil of Mace by Expression.* Gal. *Huile de Macis par expression.* G. *Muscate-nuß Oehl.* B. *Oly van Noote Muscaat, of van Macys.* in Anglia dictum, nihil aliud est quam Oleum Nucis Myristicæ per expressionem elicatum. Optimum ex India Orientali mittitur in ollis [Fars] Porcellensis, consistentiæ crassæ, pinguis; coloris Macis, & odoris fragrantis. Hoc in officinis pharmacopolarum minus frequens est quam species quædam ex Hollandia advecta in massis seu laterculis quadratis, consistentiâ duriore, colore pallidiore, & odore remissiore, priori bonitate multum cedens.

Verum seu genuinum Macis Oleum per expressionem in Indiis Orientalibus è Maci recenti fit; unde ad nos in vasis & ampullis vitreis adfertur, sed in officinis nostris raro invenitur. Est autem liquidum, colore rubente, odore Macis valido, sapore subacido, imò parte ad fundum tantillo crassiore quam suprema.

Invenitur etiam apud pharmacopolas nostras Olei Macis communis titulo (Unguenti Macis nonnullis dicti) A. *Common Oil of Mace.* Gal. *Huile de Macis commune.* G. *gemein Muscaten-nuß Oehl.* B. *gemeen Macys Oli, Oli van Foely.* oleum, vel potius unguentum quoddam factitium, ex Sebo ovino, Palmæ oleo, aliisve ejusdem farinae simplicibus, Nucis Myristicæ Oleo delibutum, & coloratum, vilis pretii, & viribus præcedenti multò inferior.

VII. De Arbore Benzoinifera.

Foliis Citrinis, fructuque compresso piloso à reliquis differt.

A. Benzoin, Benzoinum, *Offic.* Benzoin, *Comm. Plant. Usual.* 87. *Park. Theat.* 1572. *Boerb. Ind.* A. ii. 259. Benzoin, Afa dulcis, *Mont. Exot.* 11. Benzoinum Officinarum, *Jonsf. Dendr.* 355. *C. B. Pin.* 503. *Raii Hist.* ii. 1845. Benjoinum, *Chab.* 74. Benjoinum, cujus arbor, folio Citri, *J. B. i.* 328. Arbor Benzoini Grimmi, *Ephem. Germ. A.* xi. 376. f. 31. Arbor Virginiana Pisaminis folio baccata, 16. Arbor Virginiana Pisaminis folio baccata, Benzoinum redolens, *Pluk. Almag.* 42. *Phytog.*

Tab. 139. f. 3. & 4. Arbor Virginiana Citriæ vel Limoniæ folio Benzoinum fundens, *Hortus Amstel.* i. 187. f. 97. Benjui Garziæ, *Clus. Exot.* 155. A. *The Benjamin-tree.* Gal. *Arbre donnant le Benjoin.* G. Benzoin-baum. B. Benzoin-boom. In India Orientali oritur. *Ufu.* Resina arida, & indurata, ex variis splendentibus micis, modo flavescentibus, modo albescentibus, seu ex variis frustulis diversorum colorum in massam coacta, saporis resinosi, ac pinguis, odoris fragrantis, ac suavis. Triplex in Officinis reperitur, 1. *Amygdaloides*, in Siam & ejus contermina Mirtaban proveniens. 2. *Nigrius*, in Java & Sumatra inventus. 3. *Nigrum* in Sumatræ provincia profluens. *Grimmius* autem duplex semper gummi ex iisdem arboribus haberi asserit; primum quod eleganter album, & flavum est; secundum crassius, subfuscum, durum, quod recrementa habet admixta. Præfertur Amygdaloides, quod maculas candidas Amygdalarum instar refert. Optimum censetur pellucidum, suavissimè spirans, nec heterogeneis inquinatum. *Vires.* Calfacit, & siccat, incidit, attenuat; pulmonicum est. *Ufus* præcipuus intrinsecus in affectibus pulmonum catarrhosis, tussi, asthmate. Extrinsecus in cerebro per sternutationem expurgando, in odontalgia masticando, in tuberculis, ac rubore faciei extergendo, &c. *Schrod.* E quanam arboris aut plantæ specie Benzoinum colligitur, non levis est controversia inter Botanicos.

Veteribus Græcis, & Arabibus ignotum fuisse, ostendit *Garzias ab Horto*, & quod Imperatoriæ, vel Angelicæ gummi non sit contra *Ruellium*, disputat: At neque Afam dulcem (sub quo nomine in Officinis nonnullis recipitur) seu Laser esse, hoc est, Laserpitii succus, ut multi opinati sunt, probat *Hoffmannus*, sed ex arboribus quibusdam coalita, ut testantur fragmenta ramulorum ligneorum, & corticum admista. *Bontius* stirpem Benzoinum fundentem, sarmentosam esse scriptum reliquit, Smilaci asperæ, aut Sarzaparillæ similem, brachii crassitudine; quæ *Garzias ab Horto*, & *N. Grimmio*, qui, in India Orientali diu vixit, contrariatur. Hi enim Arborem Benzoiniferam proceram, grandem, speciosam esse affirmant. Verùm *Grimmius* Indiarum incolas non permittere ait, ut hæc arbores adolescant, aut omnino crescant ultra sexennium, verum tunc temporis eas ut inutiles excindere; additque, fructum pilosum esse, magnitudine Nucis Avellanæ, Moschatæ

tamen similem; qua de causa eam hoc in loco disposui.

VIII. De Nuce Virginiana.

Foliis Laurinis seu glabris & splendentibus; fructu parvo, turbinato, pulpam paucam continente, à reliquis Pruniferis differt.

A. Nux Virginiana, *Offic.* Prunifera vel Nucifera seu Nuciprunifera arbor Americana præcella, angustis Lauri foliis latè virentibus, Mastichen odoratum fundens, *Pluk. Almag.* 307. *Phytog.* ccxvii. Tab. 217. Fig. f. 5. *Cat. Fam.* 180. *Sloan. Hist.* i. 40. *Rai Dendr.* 44. A. *The Virginia-Nut.* Gal. *Noix de Virginie.* G. *Virginianische Nuss.* B. *Virginiaan-se Noot.* In Insula Barbados reperitur. A. *Mastick of Ligon.* Gal. *Mastic.* G. *Mastic.* B. *Mastick.* 14, 73. *Ufu.* Ossiculum nuclei Avellanæ magnitudine circiter & figura est, glabrum, colore fusco cum hilo prope alterum extremum, durum ossiculum continens nucleo intus albo, globulari, sapore amariuscule, eoque & odore aromatico. *Vires.* Obstructiones hepatis potenter reserat, totamque sanguinis massam depurat, & scorbuticum, malumque habitum corporis emendat, volatilibus illis salibus vitalem hunc liquorem imprægnando, quæ eum evanidum & languescentem ad puriorem, spirituosiores statum restituant, adeoque à fixatione eum præservant. Cutem etiam à maculis, aliisque impuritatibus liberat, *Marl. Obs.*

Paradoxum alicui fortasse videre possit, quod ego fructum hunc pro *Marlowii* Nuce Virginiana exhibere, cum rusticus ille medicus, qui primus virium ejus descriptionem ad D. D. *Croon* transmisit, affirmet eum fructum esse *Locus* arboris, quæ *Gummi Animæ* præbet. De quo *Gummi* superius tractavi in libro meo priore. Cui respondeo; cum D. *Marlow* primus fuerit, qui observationem hanc publicavit; concedendum est, verissimum esse illum quid nomine illo intelligeret, omnium optime novisse; ideoque, cum fructum illum hoc titulo propriâ ipsius D. *Marlow* manu subscriptum apud D. *Finch* invenerim, non veritus sum eum absque omni scrupulo hic collocare. Præterea addi potest, quod cum hæc etiam arbor gummi præbeat *Animæ* non absimilem, occasionem errandi medico prædicto potuerit subministrare.

IX. De Pruno.

Foliis deciduis, floribus albis, speciosis, officulo fructus compresso, & minus crasso, ac duro, pulpa molli à reliquis differt.

A. 1. *Prunus Damascena*, Offic. *Prunus fructu magno, dulci atro-cæruleo*, Tourn. Inst. 622. Elem. Bot. 494. Boerb. Ind. A. ii. 241. *Pruna magna, dulcia, atro-cærulea*, C. B. Pin. 443. *Pruna atro-cærulea*, Theocrito Barbyla, aliis *Damascena* dicuntur, Jonsl. Dendr. 77. A. *The Damask Prune*. Gal. *Prune de Damas*. G. *Zwetschen-Baum*. B. *Pruimen van Damask*. In Syria crescit. Usu. Fructus, seu *Pruna magna, dulcia, atro-cærulea, nucleo longo, & plano, quæ ex Syria ad Venetias sicca adferuntur. Palma datur Damascenis, sed in officinis nostris raro inveniuntur, earum autem loco Gallica usurpantur. Vires. Pruna naturâ refrigerant, & humectant, laxant; acrimoniam humorum obtundunt; linguam humectant; sitim mitigant*, Schrod.

A. 2. *Rhamnus niger*, *Offic.* *Rhamnus niger* *Theophrasti*, *Park. Theat.* 1007. *Raii Hist.* ii. 1593. *Rhamnus tertius* *Clusii*, *Ger.* 1152. *Emac.* 1334. *J. B.* i. 34. *Chab.* 50. *Rhamnus tertius*, flore herbaceo, baccis nigris, *C. B. Pin.* 477. *Tourn. Inst.* 593. *Elem. Bot.* 466. *Rhamnus flore herbaceo*, baccis nigris, *Jonsf. Dendr.* 264. *A. Black Ram-thorn.* *Gal. Noirprun.* *G. Schwarzer Stech-Dorn.*

B. Zawarte Rbyn-bezie-boom. In hortis nonnunquam reperitur. Maio floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Decoctum membra relaxata & dissoluta, atque podagræ dolores juvat.

X. De Ebena Indico.

A. *E* Benus, *Offic.* *C. B. Pin.* 448. *J. B.* i. 394. *Jonsf. Dendr.* 423. *Raii Hist.* ii. 1805. *Ebenum* five *Lignum Indicum*, *Camel. Syll.* 64. *A. Ebony.* *Gal. Ebene.* *G. Eben-Baum.* *B. Ebben-bout-boom.* Ex India Orientali adfertur. *Usu.* Lignum.

Arborem hanc cum *P. Camello* verum Antiquorum *Ebenum Indicum* esse existimo; estque arbor baccifera foliis juglandinis similibus quoad magnitudinem: atque idcirco hoc in loco disponendam esse censui.

Huic subjungit *Camellus* sex alias arbores, quas omnes pro variis *Ebeni* speciebus habet: quarum primam in Capite *Palmarum* jam dedi; ideoque illuc lectorem meum ablego.

XI. De Cocculo Indo.

Notæ sunt, *Folia cordiformia*; *flores monopetali quinquepartiti*, candidi, fructus racematin confertus.

A. *Cocculus Indus*, *Offic.* *Park. Theat.* 1582. *Cocculus Officinarum*, *Jonsf. Dendr.* 156. *Cocculus*, *Ind. Med.* xxxviii. *Cocculæ Officinarum*, *C. B. Pin.* 511. *Mont. Exot.* 11. *Pluk. Mant.* 52. *Phytog.* cccxlv. *Cocci Orientales*, *Ger.* 1365. *Emac.* 1548. *J. B.* i. 348. *Raii Hist.* ii. 1812. *Chab.* 26. *Natlatam*, *Hort. Mal.* vii. i. *Tab.* 1. *Arbor Indica Cocculos Officinarum ferens*, *Breyn. Prod.* ii. 19. *Commel. Flor. Mal.* 24. *Solanum racemosum Indicum arborescens*, *Cocculos Indos ferens*, *Raii Dendr.* 115. *A. Indian Berry.* *Gal. Coques du Levant.* *G. Indianische Musteln.* *B. Indische Bezie.* In *Malabar* crescit. *Usu.* Fructus renis ferè figurâ, baccarum *Lauri* magnitudine, sed rotundiore, fusco & rugoso cortice exteriori tectus, saporis amaricantis. *Vires.* Perniciosa & deleteria qualitate prædita sunt. His utuntur piscatores ad capiendos pisces, de quibus *Codronchius* peculiarem scripsit *Libellum*. Contra pediculos, etiam commendantur.

XII. De Cubebis.

A. **C**ubebæ, *Offic. Ger.* 1365. *Emac.* 1548. *Park. Theat.* 1583. *J. B.* i. 350. *Mont. Exot.* 9. *Ind. Med.* xliii. *Raii Hist.* ii. 1813. Cubebæ vulgares, *C. B. Pin.* 412. An Pindaiba, nonnullis Ibira, *Pis.* (ed. 1658.) 144? Arbor baccifera Brasiliensis, fructu Piper recipiente, *Raii Hist.* ii. 1593? Arbor Bisnagarica Myrti amplioribus foliis, per ficitatem nigris, Cubebæ sapore, *Pluk. Almag.* 43? *Phytog. Tab.* 140? *A. Cubebs.* *Gal.* Cubebes, *Poivre à queue.* *G. Cubeben.* *B. Steert-peeper.* *Usu.* Baccæ, quæ Piperi similes, interdum paulo majores, sunt pediculo longo donatæ, cortice fusco, rugoso, nucleo subjecto exiguo, rotundo, foris nigricante, intus albo, sapore & odore suavi, aromatico, acri. Advehuntur ex Java Indiæ Orientalis Insula, ubi decoquantur, inquit *Schroderus*, antequam vendantur, ne apud externos plantentur. Præstant majores, recentes, ponderosæ. *Vires.* Calfaciunt, & exsiccant, attenuant, discutunt; viscera omnia roborant, lienem juvant, flatu discutunt, cerebrum roborant, & frigidis uteri affectibus auxiliantur.

Quid sint Cubebæ, adhuc ambigitur; alii ex genere Piperis, & nigro Piperi congeneres esse, *Theophrastoque* Piper rotundum dici volunt; alii Viticis fructum existimant: *Sylvaticus*, Rusci seu Oxymyrsines fructum facit; alii Carpesium *Galen*i statuunt; *Cesalpinus* Amomi legitimi fructum pronunciat: Cubebæ autem neque Piperis genus sunt, neque Viticis, neque Oxymyrsines, neque Carpesii, neque Amomi legitimi semen, aut fructus, ut facile esset ostendere. Est autem, inquit *Schroderus* (quibus & nos consentimus, donec certiores facti fuerimus) fructus racemosus, arboris cujusdam Maio vulgari similis, foliis vero Piperis, sed angustioribus.

XIII. De Fagara.

Fagara, *Offic. Ger.* 1365. *Emac.* 1548. Fagara major, *J. B.* i. 350. *Cbab.* 26. *Raii Hist.* ii. 1814. Fagara seu Cayutana Luzonis, *Camel. Syllab.* 74. Cubebis affinis Fagara major, *C. B. Pin.* 412. In Philippinis Insulis reperitur. *Usu.* Baccæ, harum cortex exterior, tener, subniger, saporis aroma-

tici, & acriusculi, hæ maturæ rumpuntur, & granum nigrum, splendidum, sat solidum, saporis & odoris expers exhibent. *Vires.* Calfaciunt, & siccant; stomachi, ac hepatis frigiditati utiles; concoctionem juvant, & alvum astringunt, *Avicen.*

Arbores & Frutices fructu dyspyrenoz.

XIV. De Jasmino.

Flore ex oblongo tubo in quinque lacinias expanso totidem folia æmulantes, perquam odorato, foliis pinnatis, baccæ dicoccæ ab aliis differt, *R. Hist.* p. 1599.

A. Jasminum, Offic. Jasminum album, Ger. 743. *Emac.* 892. *Parkins. Parad.* 406. *Raii Hist.* ii. 1599. Jasminum vulgatius flore albo, *C. B. Pin.* 397. *Tourn. Inst.* 597. *Elem. Bot.* 470. *Jons. Dendr.* 428. Jasminum sive Gelseminum flore albo, *J. B.* ii. 101. Gelseminum vel Jasminum album vulgare, *Park. Theat.* 1464. Sambac sive Zambac, Jasminum, *Cbab.* 112. *A. Witte Jasmine or Jessamy.* *Gal.* Petit Jasmin, *Jasmin commun.* *G. Weiss.* Jasmin. *B. Witte Jasmin, Witte Jessamin.* In hortis colitur. Æstate floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Digerit, calfacit, emollit, aperit. *U.* sùs præcipuus internus ad uterum calfaciendum, & laxandum, ejus scirrhum sanandum, ad partum facilitandum, ad tussim, anhelitusque difficultatem, ad pleuritidem, dolores stomachi intestinorum, uteri, &c. *Schrod.*

XV. De Jasminoide.

Arbor mediocriter est magnitudine foliis laurinis semper-virentibus, oppositis, flosculos habens pentapetaloides, fructus baccis Lauri similis.

A. Coffee, Offic. Coffee Frutex, ex cujus fructu fit potus, Raii Hist. ii. 1691. Jasminum Arabicum, Castoneæ folio, flore albo odoratissimo, cujus fructus Coffy in Officinis dicuntur, *Comm. Plant. Usu.* 85. *Boerb. Ind.* A. ii. 217. Frutex Coffee, *Aët. Reg. Soc. Lond.* 208. p. 61. Arbor Ymensis fructum Coffeæ.

Coffe ferens, Dougl. p. 2. Euonymo similis *Aegyptiaca* fructu baccis Lauri simili, C. B. Pin. 428. Bon arbor cum fructu suo Buna, Park. Theat. 1622. Bon, Alp. Aegy. 63. *Veslinge Obs.* 21. Bon vel Ban arbor, J. B. i. 422. Bon vel Ban, ex cujus fructu *Aegypti* potum Coava conficiunt, Fluk. Almag. 69. *Phytog.* 272. A. The Coffee-tree. Gal. *Arbre portant le Caffé*. G. Coffe-Baum. B. Coffy-boom. In Persia & Arabia Foelice succrescit. Ufu. Baccæ in binos lobos distinctæ, Fabâ paulo minores, altera parte convexa, altera plana insigni sulco notata, colore ex fusco nigricantes, saporis farinacei, odoris fabarum tostarum instar. Vires. Potu Coffee utuntur ad roborandum ventriculum frigidiorum, adjuvandamque concoctionem, celebraturque maxima vi antihypnotica, &c. Vide *Alpinum*, *Willisium*, *Du Fours*, & *Tractatum Anglicum de Coffee*, *Tea*, &c. ut & *Houghton*. *Tractatum de Coffee*, *Philos. Transact.* N. 255. & No. 311.

XVI. De Ligustro.

Floribus racemosis, albis, baccis nigris, dipyrenis, viminibus lentis ab aliis fruticibus distinguitur, R. Synop. p. 226.

A. 1. Ligustrum, Offic. Ger. 1208. Emac. 1394. Raii Hist. ii. 1603. Synop. iii. 465. Mer. Pin. 72. Tourn. Inst. 596. Elem. Bot. 469. Boerb. Ind. A. ii. 215. J. B. i. 528. Chab. 41. Dill. Cat. Giff. 94. Rupp. Flor. Jen. 36. Buxb. 193. Ligustrum vulgare, Park. Theat. 1446. Merc. Bot. i. 47. Phyt. Brit. 68. Ligustrum Germanicum, C. B. Pin. 475. Fons. Dendr. 257. A. Privet. Gal. Tröesne. G. Hartriegel. B. Keel-kruyt, Mond-bout. In sylvis, & sepibus. Floret tota fere æstate. Ufu. Folia, flores. Vires. Refrigerant, & ficcant, astringunt, incidunt; proin conducunt ad inflammationes, putredines, exulcerationes oris & faucium, ad procidentiam & tumorem uvæ, laxitatem gingivarum, &c. Schrod.

A. 2. Alcanna, Offic. Ligustrum Indicum seu Alcanna Manithondi, Herm. Mus. Zeyl. vi. 65. Ligustri species ii. Alcanna dicta, Bont. 143. Ligustrum Orientale, sive Cyprus Dioscoridis & Plinii, Park. Theat. 1447. Raii Hist. ii. 1603. Ligustrum Aegyptiacum latifolium & angustifolium, C. B. Pin. 476. Ligustrum Aegyptium, Cyprus Græcorum, El-hanne Arabum, J. B. i. 541. Chab. 41. Ligustri species, Comm. Flor. Mal. 161. Bacci-

fera Indica baccis oblongis in umbellæ formam dispositis, Raii Hist. ii. 1634. A. Gastern. Privet. Gal. Tröesne des Indes. G. Elyen. B. Alkanne-wortel. In India Orientali, Aegypto, & Syria crescit. Ufu. Folia, & flores; sed in Officinis nostris nunquam inveniuntur, quia diu non durant, ergo eorum loco radicem Anchusæ sumunt. Vires multæ attribuantur à Dioscoride & aliis huic plantæ, sed cum nullius in Officinis nostris usus sit, de ea plura dicere supersedeo.

XVII. De Frangula.

Foliis latis, subrotundis, baccis nigris, vithartica, ab aliis fruticibus discretu facilis, est, R. H. 1604.

A. Frangula, Alnus nigra, Offic. Frangula, Volck. Flor. Nor. 173. Tourn. Inst. 612. Elem. Bot. 486. Boerb. Ind. A. ii. 231. Dill. Cat. Giff. 66. Rupp. Flor. Jen. 34. Buxb. 116. Frangula, sive Alnus nigra baccifera, Parkins. Theat. 240. Raii Synop. iii. 465. Alnus nigra, sive Frangula, Ger. 1286. Emac. 1470. Mer. Pin. 4. Alnus nigra baccifera, J. B. i. 506. C. B. Pin. 428. Raii Hist. ii. 1604. Chab. 45. Merc. Bot. 17. Phyt. Brit. 4. Alnus baccifera nigra vulgaris, Fons. Dendr. 436. A. The Black Alder-tree. Gal. Aulne noir, Bourgene. G. Faul-Baum. B. tyl-bout, Sporken-boom. In sylvis udis. Maio floret. Ufu. Cortex. Vires. Purgat humores noxios omnes, maximè serum, tam per vomitum, quam per secessum, idque sat violenter, Schrod. Tritus cum aceto, & scabiei illitus, intra paucos dies illam sanat, & efficit, R. H.

XVIII. De Berberi.

Spinis acutis, fructu parvo, oblongo, rubro, sapore acido racematim nascente, cortice candidante, à reliquis facile distinguitur, R. Synop. pag. 226.

A. Berberis, Oxyacantha Galeni, Offic. Berbaris, Park. Theat. 561. Mer. Pin. 15. Chab. 50. Berberis, vel Oxyacantha, Ind. Med. xx. Berberis Crespinus, Mont. Ind. 38. Berberis dumetorum, C. B. Pin. 454. Raii Hist.

Hist. li. 1605. *Synop.* iii. 465. *Tourn. Inst.* 614. *Elem. Bot.* 487. *Boerb. Ind.* A. ii. 233. *Jonsf. Dend.* 219. *Dill. Cat. Giff.* 66. *Buxb.* 36. *Berberis vulgo*, quæ & *Oxyacantha* putata, *J. B.* i. 52. *Spina acida*, sive *Oxyacantha*, *Ger.* 1144. *Emac.* 1325. *Oxyacantha Galeni*, *Merc. Bot.* i. 56. *Phyt. Brit.* 86. *A. The Barberry*, or *Pipperidge-bush*. *Gal. Epinevinette.* *G. Saus-Dorn.* *B. Zauce-boom*, *Berberisse-boom*. In collibus cretaceis, & in sepibus. Maio floret. *Ufu.* Cortex, fructus, & semina. *Vires.* Cortex aperit, incidit; hinc in ictero convenit. Fructus refrigerant, & humectant, partium sunt tenuium, astringunt, appetitum excitant, roborant ventriculum ac hepar. Proin usus sunt frequentissimi in morbis ubi refrigeratione & astringitione opus, *Schrod.* In febribus sitim extinguunt.

Arbores & Frutices bacciferae, fructu tripyreno.

XIX. De *Alaterna*.

NOtæ sunt, Foliis in ramis & surculis alterno ordine sitis, baccis triccocis, à *Phillyrea* differt, *R. Meth. A.* p. 154.

A. 1. *Alaternus*, *Offic.* *Cbab.* 43. *Parkinsf. Parad.* 603. *Alaternus* ii. *Clusio*, *J. B.* i. 542. *Alaternus major & minor*, *Raii Hist.* ii. 1608. *Park. Theat.* 1445. *Spina Burgi Monspeliensium*, *ejusd.* *Alaternus Plinii*, & humilior, *Ger.* 1212. *Emac.* 1398. *Alaternus*, sive *Philyca elatior & humilior* *C. Bauhini*, *Pluk. Almag.* 12. *Alaternus i.* *Clusii & minori folio*, *Tourn. Inst.* 595. *Boerb. Ind.* A. ii. 213. *Alaternus prior & altera*, *Clus. Hisp.* 56. *Elem. Bot.* 468. *Philyca elatior & humilior*, *C. B. Pin.* 476. *Jonsf. Dendr.* 261. *A. Evergreen Privet.* *Gal. Alaterne.* *G. Heher Alatern-Baum.* *B. Alaternus.* In hortis colitur. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Moderatè alvum constipat.

A. 2. *Celastrus*, *Offic.* *Jonsf. Dendr.* 262. *Celastrus Theophrasti*, *C. B. Pin.* 477. *Ger. Emac.* 1600. *Park. Theat.* 1448. *Celastrus*

Theophrasti Clusio, *Parad.* 603. *Alaternus latifolia*, *Celastrus dicta*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 11. *Raii Hist.* ii. 1608. *Alaternus Hispanicus*, *Celastrus dicta*, *Boerb. Ind.* A. ii. 213. *A. The Staff-tree.* *Gal. Alaterne d'Espagne dit Calastrus.* *G. Alatern-Baum mit breitten Blättern.* *B. Alaternus met breede bladeren.* In hortis curiolorum nonnunquam reperitur. De viribus & usu nil invenio apud Auctores.

A. 3. *Cassina*, *Offic.* *C. B. Pin.* 170. *Herba Cassiana* famem sitimque retardans, *J. B.* iii. 631. *Cbab.* 655. *Cassine vera Floridanorum*, *Arbuscula baccifera Alaterni ferme facie*, foliis alternatim sitis, tetrapyrene, *Pluk. Mant.* 40. *Phytog. Tab.* cccclxxvi f. 2. *Apalachine sive Cassine*, *Ind. Med.* xi. *Alaternoides Africana Lauri ferratæ folio*, *Comm. Rar. Exot.* i. 61. *A. Cassiny.* *Gal. Cassina, de Floride.* *G. Cassie-Strauch.* *B. Cassina van Florida.* In Carolina oritur. *Ufu.* Folia unciam circiter longa sunt, semiunciam lata, figurâ folia *Sennæ* repræsentantia, colore quando exsiccata sunt nigricante, cum splendore supernè, subtus viridiora, odore nullo, sapore paulum aromatico. *Vires.* In variolis optimum medicamentum habetur, fermentationem sanguinis nimis violentam cohibens, nec tamen facultatem expulsiivam penitus ligans. Expectorationem promovet, & pulmones tutatur. Caput denique & guttur ne invadant variolæ, impedit, *D. Marloe.*

A. 4. *Perygua*, *Offic.* *Marl. Obs. Mont. Exot.* 8. *Cassine vera* perquam similis *Arbuscula Phyllyreæ* foliis antagonisticis ex Provincia Carolinensis, *Pluk. Mant.* 40. *Phytog.* cccclxxxi. f. 3. *A. The Cassioberry-bush.* *Gal. Cassia de la Caroline.* *G. Carolinische Cassie-Baumlein.* *B. Carolinise Cassina.* In Carolina invenitur. *Ufu* sunt fragmenta foliorum exsiccatorum, festucarum & pulvis. *Vires.* Purgat interdum, aliàs vomitum excitat, nonnunquam insensibilem perspirationem promovet, prout natura inclinât. Specificum præstantissimum habetur in diabete, cujus effectus in morbo illo curando plura exempla profert *D. Marloe.* In colica nephritica *Thea* ex herba facta valet, ex *Mss. D. Tancredi Robinsoni*, *M. D.*

Cujusnam plantæ *Perigua* fragmenta sit, quæstio est non facilè determinanda: neque eruditorum in re botanica opiniones facilè possunt conciliari. Sunt qui pro *Alaterni* specie eam habent, quorum auctoritate permotus, eam hoc in loco disposui. Alii quærent an sit *Peragu*, *H. M. Tom.* ii. p. 41. Mihi veri,

verisimillimum videtur plantam eam esse, cuius meminit *Du Biscay* in Navigatione sua sursum in Rio de la Plata, sub titulo *Herbæ de Paraguay*, quâ indigenæ adversus vapores minerales & noxios utuntur: quæque iisdem intervit pro medicamento ad vomitum excitandum. An Fragmenta Plantarum nuper importata, nomine *A. Paraguay-Tea*. Gal. *Thé de Paraguay*. G. *Thee von Paraguay*. B. *Paragyayse Thee*. iisdem sunt cum *Perygua* D. *Marloe* supradicta?

XX. De Sambuco.

Flore & fructu in umbellas aut racemos composito, foliis alatis, ramis medulla plurima fatis, pauculo ligno, ab aliis facile distinguitur. R. H. p. 1609.

A. 1. *Sambucus*, Offic. Ger. 1234. *Emac.* 1422. *Chab.* 43. *Mer. Pin.* 109. *Raii Synop.* iii. 461. *Sambucus vulgaris*, *Park. Theat.* 407. *J. B. i.* 544. *Raii Hist.* ii. 1609. *Merc. Bot.* i. 66. *Phyt. Brit.* 108. *Dill. Cat. Giff.* 89. *Sambucus fructu in umbella nigro*, C. B. *Pin.* 456. *Jonsf. Dendr.* 224. *Tourn. Inst.* 606. *Elem. Bot.* 478. *Boerb. Ind. A. ii.* 223. *Rupp. Flor. Jen.* 35. *Buxb.* 292. *A. Common Elder.* Gal. *Commun Sureau.* G. *Hollunder-Baum.* B. *gemeine Vlier-boom*, *Vlaur-boom*, *Flier-boom*. In sepibus. Maio floret. *Ufu.* Cortex, Folia, Gemmæ, Flores, & Baccæ. *Vires.* *Sambucus integra* calfacit & siccit, resolvit, *Hydropicos* juvat. Cortex educit serofos humores. Folia & Gemmæ alvum movent. Flores discutunt, emolliunt, resolvunt, sudoriferi ac anodynii sunt. Baccæ sudoriferæ itidem sunt ac alexipharmacæ, *Schrod.* De viribus & usu *Sambuci* integrum librum conscripsit *Martinus Blockwiltzius*, cui titulum *Anatomia Sambuci*.

A. 2. *Ebulus*, *Chamæactæ*, Offic. *Ebulus*, *Ind. Med.* xlvii. *Mont. Ind.* 42. *Ebulus* Officinarum, *Buxb.* 98. *Comm. Plant. Ufu.* 40. *Ebulus* sive *Sambucus humilis*, Ger. 1238. *Emac.* 1426. *Park. Theat.* 208. *Mer. Pin.* 34. *Ebulus* sive *Sambucus herbacea*, *J. B. i.* 546. *Chab.* 44. *Ebulus*, *Chamæactæ*, sive *Sambucus humilis*, *Merc. Bot.* i. 31. *Phyt. Brit.* 35. *Sambucus humilis* sive *Ebulus*, C. B. *Pin.* 456. *Raii Hist.* ii. 1611. *Synop.* iii. 461. *Tourn. Inst.* 606. *Elem. Bot.* 478. *Boerb. Ind. A. ii.* 223. *Dill. Cat. Giff.* 129. *Rupp. Flor. Jen.* 35. *Sambucus humilis* non laciniata, *Jonsf. Dendr.* 225. *A. Dwarf-Elder, or Danewort.* Gal. *Teble, ou petit Sureau.* G. *Niederholder.* B. *Hadig.* Ad vias publi-

cas. Junio floret. *Ufu.* Cortex, Folia, Baccæ. *Vires.* Cortex aquosos & serofos humores totius corporis per alvum educit. Folia & Baccæ vi pollent ad Podagricos dolores sopiendos, tumoresque aquosos discutiendos: Eademque vires obtinent, quas *Sambucus*. Vim habent educendi aquam, conferunt igitur in *Hydrope*, *Arthritide*, cæterisque morbis à ferro natis, *Schrod.*

A. 3. *Sambucus montana*, Offic. *Sambucus racemosa rubra*, C. B. *Pin.* 456. *Park. Theat.* 407. *Jonsf. Dendr.* 225. *Raii Hist.* ii. 1610. *Tourn. Inst.* 606. *Elem. Bot.* 478. *Boerb. Ind. A. ii.* 223. *Dill. Cat. Giff.* 47. *Rupp. Flor. Jen.* 35. *Sambucus racemosa*, *Chab.* 43. *Sambucus racemosa acinis rubris*, *J. B. i.* 551. *Sambucus racemosa vel Cervina*, Ger. 1234. *Emac.* 1422. *A. Mountain Elder.* Gal. *Sureau de montagne.* G. *Berg-Elhorn.* B. *Berg-Vlier-boom.* In hortis colitur. *Ufu.* Folia. *Vires.* Frigida & Soporifera est, & cum *Bella donna* viribus convenit.

Arbores & Frutices Bacciferae fructu tetrapyreno.

XXI. De Vite vinifera.

Frutex est sarmentosus, scandens, & capreolatus, foliis angulosis, incisis, fructu racemoso tetrapyreno.

A. 1. *Vitis*, Offic. *Ind. Med.* cxxiv. *Vitis vinifera*, *Mont. Ind.* 55. *Commel. Plant. Ufu.* 106. *A. The Vine.* Gal. *Vigne.* G. *Weinstock.* B. *Wynstok.* In hortis colitur. *Ufu.* Folia, *Pampina*, Offic. dicta cum capreolis, Succus seu Lacryma, Vinum A. *Wine.* Gal. *Vin.* G. *Wein.* B. *Wyn.* h. e. succus uvarum maturarum fermentatus, cuius variæ in Officinis habentur species, quæ, quamvis sententia nostra ex una & eadem uvæ specie fiunt, respectu tamen tum loci natalis, tum parandi modorum plurimum differunt; sunt autem vel Hispanica multorum generum, v. g. 1. *Canariense*, A. *Canary Sack.* Gal. *Vin de Canarie.* G. *Canari-Sack.* B. *Canarise Wyn.* 2. *Malacense*, A. *Malaga Sack.* Gal. *Vin de Mal-*

Mallaga. G. Mallagas Eeck. B. Mallogase Wyn. 3. Xeranthum, A. Scherry Sack. Gal. Certain Vin d'Espagne, qui croit dans l'Andalousie. G. Wein von Andalousie. B. Wyn van Andalousie. 4. Alonense A. Alicant, vulgò Tent Wine. Gal. Vin d'Alicante. G. Alicante-Wein/oder Tint-Wein. B. Alicantse of Tint Wyn. dictum. 5. Portuense. A. Porto Port Wine, Gal. Vin de Port à Port. G. Port a Port-Wein. B. Port à Port Wyn. idque vel album vel rubrum. 6. Ulyssipolensi A. Lisbon Wine. Gal. Vin de Lisbonne. G. Lisbonische Wein. B. Lisbonse Wyn. Vel secundo, Gallica A. French Wines, Gal. Vins de France. G. Franscher Wein. B. Franse Wyn. album A. White Wine. Vin blanc. G. Weißer Wein. B. Witte Wyn. rubrum Claretum dictum A. Claret. Gal. Clairret. G. Claret. B. Wyn Claret. Tertio, Germanica seu Rhenana, A. Rhenish Wine. Gal. Vin de Rbin. G. Reinscher Wein. B. Rhyne Wyn. Quarto, denique Cretica seu Moschatellina rubra A. Red Muscadine. Gal. Vin Muscat rouge. G. Roster Muscat-Wein. B. Rode Muscaat Wyn. quæ pro Alonensi vulgò vaneunt.

N. B. Quod ad Vinum album efficiendum mustum è facibus, hoc est, caulibus & siliquis seu vinaceis cum gigarti, exprimitur illico: ad rubrum verò, succum unà cum facibus in dolio aliquandiu restare sinunt, donec colorem & saporem acquisiverit. Succus fructus immaturi Omphacinum vocatur. Acetum, A. Vinegar, Gal. Vinaigre. G. Esig. B. Edik, Afyn. fit ex vino vel in loco minus calido de-
tento, vel diutius reservato, vel Soli ex-
posito.

N. B. Acetum non tantum è vino, sed etiam è Cerevisia insolatione, &c. fit. Tartarus, A. Tartar or Argal. Gal. Tartre. G. Wein-stein. B. Wynsteen. salis species est, substantia sabulosa, indurata, quæ fundo & lateribus vasorum vinariorum accrescit, multis intermixtis rubicundis micis, saporis subacris, acidi: estque vel albus, qui magis æstimatur, ut purior & minus terrestris; vel ruber; optimus è Germania adfertur. Uvæ immaturæ seu Agrestæ, & Acini uvarum. Vires. Folia capreolique refrigerant, astringunt valide. Usus præcipuus in Dysenteria, Vomitu, Pica, exputione Sanguinis, aliisque Hæmorrhagiis sistendis. Succus ex amputatis palmitibus exstillans intrinsecus vim habere creditur atterendi & expellendi calculum: Extrinsecus Oculorum caligini medetur ac rubedi-

ni, Impetigines sanat. Uvæ immaturæ refrigerant & liccant, astringunt. Proin poterit esse usus earum in Febribus ardentibus, excitant scilicet appetitum, fluxum ventris sedant. Acini vim habent astrictoriam, conveniuntque in Vomitu, Alvique fluxu, Schrod. Vinum, nunc dierum vina austeriora, quamvis palato minus arrideant, ventriculo tamen commodiora & cibo concoquendo magis idonea censentur, quàm alba, quæ lenia & dulcia; Canarinum autem omnium laudatissimum, generosum, & lene, naturæ amicum, R. H. p. 1617. Qui plura de Vino velit, legat Andree Baccii eruditissimum opus de Vini generibus Anno 1596. Romæ impressum. Acetum partium tenuium est, attenuat, penetrat, astringit, putredini resistit, sudorem ciet, appetentiam cibi excitat, & concoctionem promovet, æstum febrilem compescit, putredinem arcet, &c. Extrinsecus Scabiem, Pruritus, Herpetem, &c. sanat. Tartarus Vini attenuat, incidit, aperit. Qui plura de Tartaro velit Chymicos scriptores consulat; plenam enim ejus historiam scribere mihi nec animus nec oportunitas est.

A. 2. Passulæ Damascenæ, Offic. Ind. M. lxxxix. Passulæ maximæ sive Damascenæ, Zibebæ dictæ, Schrod. 176. Vitis Damascena Hort. Reg. Par. 186. Journ. Inst. 613.

A. 3. Uva passa major, Offic. Uva passa major, βήμης Græcis fortè, C. B. Pin. 299. A. Raisins of the Sun. Gal. Raisins secs. G. Große Rosinen. B. Grote Rasynen. Ex Hispania ad nos transportantur, eas autem hoc modo exsiccant: Botrorum seu racemorum, quos ad hunc usum destinant, pediculos ad mediam partem transversim incidunt, adeoque succi nutritii magnam partem intercipientes impediunt, ne ad uvæ copiose affluat, sed parçè admodum derivetur. Racemos semisectos in vite pendentes relinquunt, donec paulatim calore solis & alimenti inopia exsiccantur: cum sufficienter exsiccatos senserint, demetunt, & in vase recondunt. Vires. Calidæ sunt seu temperatæ, leniunt, alvum laxant, acrimoniam hebetant, ventriculo, Pulmonibus, ac Hepati gratæ sunt. Tussim mitigant, Schrod. Pro modo præparandi Uvas passas, vide Raii Itinerarium.

A. 4. Uvæ passæ minores, Passulæ, Offic. Uvæ passæ minores, vel Passulæ Corinthiæ, C. B. Pin. 299. Corinthiæ, Park. Theat. Vitis Corinthiaca sive apyrina, J. B. ii. 72. A. The Currant Vine. Gal. Raisins de Corinthe. G. Corinthen. B. Korenthe. In Zacyntho, &c.

&c. colitur. *Ufu.* Fructus maturus exsiccat. *Vires.* Temperatae sunt, æstus febrilem mitigant, sitim sedant, alvum laxant.

XXII. De Thea.

Foliis angustis, serratis, floribus pentapetalis, majoribus, rotundis, fructu tetracocco, rugoso, ex spadiceo fusco à reliquis differt.

A. Thea, *Offic. Rupp. Flor. Jen.* 110. Thee, Herba Thea, *Mont. Exot.* 8. The, *Ind. Med.* cxvi. The Sinensium sive Tsia Japonensibus, *Breyn. Cent.* 1. cap. 52, 111. The Sinensium sive Tsia Japonensibus *Breynii*, *Raii Hist.* ii. 1619. The Frutex, *Bont.* 88. Thea frutex folio Cerasi, flore Rosæ sylvestris, fructu unicocco, bicocco, & ut plurimum tricocco, *Kempb. Hist. Jap.* (Ed. Angl.) 11. App. 2. *Amænit. Exot.* 605. Euonymo adfinis Arbor Orientalis nucifera flore roseo, *Pluk. Phytog. Tab.* 88. Fig. 6. *Almag.* 139. Thee Chinen-sium, sive Tschia Japonensium, *Hort. Amst.* 346. Chaa herba in Japonia, *C. B. Pin.* 247. Chaa Herba Japoniæ, *J. B.* iii. 5. Styraci & Euonymo mediæ affinis. The Sinensium, sive Tsia Japonensibus flore simplici & niveo pleno, *Breyn. Prod.* ii. 98. A. The Thee, or Tea Plant. *Gal. Tab. G. Thee. B. Thee.* In regno Japonico, & Chinesi colitur. *Ufu.* Folia convoluta, saporis subamaricantis, aromatici, leviter astringentis, odoris grati, foenum recens æmulantis. *Vires.* Siccatur & leviter astringit, acida dissolvit, & per Urinam educit, hinc prodest in Hypochondriaco affectu, Podagra, Arthritide, & Nephritide, Cephalalgiam arcet, Memoriam confortat, Sanguinem purificat, &c.

Catalogum Auctorum qui de hoc frutice scripserunt, vide apud Jacobum Breynium, *Exot. Cent.* 1. cap. 25. p. 114. quibus adde D. *Pechlin* Belgæ Tractatum de Thea, anno 1684. editum. M. Du Four Historiam Theæ Lugduni impressam anno 1685. & Tractatum quendam Anglice conscriptum Londini, 1682.

In Anglia sex species Theæ in usu sunt. Quarum prima Bohe dicitur, est folium parvum ad nigredinem vergens, quod aquam plerumque, cui incoquitur, brunneo aut rubente colore tingit, & sapore Sennæ infusum refert. Secunda Congo. Tertia Peco. Quarta Thea viridis est, nonnullis Singlo dicta. Hæc duorum generum est. Alterum folio oblongo & angusto, alterum minore; utrumque æque bonum, & colore cæruleo-viridi; comman-

ducatum crispum admodum videtur, & aquam colore pallide viridi inficit. Quinta Imperialis Thea dicitur. Folio est amplo, laxo, cum reliquæ duæ folio sunt convolato: optima visui viridis est, in ore crispa & odore jucunda. Sexta Thea Hyfbamensis nomen habet.

Omnes hæ Theæ Species à China adferuntur uniusque & ejusdem arboris folia esse existimantur; differre tantum tempore colligendi, & præparandi, seu, ut vocant, curandi modo. *Vires.* Omne genus Thearum vires jam tradidi. Bohe duntaxat Sanativa & Balsamica habetur, naturæ languentis restauratrix, & adversus Phthisin & Tabem prophylactica.

XXIII. De Euonymo.

Notæ sunt, Folia oblonga, crenata, flores tetrapetali, fructus tetracoccos quadrangulus rubens.

A. Euonymus, *Offic. Chab.* 62. *Ind. Med.* xlix. Euonymus, *Fusanus*, *Mont. Ind.* 42. Euonymus Theophrasti, *Ger.* 1284. *Emac.* 1468. *Merc. Bot.* i. 34. *Phyt. Brit.* 39. *Mer. Pin.* 37. Euonymus vulgaris, *Park. Theat.* 241. *Raii Hist.* ii. 1621. *Synop.* iii. 468. Euonymus vulgaris, granis rubentibus, *C. B. Pin.* 428. *Jonsf. Dendr.* 387. *Tourn. Inst.* 617. *Elem. Bot.* 490. *Boerb. Ind.* A. ii. 237. *Dill. Cat. Giff.* 66. *Buxb.* 106. *Rupp. Flor. Jen.* 74. Euonymus multis, aliis Tetragonia, *J. B.* i. 201. A. The Spindle-tree. *Gal. Fulsein, Fuser.* G. Spindel-Baum. B. Papen-boed. In sepibus frequens. Maio floret. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Vomitus cæcit, ventriculum obtundunt, & per secessum purgant. Noxia est planta, & non sine periculo sumenda. Extrinsecus emolliunt & resolvunt, pediculos interimunt, & Furfures capitis detergent.

XXIV. De Agrifolio.

Notæ sunt, Folia in ambitu longis, acutis, rigidis spinis armata, semper-virentia; baccae parvæ, rotundæ, rubræ, quaterna semina triquetra striata continentes, *R. Synop.* p. 227.

A. Agrifolium, *Offic. Ger.* 1155. *Emac.* 1338. *Raii Hist.* ii. 1622. *Synop.* iii. 466. *Merc. Bot.* i. 17. *Phyt. Brit.* 3. *Mer. Pin.* 3. Agrifolium sive Aquifolium, *Park. Theat.* 1486. Aquifolium sive Agrifolium, *Chab.* 605. A. qui-

quifolium five Agrifolium vulgo, *J. B. i. 114. Tourn. Inst. 600. Elem. Bot. 473. Aquifolium Tournefortii, Rupp. Flor. Jen 35. Aquifolium baccis rubris, Herm. Hort. Lugd. Bat. 56. Boerb. Ind. A. ii. 219. Ilex aculeata baccifera folio sinuato, C. B. Pin. 425. Jonsf. Dendr. 206. A. The Holly-tree. Gal. Houx. G. Stech-Baum. B. Hulst. In sepibus frequens. Ufu. Viscum aucuparium, A. Bird-Lime. Gal. Glu pour attrapper des oiseaux. G. Vogel-Net. B. Vogel-lym. hoc modo præparatur: Delibratis Junio aut Julio mensibus, quotquot videtur aut opus fuerit, hoc genus arboribus, cortices detracti in aqua fontana per septem aut octo horas continuas decoquantur, donec tenerrimi evadant. Coctos in acervum humi cum Filice S. S. S. compones, aqua prius curiose separata, & per duas trefve septimanas fermentari & computrescere sinas, donec in mucilaginem abeant: Exemptos deinde in mortario tamdiu tundas, donec fingi formarique possunt instar Massæ farinaceæ. Massam in aquam profluentem submersam manibus verses, & diligenter subigas. Aqua brevi sordes omnes eluet, visco residuo puro & defæcato; in fictili aliquo vase per quatuor adhuc aut quinque dies despumando, donec se purgaverit & perfecerit: deinde in novum vas translatum reservetur ad usum.*

N. B. Non ex corticibus hujus arboris tantum Viscum aucuparium paratur, sed etiam è fructu Visci, Castaneæ, & Sebesten. Vires. Vim habet emolliendi & discutiendi tumores, Parotides, &c. *Dioscorid.*

XXV. De Rhamno.

Folia hujus fruticis ad Pruni accedunt; baccæ per maturitatem nigrae, succo virente infectorio plenæ, *R. Synop. p. 227.*

A. Rhamnus Catharticus, Spina Cervina, *Offic. Rhamnus Catharticus, Ind. Med. xcvi. J. B. i. 55. C. B. Pin. 478. Raii Hist. ii. 1625. Synop. 466. Tourn. Inst. 593. Elem. Bot. 466. Boerb. Ind. A. ii. 212. Buxb. 183. Rhamnus Catharticus vulgaris, Jonsf. Dendr. 266. Rhamnus, Mill. Cat. 144. Rhamnus & Spina Cervina, *Offic. Commel. Plant. Ufu. 104. Rhamnus Catharticus, Spina Cervina, Spina infectoria, Rand. Ind. 75. Mont. Ind. 51. Rhamnus Catharticus five Spina infectoria, Chab. 50. Merc. Bot. i. 64. Pbyt. Brit. 104. Rhamnus solutivus, Ger. Emac. 1337. Mer. Pin. 104. Rhamnus solutivus, five Spina infectoria vulgaris, Park. Theat. 243. Spina Cervi-**

na, Dill. Cat. Giff. 67. Spina Cervina Gesneri & Officinarum, Volck. Flor. Nor. 368. Cervi Spina, Rupp. Flor. Jen. 74. A. Luck-thorn. Gal. Bourgepine. G. Wegdom-Beer. G. B. Duyn-besie. In sepibus & sylvis. Floret Maio, fructum fert Septembri. Purgat bilem, pituitam, ac maxime serofos humores, unde usus præcipuus in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Schrod. Baccæ hujus fruticis tria colorum genera præbent. 1. Messis tempore lectæ, arefactæ & tufæ, inque aqua & alumine macerata luteum seu croceum potius reddunt colorem. 2. Autumno, cum maturitatem assecutæ nigrae evaserint, collectæ, tufæ, & in vase vitreo asservatæ pulchrè viridem exhibent colorem, quem A. Sap-green. Gal. Vert de Vessie. G. Cassigrün. B. Sap-green. vocant. 3. Circa festum Sancti Martini in arboribus adhuc hærentes si legantur, teste Trago, puniceum colorem reddunt, R. H. p. 1625.

XXVI. De Lycio.

FRutex est baccifer spinosus, à Rhamno, ut videtur, distinguendus spinis minoribus & brevioribus, quæ longiores validioresque in Rhamno. Addi etiam potest Folia esse minora in Lycio, *R. Meth. A. p. 195.*

A. Lycium, *Offic. Schrod. iv. 198. Lycium Buxi foliis, Jonsf. Dendr. 268. C. B. Pin. 478. Lycium five Pyracantha, Ger. 1151. Emac. 1322. Lycium vulgatius, Park. Theat. 1009. Lycium Italicum, J. B. i. 59. Chab. 59. Raii Hist. ii. 1627. Lycium Buxifoliis rotundioribus Syriacum vel Persicum, Breyn. Prod. ii. 64. A. Box-thorn. Gal. Bouis epineux, ou d'ane. G. Italiänscher Dux-Dorn. B. Eoks-doorn. In regionibus calidioribus invenitur. Ufu. Rob seu Succus concretus ex foliis & ramis, cujus parandi modus à Dioscoride sic describitur: Rami cum radiculis tusi, & ante per multos dies macerati coquantur, tum abjectis lignis itidem liquor coquitur, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur id Lycium adjecta decoctioni amurca, aut Absinthii succo, aut felle bubulo. Simili modo fit Lycium Semine expresso & insolato. Optimum quod uri potest, restinctumque rubentem spumam ostendit, glebis intrinsecus nigris, intus cum fregeris rufis, odore minimè viroso, cum amaritudine astringens, crocino colore. Vires. Adstringit, caliginem oculorum discutit; genarum Scabiem, pru-*

pruritus, veteresque fluxiones sanat; facit ad purulentas aures, exulceratas gingivas, tonsillas, labiorum fissuras, sedis rimas, attritusque illitum: coeliacis, dysentericis potum inditumque convenit; datur sanguinem excreantibus & tussi ex aqua; contra rabiosi canis morsus in catapotio devoratur, aut in aqua bibitur: flavos facit pilos, reduviis, ulceribus quæ serpunt, aut putrescunt, medetur; foeminarum profluvia appositum sistit; rabiosorum ictibus ex melle potum, aut vice catapotii auxiliatur, *Diosc.*

Duæ Lycii species à *Dioscoride* memorantur. Altera à planta in Græcia nascente, quam hic exhibeo, Lycium simpliciter dicta: altera à planta Indica, de qua in Capite de Acacia agam, quæ nomine *Cate* innotescit.

Verum cum modernis incognitum sit, factum est ut diversæ inde subortæ sint opiniones. Officinæ, ut scribit Schröderus, suum Lycium communiter ex Periclymeni baccis conficiunt: alii ex Ligustri fructu: alii ex prunis sylvestribus. Præstaret tamen, momente etiam C. B. in *Matth.* succedaneum ex *Oxyacantha* aut *Rhamno*.

Frutices bacciferae fructu polypyreno.

XXVII. De Rubo.

Fructu è pluribus acinis archè stipatis composito, uni & simplici flore succedente, foliis in plura, segmenta partitis, necnon parvitate & imbecillitate sua, insignibus notis à reliquis bacciferis fruticibus differt, R. Synop. p. 228.

A. 1. Rubus vulgaris, *Offic.* Rubus, *Ger.* 1089. *Emac.* 1272. *Mer. Pin.* 106. *Rand. Ind.* 77. *Mont. Ind.* 52. Rubus vulgaris major, *Park. Theat.* 1013. Rubus vulgaris, sive Rubus fructu nigro, C. B. *Pin.* 479. *Tourn. Inst.* 614. *Elem. Bot.* 487. *Boerb. Ind. A.* ii. 60. *Rupp. Flor. Jen.* 114. *Dill. Cat. Giff.* 72. Rubus major fructu nigro, *J. B.* ii. 57. *Chab.* 109. *Raii Hist.* ii. 1639. *Synop.* iii. 467. Rubus major vulgaris, *Jonsf. Dendr.* 271. Rubus vulgaris fructu nigro, *Merc. Bot.* i. 67. *Phyt. Brit.* 107. A. *The Bramble, or Black-berry Busb.* Gal. *Ron-*

ce commune. G. *Brent-beer.* *Strauch.* B. *Braam.* In sepibus & dumetis. Maio floret, fructum Augusto maturat. *Usu.* Folia, Cymæ, & Fructus. *Vires.* Folia & Cymæ refrigerant, siccant, astringunt potenter. Fructus maturus caliditate est temperatus ac subastringens. *U-* sus præcipuus in quibuscunque profluviiis, Vomitu, fluxu alvi, Uteri, & narium. *Ex-* trinsicus in Aphthis, aliisque oris affectibus abstergendis, in vulneribus astringendis, capillos nigrat, scabiem curat, *Schrod.*

A. 2. Chamæbatus, *Offic.* Rubus minor Chamærubus sive Humirubus, *Park. Theat.* 1013. Chamærubus spinosus fructu cæruleo, *Jonsf. Dendr.* 272. Rubus minor fructu cæruleo, *J. B.* ii. 59. *Chab.* 109. *Raii Hist.* ii. 1640. *Synop.* iii. 467. Rubus repens fructu cælio, C. B. *Pin.* 479. *Tourn. Inst.* 614. *Elem. Bot.* 481. *Boerb. Ind. A.* ii. 60. *Ger. Emac.* 1271. *Mer. Pin.* 106. *Rupp. Flor. Jen.* 115. *Dill. Cat. Giff.* 65. *Merc. Bot.* i. 65. *Phyt. Brit.* 107. *Buxb.* 287. A. *The Dewberry.* Gal. *Ronce sans épines.* G. *Kraß-Beer.* B. *Kleine Trommel-bezie.* Inter segetes reperitur. Maio floret. Autumno fructum maturat. *Usu.* Fructus. *Vires.* Cum primo viribus convenit.

A. 3. Chamærubus, *Offic.* Chamærubus saxatilis, C. B. *Pin.* 479. *Raii Hist.* i. 654. *Synop.* iii. 261. *Jonsf. Dendr.* 272. Rubus saxatilis, *Ger.* 1090. *Emac.* 1273. Rubus Alpinus saxatilis, *Park. Theat.* 1014. Rubus Alpinus humilis, *J. B.* ii. 61. *Chab.* 109. Rubus Alpinus humilis, *Elem. Bot.* 487. *Tourn. Inst.* 615. *Boerb. Ind. A.* ii. 60. *Dill. Cat. Giff.* 56. *Rupp. Flor. Jen.* 115. A. *Stone Bramble.* Gal. *Ronce des Alpes.* G. *Stein-Beer.* B. *Steen-braam.* Montium altiorum incola est. Junio floret. *Usu.* Baccæ. *Vires.* Cum Rubo Idæo viribus convenit.

A. 4. Chamæmorus, *Offic.* *Ger.* 1090. *Emac.* 1273. *Raii Hist.* i. 654. *Synop.* iii. 260. Vaccinia nubis, *Ger.* 1630. *Emac.* 1420. Chamæmorus Anglica, *Park. Theat.* 1014. Chamæmorus Vaccinia nubis, *Ejusd.* Cambro-Britannica sive Lancastrense Vaccinium nubis, *Ejusd.* Chamærubus folio Ribes Anglica, C. B. *Pin.* 480. *Jonsf. Dendr.* 273. Rubus Alpinus humilis Anglicus, Vaccinia nubis, i. e. *Cloud-berries.* vulgò dictus, *Pluk. Almag.* 325. Rubus palustris humilis, *Tourn. Inst.* 615. Rubus Alpinus foliis Ribes, *Rupp. Flor. Jen.* 115. Rubo Idæo minori affinis, Chamæmorus, *J. B.* ii. 62. *Chab.* 110. A. *Knot-berries, Cloud-berries.* Gal. *Ronce des Alpes avec des feuilles de Groseilier.* G. *Wolken-Beer.* B. *Wolken-bezies.* In summis Angliæ Alpibus reperitur. Julio &

Augusto fructum maturum edit. *Ufu.* Fructus. *Vires.* In scorbuto multum laudat *Hoierus.*

A. 5. Rubus Idæus, *Offic. Ger.* 1089. *Emac.* 1272. *Park. Theat.* 557. *Cbab.* 109. *Mer. Pin.* 106. Rubus Idæus vulgaris, *Merc. Bot.* ii. 32. *Phyt. Brit.* 107. Rubus Idæus spinosus, *C. B. Pin.* 479. *Dill. Cat. Giff.* 89. *Jonsf. Dendr.* 271. *Tourn. Inst.* 614. *Elem. Bot.* 287. *Rupp. Flor. Jen.* 114. *Buxb.* 287. Rubus Idæus spinosus fructu rubro, *J. B. ii.* 59. *Raii Hist.* ii. 1640. *Synop. iii.* 467. *Boerb. Ind. A. ii.* 69. A. The Rasp-berry Bush. *Gal. Ronce d'Jda, Framboisier. G. Himbeeren-strauch. B. Braambosjen met roode vrugt.* In uliginosis locis & sylvis. Maio floret, Julio fructum maturat. *Ufu.* Folia, Fructus. *Vires.* Eisdem vires obtinent, quas præcedentia, cordialia tamen præ iis peculiariter censentur, *Schrod.*

XXVIII. De Uva marina.

NOtæ sunt, Ramuli & surculi Equiseti æmuli, apbylli, Fructus ad nodos Rubi fructibus similes, *R. Meth. A. p.* 195.

A. Ephedra, *Offic. Mont. Ind.* 42. Ephedra maritima major, *Tourn. Inst.* 663. *Elem. Bot.* 514. *Boerb. Ind. A. ii.* 107. Tragus sive Uva marina major, *J. B. i.* 406. *Cbab.* 87. Uva marina major, *Ger. Emac.* 1117. *Raii Hist.* ii. 1638. Uva marina, *Ger.* 959. Polygonum bacciferum maritimum majus, *C. B. Pin.* 15. Polygonum bacciferum sive Uva marina major, *Park. Theat.* 450. Equisetum polygonoides bacciferum majus, *Hist. Oxon. iii.* 621. A. Sea Grape, or Sbrub Horse-tail. *Gal. Raisin de Mer. G. Meer-Trauben. G. Zee-Druiven.* In Sicilia aliisque locis maritimis oritur. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Ex vino poti coeliacis & fæminis fluxione laborantibus auxiliantur, *Diosc.*

Arbores & Frutices bacciferae, granorum in acinis numero nobis incognito.

XXIX. De Cappare.

NOtæ sunt, Folia subrotunda, alternatim posita, flores tetrapetali, pediculis longis è sinu

foliorum exeuntibus insidentes; fructu oblongo.

A. Capparis, *Offic.* Capparis rotundiorifolio, *Ger.* 748. *Emac.* 895. Capparis spinosa folio rotundo, *Park. Theat.* 1023. *Raii Hist.* ii. 1629. Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo, *C. B. Pin.* 480. *Jonsf. Dendr.* 274. *Tourn. Inst.* 261. *Elem. Bot.* 228. *Boerb. Ind. A. ii.* 71. Capparis spinosa, *J. B. ii.* 63. *Cbab.* 110. A. Capers. *Gal. Caprier. G. Capern. B. Kappers.* Locis arenosis & rudertis gaudet. *Ufu.* Cortex radices, tubulosus & rugosus, crassus, cinereus, saporis acris & amaricantis, & Gemmæ florum muria conditæ, hoc modo: Gemmas florum adultas, antequam tamen explicentur, colligunt, & per trium quatuorve horarum spatium in umbra sparsas relinquunt, donec flaccescere incipiant, ad impediendum nè se aperiant. Tum vasi immittunt, & acetum superaffundunt, asserculo imposito vas contegentes, adeoque contentas octiduum restare sinunt. Deinde exemptas leniter premunt, & recenti aceto infundunt per alterum octiduum. Tandem operationem iterum repetunt, expressis gemmis, & novo aceto tertium affuso. Quo peracto, eas in dolia cum aceto recondunt. *Vires.* Cortex calfacit & siccat, Splenicus est, acris, amarus, austeriusculus, ideoque incidens, aperiens, extergens, subastringens. Prodest in affectibus Arthriticis, Hypochondriacis, & similibus, *Schrod.* Gemmæ conditæ appetitum augent, & concoctionem promovent. Hepati & Lienī conferunt, obstructions eorum referando, *R. H. p.* 1529.

XXX. De Caranna.

Foliis oleagineis, in crucis formam compositis, baccis oblongis, ab aliis distinguitur.

A. Caranna, *Offic. C. B. Pin.* 503. *J. B. i.* 319. *Cbab.* 74. *Park. Theat.* 1576. *Raii Hist.* ii. 1847. *Jonsf. Dendr.* 356. Caranna seu Caragna, *Geoff. Tract.* 356. Tlahueliloca Quahuatl, i. e. Arbor insanæ, Caragna nuncupata, *Hern. A. The Caranna-tree. Gal. Arbre dormant la Gomme de Caragne ou Caregne. G. Gummi Caranna-Baum. B. Gom Caranna-boom.* In Nova Hispania crescit. *Ufu.* Resina, substantia concreta, laxa, dum recens tenax, picis instar ductilis, inveterata, dura, friabilis, foris ex cinereo nigricans, intus piceæ coloris, saporis resinosi, viscosi, amaricantis, odoris dum accenditur fragrantis. *Vires.* Cal-

Calfacit & siccatur, viribusque pollet iisdem, quibus Tacamahaca, quæ tamen operando citior & efficacior est, præcipue in tumoribus, omnisque generis doloribus; maxime juncturarum tumores inveteratos dissolvit, defluxiones frigidas aut mixtas in oculos & alias partes sistit & reprimat, nervorum ac cerebri dolores sedat, vulnera recentia, præsertim nervorum & juncturarum sola sanat, Schrod.

pothymia, Palpitatione cordis, obstructione Hepatis, &c. Extrinsecus in Catarrhis, Cephalalgia, Vomitu, &c. Schrod.

XXXII. De Myrrha.

Arbor ex qua Myrrha elicetur baccifera est, ex quorundam sententia, ergo hoc in loco eam disposuimus.

A. 1. Myrrha, Offic. C. B. Pin. 501. Jonsf. Dendr. 350. J. B. i. 311. Park. Theat. 1593. Chab. 74. Raii Hist. ii. 1841. Ind. Med. lxxviii. Mont. Exot. 11. Myrrha Troglodytica Officin. Geoff. Tract. 361. A. Myrrhe. Gal. Myrrhe. G. Myrrhen. B. Myrrhe. Substantia est resinosa, arida, dura, ex flavo ferruginea nitens, & in glebas compacta, unguibus subinde pallidis permixta, saporis subacris, amari, & aromatici, odoris fragrantis. Laudatur friabilis, levis, undiquaque concolor, amara, acris & odorata. Vires. Calfacit & siccatur, aperit, subastringit, attenuat, maturat, discutit, putredini resistit. Usus præcipuus in Uteri obstructione, foetu expellendo, in pulmonum & intestinorum mucilagine, ac inde nata Raucedine, Tussi, & Angina, Pleuritide, Colica, Lumbricis, &c. Extrinsecus prodest in Gangræna, tumoribus, vulneribus, &c. Schrod.

A. 2. Staete, Offic. J. B. i. 315. C. B. Pin. 501. Raii Hist. ii. 1842. nihil aliud esse quam Myrrham liquidam testatur Dioscorides. Duplex autem ejus colligendi modus apud veteres occurrit. 1. Sponte ex arbore non vulnerata exsudat, ut vult Plinius. 2. Exprimitur e Myrrha cum modica aqua contusa, ut docet Dioscorides, quod confirmat Cordus. In Officinis nostris nunquam reperitur, quocirca de ea plura dicere supersedeo.

Myrrham Officinarum legitimam non esse suspicatur Fuchsius, quod notæ Myrrhæ apud Dioscoridem illi non conveniant. Brassavolus alique Myrrham Officinarum pro Bdellio habuerunt, & revera tanta intercedit inter Bdellium & Myrrham similitudo, ut facile ab incautis, & minus expertis unum pro altero accipi possit. Langius & alii Benzoinum dictum omnes Myrrhæ electæ proprietates habere scribit. Plerique Myrrham Officinarum improbant, & pro genuina & optimæ notæ Myrrha non habendam statuunt. Verum J. Baubinus, Parkinsonus alique in simplicibus medicamentis examinandis versati veram Myrrham ad nos afferri statuunt, quamvis sæpius adulteratam

Arbores quædam baccifera, nobis autem incognita.

XXXI. De Santalo albo & citrino.

Notæ sunt, Folia pinnata, flores ex cæruleo nigricantes, fructus cerasi magnitudine, per maturitatem niger.

Santalum album & citrinum Offic. ex una & eadem arbore producitur, cujus pars corticalis Santalum album dicitur; medullaris, Citrinum, ut à multis affirmatur. Scribit verò Garcias, inter utriusque Santali arbores tantam esse affinitatem, ut album à citrino discerni non possit, ni fortè ab ipsis incolis, qui eas mercatoribus vendunt.

A. 1. Santalum citrinum, Offic. Park. Theat. 1604. J. B. i. 486. Chab. 36. Ind. Med. civ. Mont. Exot. 8. Raii Hist. ii. 1804. Santalum pallidum, C. B. Pin. 392. Jonsf. Dendr. 455. Ger. 1389. Emac. 1586. A. Yellow Sanders. Gal. Santal citrin. G. Gelber Sandel. B. Geele Sandel. Usu. Cor seu medulla solida, colore citrina, saporis subamari, aromatici, odoris fragrantis & grati.

A. 2. Santalum album, Offic. Ger. 1389. Emac. 1586. Park. Theat. 1605. J. B. i. 486. Chab. 36. C. B. Pin. 392. Jonsf. Dendr. 455. Raii Hist. ii. 1804. Ind. Med. civ. Mont. Exot. 8. A. White Sanders. Gal. Santal blanc. G. Weißer Sandel. B. Witte Sandel. Usu. Lignum, quod durum, solidum, ponderosum, pallidum, odoris & saporis præcedentis.

Utraque ex India Orientali ad nos transportantur. Vires. Refrigerant, siccant, aperiunt, Hepatica sunt ac cardiaca. Usus præcipuus in Li-

cum Gummi; & argumentis in contrarium al-
latis respondent, quos consule.

Duas arbores Lachrymiferas, aculeatas, de-
pingit & describit eximius ille Botanicus D.
Leonardus Plukenetius in Phytograph. Tab. 145.
Fig. 2, & 3. quas consulat Lector.

*Arbores Pomiferæ fructu corticoso mol-
liore.*

Fructum corticosum vocamus, qui non membra-
na tantum tenui pulpam ambiente, sed corti-
ce crassiore, eo tamen molliore cingitur, R. H.
p. 1654.

SECTIO OCTAVA.

I. De Malo Citria, sive Medica, Li- monia, & Aurantia.

De Arboribus Pomiferis.

Pomiferas Arbores voco, quæ fructum profe-
runt majorem, pericarpio donatum, polypyre-
num, R. H. p. 1643.

Arbores Pomiferæ sunt fructu cortice crassio-
re tecto, eoque vel

- { Molliore, fructu
 - { Rotundiore per maturitatem aureo, fo-
liis
 - { Simplicibus, floribus pentapetalis,
albis, odoratis: *Aurantia*.
 - { Binis conjugatim, floribus tetrapeta-
lis, incarnatis: *Cambogium*.
 - { Ovali & oblongo, per maturitatem pal-
lidior, succo acidior,
 - { Major, cortice crassior: *Citrus*.
 - { Minor, cortice tenuior seu minus
spisso, pulpa copiosior: *Limonium*.
- { Durior, foliis singulis pediculis insidenti-
bus.
 - { Binis, flosculis in umbellas dispositis,
semine orbiculari compresso: *Lignum
Colubrinum*.
 - { Singulis, floribus speciosis, pentapeta-
lis, flavis, nucleis oblongis: *Cacao*.

Notæ sunt, Arbor fruticosa, foliis glabris,
acuminatis, odoratis, semper virentibus;
floribus calathoidibus, fructu corticoso, semina
utrinque acuminata, in carne humida continente.

A. 1. *Malus Citria*, Offic. *Citrum*, *Malus
Citria*, Commel. Plant. Usual. 87. *Malum Ci-
trum*, Aldrov. Dendr. 525. *Citrum vulgare*,
Tourn. Inst. 621. Elem. Bot. 493. Boerb. Ind.
A. ii. 420. *Citreum*, *Malus Citria*, *Malus
Medica*, Mont. Ind. 40. *Citreum Malum*,
Ind. Med. xxxvii. *Malum Citreum vulgare*,
Ferr. Hesp. 61. *Malus Citria vulgaris*, Fons.
Dendr. 10. *Malus Citria sive Medica*, Raii
Hist. ii. 1654. *Malus medica sive Citria*,
Park. Theat. 1506. *Malus Citria*, J. B. i. 94.
Malus medica, Ger. 1278. Emac. 1462. C.
B. Pin. 435. Cbab. 4. A. The Citron-tree. Gal.
Citronnier. G. Citronen-Baum. B. Citroen-
boom. In Italia & Hispania colitur. Ufu. Fru-
ctus, cortex, & semen. Vires. Citrium Ma-
lum (cum cortice ac carne) alexipharmacum
putatur cujuslibet veneni, resistit putredini,
morbisque malignis, lumbricos fugat, diapho-
reticum est. Cortex calfacit, & siccatur. Ca-
ro seu pulpa refrigerat, & humectat; & hinc
Succus expressus. Semen calfacit, & siccatur,
attenuat, digerit, abstergit, Lumbricos fugat,
Schrod.

A. 2. *Malus Limonia*, Offic. Ger. 1278.
Emac. 1462. Park. Theat. 1507. Raii Hist.
ii. 1656. J. B. i. 96. Cbab. 4. *Malus Limo-
nia acida*, C. B. Pin. 436. *Limonia vulgaris
domestica*, Fons. Dendr. 13. *Limon*, Aldrov.
Dendr. 491. *Limon*, *Malus limonia*, Mont.
Ind. 46. *Limon vulgaris*, Ferr. Hesp. 193.
Tourn. Inst. 621. Elem. Bot. 494. Boerb. Ind.
A. ii. 240. A. The Lemon-tree. Gal. Limonnier.
G. Limonien-Baum. B. Limoen-boom. In
Italia & Hispania crescit. Ufu. Fructus seu
ma-

mala, cortices malorum, semen. *Vires.* Citrii mali virtutes æmulantur, nisi quod magis acidiuscula sunt, ita & magis refrigerantia, & siccantia. Usus præcipuus in febribus, aliisque morbis calidis, in calculo, & similibus, *Schrod.*

A. 3. Malus Aurantia, *Offic. Ger.* 1279. *Emac.* 1463. *Raii Hist.* ii. 1658. Malus Aurantia vulgaris, *Parkinsf. Theat.* 1508. Malus Arantia major, *C. B. Pin.* 436. Aurantium, Mala Arantia, *Mont. Ind.* 37. Arantia Malus *C. B. i.* 97. *Cbab.* 5. Aurantium vulgare, *Ferr. Hesp.* 377. *Tourn. Inst.* 620. *Elem. Bot.* 493. *Boerb. Ind. A.* 239. Mala Aurantia; *Aldrov. Dendr.* 489. Malus Aurantia vulgaris major, *Jonsf. Dendr.* 22. A. The Orange-tree. *Gal. Orangier. G. Pomeranzen-Baum. B. Orange-boom.* In Hispania, Lusitania, &c. succrescit. *Usu.* Folia, flores, fructus, seu mala, cortices malorum, & semen. *Vires.* Aqua destillata ex floribus, quam *Napham* vocant, non tantum ad delicias, sed contra pestem, & morbos contagiosos utilem, & cordi amicam, quæ & sudores movet, *R. H. p.* 1659. Folia cum floribus viribus conveniunt. Fructus easdem virtutes habere putantur, quas Citria mala, imbecilliores tamen: Cortices calidiores sunt, ususque vulgaris in torminibus ventris, colicisque à flatu subortis, inque dysuria corrigenda, *Schrod.* Scorbuto sanando efficacissima esse perhibentur, *R. H.*

Mal.) si quis utriusque descriptionem examinet. Binæ hæ arbores ex trunco inciso Gummi Gutta Gamba, Gutta Germandra, & Gutta Femou dicta, fundunt; præstat autem illud, quod ex posteriori, ut sentit *Hermannus*. Substantia est gummosa, & resinosa, indurata, flava, aut aurei coloris, saporis acris, nauseosi. *Vires.* Expurgat per superiora, & inferiora, præcipue humores serosos, & aquosos, tum quoque omnem saburram vitiosorum humorum ex toto corpore educit. Hinc usus ejus creber est in hydrope, scabie, pruritu, & similibus. *Schrod.*

De generatione hujus gummi multæ sunt opiniones: Alii enim naturalem esse aiunt; alii vero factitium; quidam ad Esulam referunt; *Bontius* ad Esulæ affinem plantam Indicam; alii ad flores Ricini Indici; colorem vero ex Curcuma advenire; alii autem à Tithymalo, & Scammonio derivare conantur.

Nobis verò Succus est concretus ex arboribus supracitatis. Confundi autem non debet (inquit *D. Syen* in Annotationibus suis ad *Hortum Malabaricum*, Tom. i.) gummi Gutta hæc descriptum cum vulgari, quod ab *Esulæ Indicæ affini* planta colligi testatur *Jacobus Bontius* in Historia sua Naturali & Medica Indiæ Orientalis, lib. 6. cap. 57. & ab Indis vocari *Lonam Cambodia*, quod in Cambodia, vicina regno Indiæ provincia frequenter proveniat.

II. De Cambogio.

NOtæ sunt, Folia conjugatim bina, flores tetrapetali in summis surculis, fructus malo aureo æmulus.

A. Cambogium, *Offic. Commel. Flor. Mal.* 66. Carcapuli, *Park. Theat.* 1635. *J. B. i.* 105. *Cbab.* 5. *C. B. Pin.* 437. *Raii Hist.* ii. 1661. Carcapuli Malabarensum, *Jonsf. Dendr.* 26. Carcapuli Acoftæ fructu, Malo aureo simili, *Pluk. Almag.* 81. Arbor Indica, quæ Gummi guttæ fundit, fructu acido, sulcato, Mali magnitudine, *Commel. Flor. Mal.* 66. Codam-Pulli seu Ota-Pulli, *Hort. Mal. i.* 41. *Tab.* 24. Careapuli, *Linscot. Ind. Orient. Part. iv.* Arbor Indica Gummi Guttam fundens, fructu dulci rotundo, Cerasi magnitudine, Kanna-wakoraka, Kapnajicoraka, Gohkathu, Ghoraka, Cingh. *Herm. Mus. Zeylan.* 26.

Perperam confundit *Baubinus* Carcapuli Acoftæ, & Carcapuli *Linscot.* quod manifesto liquabit (*scribit D. Syen* in notis suis ad *Hort.*

III. De Ligno Colubrina, & Nuce Vomica.

FOLIIS binis ex nodis oriundis, floribus parvis in umbellam dispositis, fructu corticofo, semine plano, compresso, à reliquis differt.

A. 1. Nux Vomica, *Offic. Ger.* 1362. *Emac.* 1546. *Park. Theat.* 1601. *Raii Hist.* ii. 1814. Nux Vomica, Nux Metella, *Mont. Exot.* 10. Nux Vomica in Officinis, *C. B. Pin.* 511. Nux Vomica Officinarum, *Jonsf. Dendr.* 155. *Cbab.* 25. Nux Vomica vulgò Officinarum, compressa, hirsuta, *J. B. i.* 339. Nux Vomica major & Officinarum, *Parad. Bat. Prod.* 357. Caniram, *Hort. Mal. i.* 67. *Tab.* 37. Malus Malabarica fructu corticofo, amaricante, semine plano compresso *D. Syen. Raii Hist.* ii. 1661. Solanum arboreum Indicum maximum, foliis Oenopliæ, sive Napææ majoribus, fructu rotundo, duro, rubro, semine orbiculari compresso maximis; Nuces Vomicae & Lignum colubrinum Officinarum.

ferens, *Breyn. Prod.* ii. 92. *Commel. Flor. Mal.* 249. *Malus Indica* venenata amara nucleis argenteis compressis orbiculatis; *Ghodhakadura*; *Nux Vomica Officinarum*, *Herm. Mus. Zeylan.* 41. *A. Vomick Nuts.* *Gal. Noix vomique.* *G. Kräh-Augen.* *B. Kraan-Oogen.* In Malabar oritur. *Ufu.* Semina orbiculata, compressa, cornea duritia, colore cinereo, foris parum lanuginoso, saporis amari. *Vires.* Narcotica est, virulenta, & Opio deterior. Canes, feles, corvos, &c. cum cibo exhibita interimit, vomitumque ciet.

Ex observatis (inquit *De Heide* in *Centuria Observationum Medicarum*, *Obs.* 50. p. 116.) patere putem hanc nucem virulentam potissimum inficere fluidum cerebrum nervosque irrigans: hinc enim inquietudo, rigor, convulsiones, horror, tremor, & respiratio inordinata facile derivantur.

A. 2. Lignum Colubrinum, *Offic.* *Nux Vomica minor Moluccana*, Lignum Colubrinum *Officinarum*, *Parad. Bat. Prod.* 357. *Nux Vomica altera*, *Raii Dendr.* 117. *Radix Colubrina*, Lignum Colubrinum, *Mont. Exot.* 7. *Solanum arborescens Indicum*, foliis Napææ majoribus magis mucronatis, fructu rotundo, duro, spadiceo-nigrescente, semine orbiculari compresso, maximis, *Breyn. Prod.* ii. 93. *Commel. Flor. Mal.* 249. Fructus orbicularis peregrinus cum granis Nucis Vomicae similibus, *J. B. i.* 341. *Modira-Caniram*, *Hort. Mal.* viii. 47. *Tab.* 24. *An Clematitis Indica* foliis Perficæ, fructu Periclymeni, *C. B. ?* Lignum Colubrinum primum *Garcia*, *Park. C. B. ?* *A. Snake-wood.* *Gal. Bois couleuvre.* *G. Griefs-holk.* *B. Slangen-bout.* In Insula Zeylanica & Timorensi succrescit. *Ufu.* Radix lignosa, brachii crassitie, sub cortice ferrugineo, maculis cinereis notato, includens materiam solidam ponderosam, saporis acris & amarissimi, odoris nullius. Eligendum amarum, non cariosum, grave. *Vires.* Calidum est, & siccum, abstergit, morsibus serpentum aliisque venenis medetur. Bilem ac mucilaginem per alvum, nonnunquam etiam per vomitum educit; unde usus præcipuus est in febribus intermittentibus tertiana ac quartana: Lumbricos necat ac fugat. Extrinsecus maculas cutis abstergit, *Schrod.*

Ex Observationibus autem *Antonii de Heide*, *Obs.* 53. p. 121. Vi virulentâ, soporosa, ac maligna, hoc Lignum præditum est; hinc non tutum esse affirmo internè exhiberi. Ad Febrem quotidianam sedandam (inquit) Ligni Colubri pulverem assumpsit Tornator quidam circa vesperam, subsequente nocte satis bene

habuit, sed mane surgere vel corpus movere satagens, sentiebat tremorem in membris. Eiusdem ligni semi-drachma assumpta à muliere cachectica præter tremorem excitavit & stuporem, ita ut ægra nullius rei curam haberet, nesciens, ut mihi retulit, se esse in mundo vel vivere. Retulit mihi illustris domina famulum suum ab assumpto hoc ligno per aliquot dies instar fatui extitisse.

A. 3. Faba Sti. Ignatii, *Offic.* *Nux Pepita* seu Faba Sancti Ignatii, *Act. Philosoph. Lond.* No. 249. p. 44. *Igasur*, seu *Nux Vomica legitima Serapionis*, *ejusd.* 88. *Fig.* 4, 5, 6. *Igasur*, seu *Nux Vomica legitima Serapionis Camelli*, Faba Sti. Ignatii vulgo, *Raii Dendr.* 118. *Cucurbitifera Malabathri foliis scandens Catalongay*, & *Contara Phillippinis Orientalibus dicta*, cujus Nuclei Pepitas de Byfayas aut Catbalogan, & Fabæ Sti. Ignatii ab Hispanis, *Igasur* & *Mananaog*, i. e. *Victoriosi*, Insulanis nuncupati, *Pl. Mant.* 60. *A. St. Ignatius's-Bean.* *Gal. Fève de Saint Ignace.* *G. St. Ignatius-Bohne.* *B. St. Ignatius Boone.* Ex India Orientali transportatur. *Ufu.* Semina oblonga, avellanæ Nuci cum putamine paria, aut etiam paulò majora, nodosa, durissima, diaphana, & quasi cornea substantia, saporis intensius amari, coloris autem inter album & glaucum. *Vires.* Veneno resistit, febres quartanas curat, urinam & menses provocat; vertiginem inducit, & vomitiones ciet.

IV. De Cacao.

Arbor est procera, cortice glabro, foliis longis, glabris, & acuminatis, floribus magnis, pentapetalis, flavis, fructu magno.

Cacao, *Offic.* *Ger.* 1364. *Emac.* 1550. *Raii Hist.* ii. 1670. *Cat. Jam.* 134. *Hist.* ii. 15. *Ind. Med.* xxiv. *Mont. Exot.* 9. *Cacao* sive *Cacavate*, *Park. Theat.* 1642. *Cacao* Americae sive *Avellana Mexicana*, *J. B. i.* 291. *Amgdalis similis Guatimalensis*, *C. B. Pin.* 442. *Arbor Cacavera*, *Pis. Mant. A.* 197. *Cacava Quahvitl* sive *Arbor Cacari Cacavifera*, *Hern.* 79. *Cacava* seu *Arbor Cacaï*, *Nieremberg.* seu *Arbor Cacarifera*, *Mexicanorum*, *Jons.* *Dendr.* 124. *Cacava Quahvitl*, sive *Arbor Cacaï*, *Nieremb.* 344. *Arbor Cacarifera*, *Camel. Syllab.* *Cacao America*, sive *Avellana Mexicana*, *Cacavata* quorundam, *Chab.* 19. *Cacao fructus*, *Calceol. Mus.* 606. *Worm.* 191. *Arbor cacavifera Americana*, cujus fructus fol.

folliculo inclusus Amygdalorum speciem refert, *Pluk. Almag.* 40. *Phytog.* 268. f. 3. A. *The Cacao-tree.* Gal. *Cacavate*, (*arbre qui porte le Cacao.*) G. *Cacaos-Baum.* B. *Cacaos-boom.* In Insula Cuba, Jamaica, &c. colitur. *Usu.* Nuclei Amygdalis similes, & magnitudine, & forma, & consistentia, sed paulo tumidiore, saporis subpinguis, oleosi, & subamari, colore obscurius rubente, odoris nullius. Electione tamen utendum, nec esitandas mucidas, cariosas, aut nullo modo corruptas seu vitiosas; verum integras, pingues, bene asservatas & sapidas. *Vires.* Amygdalarum & Pistaceorum virtutes æmulantur; vim autem habent nutriendi adeo potentem, ut multis carnibus, aliisque alimentis anteferantur. Ex Nucleis vel per se, vel cum Saccharo solo, vel cum aliis fructibus, aut aromatis mixtis, conficitur illa Massa seu Confecta *Chocolata* dicta. Simplicia alimentaria & aromatica, quæ Chocolatæ compositionem ingrediuntur, hæc recensent *Hernandez*, *Piso*, & *Hughesius*. à nobis in hoc opere descripta. 1. *Atolli*, i. e. *Mayzii* seu *Frumenti Indici* farina. 2. *Acchiote*, *Hern.* *Urucu*, *Pis.* 3. *Chilli*, i. e. *Capficum*. 4. *Macaxochitl*, *Hern.* 5. *Tliloxochitl*, *Hern.* i. e. *Vaynillus*. 6. *Xochinacatl*, seu *Flos auriculæ*, *Hern.* *Oregivella*, *Clus.* *Orejuelas*, *Hughes.* 7. *Xoconochitl* seu *Piper Tavaſci*, *Hern.* Vid. D. *Stubbes Tractatum Anglicum de potu Chocolate dicto.* Item D. *Du Tours Librum Gallicum de Chocolate*, & *Tractatum Anglicè conscriptum.*

SECTIONONA.

De Arboribus fructu per maturitatem sicco.

Arbores & frutices fructu per maturitatem sicco sunt vel:

Nuciferæ, foliis pinnatis, nuce majore, oblonga, dura, tegumento exteriori scabro, testam undique obducente, *Pistacia.*

a Bacciferæ,
 { Erectæ, foliis
 { Perpetuis seu sempervirentibus,
 { Majoribus & latioribus suaveolentibus, in igne crepitantibus, baccis nigris nucleis intus geminum planum claudentibus: *Laurus.*
 { Minoribus, baccis etiam nigris; nucleum intus geminum fulcatum, saporis amaricantis, claudentibus: *Coffee*, *Frutex.*
 { Deciduis, latis, mucronibus acutis, floribus pentapetalis, suaveolentibus, ligulis foliaceis, oblongis, communi pediculo adnascentibus; fructu rotundo, parvo, monococco: *Tilia.*
 { Scandentes, foliis nervosis, subrotundis, acuminatis, flosculis monopetalis, tripartitis, racematim digestis, fructu rotundo, monopyreno, aromatico: *Piper Rotundum.*
 Polycoccæ; hæ sunt vel foliis
 { Simplicibus, graveolentibus, sempervirentibus, fructu tricuspide & tricapsulari, singulis cellulis binis seminibus nigris, splendentibus, repletis, *Buxus.*
 { Pinnatis pari numero, ligno solido & denso, resinoso, fructu etiam
 { Dicocco, flore tetrapetalo: *Guajacum.*
 { Tetracocco, flore pentapetalo, cæruleo: *Lignum Sanctum.*
 Vasculis membranulis alatis; seu folliculis singulis singula semina claudentibus.
 Subrotundis, primo vere ante folia erumpentibus, & semine perfecto, brevi deciditibus, arbore grandi & procera, folio simplici, lato, non laciniato: *Ulmus.*
 Oblongis, semine extremum inferius seu quod ad pediculum est occupante, non ante autumnum maturo, foliis arboris pinnatis: *Fraxinus.*
 Lanigeræ, seminibus vasculis inclusis, multis simul confertis racematim in summis ramis, foliis Cupressi: *Tamarix.*
 Polyspermæ, seu vasculo subrotundo, semina multa parva continente, in imo flore occultato, foliis parvis & angustis sempervirentibus: *Erica.*

I. De Staphylodendro.

NOtæ sunt, Flores racemosi, pentapetali; fructus vesicula in duos aut tres loculos divisa, nucis continentes, calvarie figuræ, R. Meth. A. p. 157.

A. Staphylodendron, Offic. *J. B.* i. 247. *Cbab.* 18. *Raii Hist.* ii. 1681. *Synop.* iii. 468. *Tourn. Inst.* 616. *Elem. Bot.* 489. *Boerb. Ind.* A. ii. 235. *Rupp. Flor. Jen.* 98. *Merc. Bot.* ii. 34. *Phyt. Brit.* 119. Staphylodendron, Pistachia sylvestris, *Mont. Ind.* 53. Staphylodendron sylvestre & vulgare, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 582. Pistachia sylvestris, *C. B. Pin.* 401. *Jonsf. Dendr.* 128. Nux Vesicaria, *Ger.* 1249. *Emac.* 1437. *Park. Theat.* 1417. *Mer. Pin.* 83. A. The Bladder-Nut-tree. *Gal. Nez coupez.* G. Deutsche Pimpernuße. B. Pimpernooten. In sepibus nonnunquam reperitur. Maio floret. Autumno nucleos maturat. *Ufu.* Nuclei. *Vires.* Cum Pistachia viribus à quibusdam convenire creditur.

II. De Laure.

NOtæ, Arbor est baccifera, foliis sempervirentibus, majoribus & latioribus, in igne crepitantibus, baccis nigris, nucleum intus geminum claudentibus; R. Meth. p. 34.

A. 1. Laurus, *Ger. Emac.* 1407. *Park. Parad.* 598. *J. B.* i. 405. *Raii Hist.* ii. 1688. *Cbab.* 31. Laurus vulgaris, *C. B. Pin.* 460. *Tourn. Inst.* 597. *Elem. Bot.* 470. *Boerb. Ind.* A. ii. 216. Laurus minor, *Park. Theat.* 1488. Laurus domestica tenuifolia, *Jonsf. Dendr.* 229. Laurus mas & fœmina, *Ger.* 1222. A. The Common Bay-tree. *Gal. Commun Laurier.* G. Lorbeer-Baum. B. Lauwrier-boom. In hortis colitur. Martio & Aprili floret. *Ufu.* Folia, & baccæ oblongæ, rotundæ, nigricantes, sub pellicula tenui includentes nucleum geminum nigricantem, saporis acris, amari, aromatici, oleosi, odoris non ingrati. *Vires.* Calfaciunt, & siccant, emolliunt, resolvunt. *Ufus præcipuus* baccarum in mensibus & urinis ciendis, in affectibus nervorum, paralyfi, in colica, in dolore post partum, in cruditatibus ventriculi. Extrinsecus conferunt folia ad ictus vesparum, molliunt tumores, promovent menses, leniunt dolores, odontalgiamque mitigant, *Schrod.*

A. 2. Laurus latifolia, Offic. Laurus latifolia platytera Dioscoridis, *C. B. Pin.* 460. *Cbam.* 393. *Tourn. Inst.* 597. *Elem. Bot.* 470. *Boerb. Ind.* A. ii. 215. *Raii Hist.* ii. 1690. Laurus major five latifolia, *Park. Theat.* 1488. Laurus latifolia Bætica, *Hort. Amst.* 189. A. The broader-leaved Bay-tree. *Gal. Grand Laurier.* G. Große Lorbeer-Baum. B. Grote Lauwrier-boom. In Hispania. *Ufu.* Folia. *Vires.* Cum vulgari viribus convenit.

III. De Tilia.

Ligulis foliaceis oblongis, communi flosculorum pediculo adnascantibus; floribus pentapetalis, fructu rotundo, parvo monococco; cortice lente & ad funes texendos habili, ab aliis arboribus baud difficulter distinguitur, R. *Synop.* p. 233.

A. 1. Tilia, Offic. *Cbab.* 59. Tilia fœmina, *Ger.* 1298. *Emac.* 1483. *Mer. Pin.* 118. *Merc. Bot.* ii. 34. *Phyt. Brit.* 121. Tilia fœmina major, *Park. Theat.* 1407. Tilia fœmina folio majore, *C. B. Pin.* 426. *Tourn. Inst.* 611. *Elem. Bot.* 484. *Boerb. Ind.* A. ii. 230. *Rupp. Flor. Jen.* 80. *Buxb.* 319. *Jonsf. Dendr.* 211. Tilia vulgaris platyphyllos, *J. B.* i. 133. *Raii Hist.* ii. 1694. *Synop.* iii. 473. *Dill. Cat. Giff.* 86. A. The Lime-tree. *Gal. Grand Tilleul, Tillau.* G. Linden-Baum. B. Linde-boom. In areis & compitis, Junio floret. *Ufu.* Folia & flores. *Vires.* Folia siccant, & repellunt, urinam ac menses cient. Flores calfaciunt, & siccant, partium sunt tenuium, discutiant, cephalici sunt. *Ufus præcipuus* in epilepsia, apoplexia, vertigine, *Schrod.*

A. 2. Tilia, Offic. *Ind. Med.* cxvii. Tilia fœmina folio minore, *C. B. Pin.* 426. *Tourn. Inst.* 611. *Elem. Bot.* 484. *Boerb. Ind.* A. ii. 230. *Jonsf. Dendr.* 212. Tilia folio minore, *J. B.* i. 137. *Raii Histor.* ii. 1695. *Synop.* iii. 473. *Dill. Cat. Giff.* 115. *Rupp. Flor. Jen.* 80. *Buxb.* 319. Tilia sylvestris, *Merc. Bot.* ii. 34. *Phyt. Brit.* 121. Tilia Offic. five fœcunda Pseudopiperifera, *Hoffm. Cat. Altorff.* A. The Smaller Lime-tree, Bast, or Peper-tree. *Gal. Tillet avec une petite feuille.* G. Linden-Baum mit schmalle blätteren. G. Linde-boom met smalle bladeren. In sylvis, & sepibus. *Ufu.* Flores. *Vires* easdem habet cum præcedenti.

IV. De

IV. De Cotino.

NOtæ sunt, Semina compressa, rubentia, lenticulis æqualia, obiter disposita in cymis tenuissimorum, sed rigidorum filamentorum, late diffusis, pilis plumatim obsitis, quæ ad summos ramulos oriuntur, R. Meth. A. p. 158.

A. Cotinus, Offic. Rupp. Fior. Jen. 80. Cotinus Matthioli, C. B. Pin. 415. Cotinus coriaria, Fons. Dendr. 293. Elem. Bot. 483. Tourn. Inst. 610. Boerb. Ind. A. ii. 228. Coccigria, Cotinus coriaria nonnullis dicta, Ctab. 37. Coccigria, sive Cotinus putata, J. B. i. 424. Raii Hist. ii. 1696. Coggygia Theophrasti, vel Cotinus coriaria Plinii, Ger. 1293. Emac. 1476. Cotinus coriaria, Park. Theat. 1451. A. Venice or Red Sumach. Gal. Fustet. G. Färber - Baum. B. Verf - Loof. In Italia reperitur. Maio floret. Augusto fructus maturescit. Ufu. Fructus. Vires. Siccatur, & astringit; insigniter faucium & genitalium ulcera sanat; fluxus alvi mensisque sistit.

V. De Pipere Rotundo.

NOtæ, Planta est sarmentosa, volubilis, foliis subrotundis, acuminatis, nervosis, flosculis monopetalis, tripartitis, fructu rotundo, racemoso.

A. 1. Piper nigrum, Offic. Ger. 1355. Emac. 1538. Park. Theat. 1603. J. B. ii. 181. Piper nigrum, Melanopiper, Mont. Exot. 9. Piper nigrum Clusii, Ctab. 125. Piper rotundum nigrum, C. B. Pin. 411. Raii Hist. ii. 1341. Pluk. Almag. 297. Phytog. cccxxxvii. f. 1. Commel. Flor. Mal. 215. Piper rotundum, Hern. 163. Lada, aliis Molanga sive Piper aromaticum, Pif. Mant. A. 492. Piper rotundum ex Malabara foliis latis quinque nerviis albicantibus, Herm. Mus. Zeylan. 32. Molagocodi, Hort. Mal. vii. 23. Tab. 12. A. Black-Pepper. Gal. Poivre noir. G. Schwarzer Pfeffer. B. Zwarte Peper. In Java, Malabar, &c. colitur. Ufu. Fructus seu grana rotunda Vicie magnitudine, globosa, nigricantia, & rugosa, saporis acris & fervidi, aromatici, odoris fragrantis. Vires. Cum Pipere albo viribus convenit. N. B. Javenses & Amstelodamenses immittunt Piper nigrum in aquam, ut decorti-

cetur, & tum involvunt in Creta, ut fiat Piper album factitium.

A. 2. Piper album, Offic. Ger. 1355. Emac. 1538. Park. Theat. 1603. J. B. ii. 181. Piper rotundum album, C. B. Pin. 411. Raii Hist. ii. 1342. Pluk. Almag. 297. Piper album, Leucopiper, Mont. Exot. 9. A. White Pepper. Gal. Poivre blanc. G. Weißer Pfeffer. B. Witte Peper. Cum priore convenit. Ufu. Fructus seu grana, albida, Piperi nigro similia, minusque rugosa. Vires. Calfacit & siccatur, incidit, attenuat, aperit, resolvit. Usus præcipuus in frigiditate ac cruditate ventriculi, Colicis doloribus, in visus imbecillitate. Extrinsecus in apophlegmatismis, gargarismis sternutatoriis usurpatur; sedat odontalgiam, nervorum affectus frigidos juvat, Schrod.

VI. De Spiræa.

NOtæ sunt, Flos pentapetalos; fructus è pluribus siliquis seu vaginis compositus, quarum unaquæque semina aliquot compressa continet, R. Meth. A. p. 158.

A. Spiræa, Offic. Fons. Dendr. 446. Raii Hist. ii. 1699. Spiræa Theophrasti Clusio, Ger. Emac. 1601. Spiræa Theophrasti forte Clusio, J. B. i. 559. Ctab. 44. Park. Theat. 1437. Spiræa Salicis folio, Tourn. Inst. 618. Elem. Bot. 490. Boerb. Ind. A. ii. 238. Rupp. Flor. Jen. 103. Frutex spicatus foliis Salicis ferratis. C. B. Pin. 475. A. Spiked Willow. Gal. Viorne. G. Spiræa. B. Druifjes wilge. In hortis colitur. Julio floret. Augusto Semen maturat. Ufu. Semen. Vires. Astringentem facultatem habet.

VII. De Guajaco.

NOtæ sunt, Lignum solidum, densum, ponderosum, & resinosum, folia pinnata, pari numero.

A. 1. Guajacum, Offic. Ger. Emac. 1611. Raii Hist. ii. 1685. Guajacum Officinarum, Parad. Bat. Prod. 328. Guajacum, Lignum Vitæ, Rand. Ind. 41. Guajacum sive Lignum sanctum, Park. Theat. 1586. Mont. Exot. 7. Guajacum Americanum primum, fructu Aceris, sive legitimum, Breyn. Prod. i. 31. Mentz. Zz Pug.

Pug. Guajacum Jamaicense Lentisci subrotundis foliis latè virentibus, flore albo, *Pluk. Almag.* 180. *Phytog.* xxxv. Fig. 3. Guajacum magna matrice, *C. B. Pin.* 448. *Jonsf. Dendr.* 425. Guayacan, *Hern.* 63. Guajacum præstantissimum, *Laet.* 323. Guajacum foliis Cæratoniæ, Aceris seu Bursæ pastoris fructu, flore cæruleo, *Breyn. Prod.* ii. 54. Fructus Guajaci putatus & folia, *J. B.* i. 499. Guajaci ramus, Guajacum: Lignum Indicum, *Cbab.* 38. Pruno vel Euonymo affinis arbor, folio alato, buxæo subrotundo, flore pentapetalo, cæruleo, racemoso, fructu aceris cordato, cujus cortex luteum corrugatus, semen unicum majusculum nigricans, nullo officulo tectum operit, *Cat. Fam.* 186. *Hist.* ii. 133. Lignum Vitæ vulgò. *A. Guajacum*, or *Pock-wood.* *Gal. Gayac.* *G. Frankosen-Holz.* *B. Pokbout.* In Hispaniola, Jamaica, & alibi crescit. *Ufu.* Cortex lignosus, tenuis, nonnihil resinofus, & quasi ex plurimis lamellis tenuissimis conflatus; extus ex cinereo nigricans, intus pallidus, saporis acris, amaricantis, odoris aromatici. Lignum solidum, densum, resinofum, nigricans, saporis acuti, amaricantis & aromatici, odore fragrantis. Gummi seu Resina arida, friabilis, pellucida, ex nigricante, sapore acris, odore grato. Frequenter adulteratur cum succo venenato Pomæ Manchinelli. *Vires.* Lignum calfacit & siccat, sudorem, ac urinam largiter promovet, adeoque sanguinem mundificat, putredini resistit. *Ufus præcipui* in Arthritide. Hydrope, Catarrhis, aliisque morbis à Phlegmate, tartareave mucilagine, aut flatibus oriundis: peculiariter ac specificè curat Luem Veneream, *Schrod.* Gummi calidius est quam Lignum, & in omnibus ejus vires obtinet. Luem veneream curat. Cortex minus calidus est quam lignum, ejusque viribus pollet.

A. 2. Lignum Sanctum, *Offic. Terrent. in Not. Hern.* 63. *Commel. Plant. Ufu.* 91. Guajacum propemodum sine matrice, *C. B. Pin.* 448. *Raii Hist.* ii. 1686. Guajacum Americanum alterum, fructu Euonymi, *Breyn. Prod.* i. 31. Guajacum foliis Lentisci, *Breyn. Prod.* ii. 54. *Jonsf. Dendr.* 426. Guajaci altera species Monardi, *Ger. Emac.* 1611. Palum Sanctum Indiæ Occiduae, *Park. Theat.* 1587. Hoaxacan sive Lignum Sanctum, *Hern.* Jaiminum vulgò Americanum, at rectius Euonymo affinis Occidentalis alatis Rusci foliis nucefera, cortice ad genicula fungoso, *Pluk. Phytog.* xciv. *A. Holy-wood.* *Gal. Bois saint.* *G. Heilig Holz.* *B. Heylig bout.* In America etiam oritur. *Ufu.* Lignum solidum, densum, odoratum, Guajaci ligno albidius, saporis &

odoris ejusdem. *Vires.* Ut in externa facie ita & viribus cum præcedente convenit.

VIII. De Acere.

*C*ujus notæ, Folia laciniata aut angulosa; semina bina juncta, vasculis duris, membranis extantibus alatis inclusa, *R. Meth. A.* p. 157.

A. 1. Acer majus, *Offic. Ger.* 1299. *Emac.* 1484. *Mer. Pin.* 1. *Raii Synop.* iii. 470. Acer majus, multis falso Platanus, *J. B.* i. 168. *Raii Hist.* ii. 1701. Acer majus, quibusdam Platanus dictum, *Cbab.* 61. Acer majus latifolium, Sycomorus falso dictum, *Park. Theat.* 1425. Acer montanum candidum, *C. B. Pin.* 430. *Tourn. Inst.* 615. *Elem. Bot.* 488. *Boerb. Ind. A.* ii. 234. *Dill. Cat. Giff.* 72. *Rupp. Flor. Jen.* 129. *Buxb.* 3. Acer montanum candidum, aliis Platanus, *Jonsf. Dendr.* 131. Acer majus sive Platanus Scotica Cardini, *Merc. Bot.* i. 16. *Phyt. Brit.* 2. *A. The Great Maple.* *Gal. Grand Erable.* *G. Groß Horn-Baum.* *B. Groot Boog-bout.* In Cæmeteriis & ambulacris. Maio floret. Fructus maturescit Septembri. *Ufus.* Succus ex vulnerata arbore. *Vires.* Ad Scorbutum utilis esse creditur.

Veris initio cum germina novella turgescunt, hæc in trunco ramis aut radicibus vulnerata, dulcem & potulentum succum copiose effundit non secus ac Betula, *Buxb.* A quibusdam in potu usurpatur, *Rupp.*

Ex hujus Succo Saccharum præparabant Canadenses. Vide *Act. Philos. Lond. N.* 171. p. 988.

A. 2. Acer, *Offic. Cbab.* 60. Acer, Opulus, *Mont. Ind.* 35. Acer minus, *Ger. Emac.* 1484. *Raii Hist.* ii. 1700. *Synop.* iii. 470. *Mer. Pin.* 2. *Merc. Bot.* ii. 16. *Phyt. Brit.* 2. Acer minus sive vulgare, *Park. Theat.* 1415. Acer campestre & minus, *C. B. Pin.* 431. *Tourn. Inst.* 615. *Elem. Bot.* 488. *Boerb. Ind. A.* ii. 234. *Dill. Cat. Giff.* 55. *Rupp. Flor. Jen.* 129. *Buxb.* 3. Acer campestre, aliis Opulus campestris veterum, *Jonsf. Dendr.* 132. Acer vulgare minori folio, *J. B.* i. 166. *A. The Maple.* *Gal. Petit Erable.* *G. Klein Horn-Baum.* *B. Klein Boog-bout.* In sepibus frequens. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Contusa è vino jecinoris doloribus utilissimè imponitur, *Plin.*

IX. De Fraxina.

NOtae sunt, Cortex cinereus, folia pinnata binaria adversa; folliculi membranacei oblongi, semine extremum inferius seu quod ad pediculum est occupante, non ante Autumnum maturo; flores staminei congesti, ante folia erumpentes, & brevi evanescentes, R. Synop. p. 229.

A. 1. Fraxinus, Offic. Ger. 1289. Emac. 1472. Raii Synop. iii. 469. Mer. Pin. 39. Cbab. 62. Fraxinus, Ornus, Mont. Ind. 43. Fraxinus vulgaris, Park. Theat. 1419. Merc. Bot. i. 36. Phyt. Brit. 43. Fraxinus vulgarior, J. B. ii. 174. Raii Hist. ii. 1702. Fraxinus excelsior, C. B. Pin. 416. Tourn. Inst. 577. Elem. Bot. 448. Boerb. Ind. A. ii. 171. Dill. Cat. Giff. 59. Rupp. Flor. Jen. 269. Buxb. 117. Fons. Dendr. 290. A. Common Ash-tree. Gal. Frêne. G. Esch. Baum. B. Essen-boom. In sylvis & sepibus. Usu. Cortex, Lignum, Folia, Semen Lingua avis dicta. Vires. Cortex siccatur, attenuatur, Splenis duritiem specificè emollit, diuretica est ac Lithontriptica, eaque non è postremis adhibetur in Febribus intermittentibus; sat sudores movet. Folia siccant valde, curantque ictus Serpentum. Semen calfacit, siccatur valde, conducit Hepaticis, Pleuriticis, Calculosis, Schrod.

Lignum Chirurgis suppeditat vulnerarium (scribit Rupp.) vulgò Mund-Holk dictum, cujus collectio superitionem redolet: hoc vero mihi certissime constat, esse verum Lignum vulnerarium Chirurgorum; qui plura de eo velit consulat Willisi Pharmaceutice rational. Part. ii. p. 215. Edit. Geneven. Hoc lignum aliqui in Lue Venerea loco Ligni Sancti commendant, Rupp.

A. 2. Mannifera arbor, Offic. Fraxinus rotundior folio, C. B. Pin. 416. J. B. ii. 174. Cbab. 62. Raii Hist. ii. 1703. Fons. Dendr. 291. Fraxinus, Tourn. Inst. 577. Elem. Bot. 448. Boerb. Ind. A. ii. 172. Alepensis, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 261. A. The Round-leaved Ash. Gal. Frêne avec une feuille ronde. G. Esch. Baum mit runde Blätteren. B. Essen-boom met ronde bladeren. In Calabria & Italia reperitur. Usu. Succus condensatus Manna dictus est, Substantia grumosa, albicans, Sacchari instar, saporis subdulcis, pinguis. Eligenda est candida, recens, rufa c-

nim & fusca inveterata est. Adulteratur cum Saccharo. Vires. Temperata est & caliditatem reclinans; Guttur, Asperam Arteriam, Thoracemque leniens, alvum blande movens, bilem, serosumque humores educens. Schrod. Tuto exhibetur senibus, pueris, foeminis etiam praegnantibus & delicatis.

Manna multis Rei naturalis & medicæ Autoribus pro Rore melleo habetur, qui noctu in arborum folia decidens, calore solis induratur: quibuscum consentire nequeo ob varias rationes. 1. Quia Rores mellei calore solis liquantur & evaporant, cum Manna eodem concrevit potius, ac durior & candidior redditur. 2. Rores mellei in supina duntaxat foliorum parte concreti inveniuntur, cum Manna parte etiam prona trunci praecipue ramorum observatur. 3. Rores mellei denique in arbores duntaxat nudas in aprico sitas & aeri expositas defluunt, cum Manna, ut Calabri nonnulli eruditissimo illo viro D. Joanni Raio, cum in Italia peregrinaretur, affirmarunt, in arboribus de industria tectis, ut rori aditus non daretur, inventum fuerit; quod experimento proprio eidem confirmavit eruditissimus vir D. Thomas Cornelius, M. D. Neapolitanus Consentinus, Manna in ramis linteo circumvolutis à seipso saepius collecta. Idem jamdudum ab Altomaro demonstratum est; efficacissime autem à Pena & Lobelio, qui ramos magnos Fraxini praecisos cum in cellam vinariam recondi curassent, Mannam postero die in ipsis concretum invenerunt.

Mannam autem in Calabria singulis annis circa vel paulo ante caniculares dies & Sextiles pluvias colligunt; cum autem pluit, cessat fluere. Jam si quaeratur, inquit doctissimus Raius, cur Fraxinus in Calabria Mannam fundat, in aliis regionibus non item; respondeo id evenire vel ratione temperiei caeli, vel conditionis soli, vel utriusque.

Observavit eruditissimus D. Tancredus Robinson, M. D. in Regno Neapolitano itinerans, multas cicadas fugere & depascere Fraxinum humiliorem, unde suspicatur Mannam facilius exstillare per aperta vulnera seu foramina ab hisce animalibus facta; sicut in India Orientali Lacca ex arboribus à formicis perforatis. Vide quoque Rupp. Flor. Jen. p. 269.

X. De Ulmo.

Ulmo arbori proceræ folliculi seminales compressi, Atriplicis hortensis folliculorum æmuli, antequam folia erumpunt præcoci maturitate decedentes, & singula singuli semina continentes, pro characteristica sufficiunt, R. Synop. p. 229.

A. 1. Ulmus, Offic. J. B. i. 139. Cbab. 59. Mont. Ind. 55. Dill. Cat. Giff. 45. Buxb. 340. Ulmus campestris, Jonsf. Dendr. 431. Ulmus vulgaris, Park. Theat. 1404. Ulmus campestris & Theophrasti, C. B. Pin. 426. Tourn. Inst. 601. Elem. Bot. 474. Boerb. Ind. A. ii. 220. Rupp. Flor. Jen. 226. Ulmus vulgarissimus folio lato, scabro, Ger. Emac. 1480. Raii Hist. ii. 1425. Synop. iii. 468. Mor. Pin. 126. Merc. Bot. i. 77. Ulmus vulgaris folio lato, scabro, Phyt. Brit. 131. A. Common Elm. Gal. Orme. G. Rüst-Baum. B. Olm-boom, Ypen-boom. In sepibus. Ufu. Cortex, Folia, sed raro. Vires. Cortex glutinandi vim habet, dolores Podagricos mulcet, Ischiadem mitigat, alvum purgat, pituitasque & aquas privatim trahit. Folia astringendi vim habent, Diosc.

A. 2. Ulmus montana, Offic. C. B. Pin. 426. Elem. Bot. 474. Ulmus montana, aliis latifolia, Jonsf. Dendr. 432. Ulmus latiore folio, Park. Theat. 1404. Ulmus folio latissimo, scabro, Ger. Emac. 1481. Raii Hist. ii. 1426. Synop. iii. 469. Tourn. Inst. 601. Boerb. Ind. A. ii. 220. Merc. Bot. i. 77. Phyt. Brit. 130. Mer. Pin. 126. Rupp. Flor. Jen. 266. Ulmus folio latissimo, Buxb. 340. A. The Wych-Hasel. Gal. Ormeau de montagnes. G. Berg-Ulm-Baum. B. Berg-Olm-boom. In sepibus frequens. Ufu. Cortex. Vires. Cum priore viribus convenit.

A. 3. Macer, Diosc. Theoph. Macer veterum, C. B. Pin. 408. Jonsf. Dendr. 161. Macer Græcorum, Park. Theat. Macer Dioscoridis & Græcorum, J. B. i. 262. Cbab. 18. Ulmo affinis, vasculis membranaceis, & semine intus incluso composito, Raii Hist. ii. 1779. A. The Grecian Macer. Gal. Macer des Anciens. G. Griechisch Macerbaum. B. Grieks Macer-boom. Ex Barbaria advehitur. Ufu. Cortex flavescens, crassus, gustu perquam adstringens. Vires. Contra cruentas excretaiones, Dysenterias, & alvi fluxiones bibitur, Diosc.

XI. De Tamarice.

Nota ejus sunt, Folia Cupressi seu Ericæ vulgaris, flores spicati, multa semina lanugine involuta, simul conferta racematim in summis ramis, R. H. p. 1704.

A. 1. Tamariscus, Offic. Tamariscus, Myrica, Mont. Ind. 54. Tamariscus Narbonensis, Ger. 1194. Emac. 1378. Tourn. Inst. 661. Boerb. Ind. A. ii. 257. Tamariscus folio tenuiore, Park. Theat. 1479. Tamarix altera folio tenuiore, five Gallica, C. B. Pin. 485. Tamarix major five arborea Narbonensis, J. B. i. 351. Raii Hist. ii. 1704. Tamarix fruticosa folio tenuiore, seu Gallica, Jonsf. Dendr. 448. Myrica five Tamarix, Cbab. 75. A. Tamarisk. Gal. Tamaris. G. Tamarisfen. B. Tamarisch. In hortis colitur. Maio & Junio floret. Ufu. Cortex, Lignum, Summitates, Flores. Vires. Calfacit, & siccat, attenuat, aperit, abstergit, subastringit, diureticus est ac splenicus. Usus præcipuus in obstructione ac tumore Lienis, in morbis ab atra bile ac sero oriundis, ut Scabie, Pruritu, in Ictero nigro, Profluvio albo mulierum, &c. Extrinsecus imprimis in Tinea capitis, &c. Schrod.

A. 2. Tamariscus Germanica, Offic. Tourn. Inst. 661. Mat. Med. 106. Boerb. Ind. A. ii. 257. Rupp. Flor. Jen. 95. Ger. 1194. Emac. 1378. Tamariscus folio latiore, Park. Theat. 1479. Raii Hist. ii. 1705. Tamarix fruticosa folio crassiore, five Germanica, C. B. Pin. 485. Jonsf. Dendr. 447. Tamarix Germanica five minor fruticosa, J. B. i. 351. Tamarix minor five fruticosa, Cbab. 75. A. German Tamarisk. Gal. Tamaris d'Allemagne. G. Teutscher Tamariske. B. Duitje Tamarisch. In hortis. Junio floret. Ufu. Cortex, &c. ut in priore, quacum in viribus etiam convenit.

XII. De Paliuro.]

Nota sunt, Spine longæ acutissime; fructus perispermides, pulpâ intus fungosâ officulum durum continens trispermum, hoc est, tribus conceptaculis cum singulis in unoquoque seminibus donatum, R. Meth. A. p. 158.

A. Paliurus, Offic. Ger. 1153. Emac. 1336. Raii

Raii Hist. ii. 1708. *Ind. Med.* lxxxvii. *Chab.* 61. *Paliurus*, *Rhamnus*, *Mont. Ind.* 49. *Paliurus Dodonæi*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 471. *Tourn. Inst.* 616. *Elem. Bot.* 489. *Boerb. Ind. A.* ii. 236. *Rupp. Flor. Jen.* 109. *Paliurus* sive *Rhamnus tertius Dioscoridis*, *Park. Parad.* 607. *Paliurus Jujubinis foliis fructu petaloide*, *Pluk. Almag.* 275. *Rhamnus* sive *Paliurus folio Jujubino*, *J. B. i.* 35. *Rhamnus folio subrotundo*, fructu compresso, *C. B. Pin.* 477. *Jonsf. Dendr.* 265. *Paliurus* sive *Rhamnus tertius Dioscoridis*, *Park. Theat.* 1006. *A. Christ's Thorn. G. Paliure. G. Christ's Thorn. B. Paliurus.* *Italæ*, &c. incola est. *Maio & Junio* floret; *Autumno* fructum maturat. *Usu.* *Folia*, *Radix*, *Baccæ.* *Vires.* *Radix & folia* astringunt, *ventrem fluentem* cohibent, digerunt, & *Phymata* curant. *Fructus* incidendi vim obtinet, *calculos vesicæ* comminuit, & *pectoris pulmonisque excretionibus* auxiliatur, *R. H. p.* 1709.

XIII. De Platano.

Notæ sunt, *Fructus in pilulas sphaericas conglobati*, multa semina continentes, *R. Meth. A. p.* 140.

A. Platanus, Offic. C. B. Pin. 431. *J. B. i.* 170. *Chab.* 62. *Ger.* 1304. *Emac.* 1489. *Platanus vulgaris*, *Jonsf. Dendr.* 214. *Platanus Orientalis vera*, *Park. Theat.* 1427. *Raii Hist.* ii. 1706. *Tourn. Inst.* 590. *Elem. Bot.* 463. *Boerb. Ind. A.* ii. 209. *Platanus pilulis majoribus*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 499. *Platanus Orientalis pilulis amplioribus*, *Pluk. Almag.* 299. *A. The Plane-tree. Gal. Platane, Plane. G. Frembd Thorn. B. Platanus.* In *Creta* oritur. *Usu.* *Folia*, *Cortex*, *Pilulæ.* *Vires.* *Tenerrima folia in vino decocta & illita*, *oculorum fluxiones* sistunt, *tumores & inflammationes* levant. *Decoctus cortex in aceto*, *dentes in dolore* colluit. *Virides pilulæ in vino potæ serpentium moribus* auxiliantur, *Diosc.*

XIV. De Hippocastano.

A *Vulgari Castanea differt, foliis digitatis, sed præcipue quod flores perfectos ferat tetrapetalos spicatum dispositos, ex alis foliorum in summis ramulis provenientes.* *Raii Meth. A. p.* 194.

A. Hippocastanum, Ind. Med. lix. *Hippocastanum Tournefortii & Rivini, Rupp. Flor. Jen.* 235. *Hippocastanum, Castanea equina, Mont. Ind.* 44. *Hippocastanum vulgare, Tourn. Inst.* 611. *Elem. Bot.* 485. *Boerb. Ind. A.* ii. 250. *Castanea equina, Ger.* 1253. *Emac.* 1442. *Park. Theat.* 1401. *Raii Hist.* ii. 1683. *Chab.* 58. *Castanea equina folio multifido*, *J. B. i.* 128. *Castanea folio multifido*, *C. B. Pin.* 419. *Jonsf. Dendr.* 117. *A. Horse Chestnut. Gal. Maronnier d'Inde. G. Ross-Castanien. B. Paarde-Castanien.* In *hortis & ambulacris.* *Maio & Junio* floret. *Usu.* *Fructus.* *Vires.* *Errhina* est.

XV. De Erica.

Notæ sunt, *Statura humilis, folium perpetuum, flos nudus; vasculum seminale in imo flore seu calyce clausum; in frigido, sterili, squalido, palustri & spongioso solo* vigere, quod paucissimis plantis, conceditur, *R. Synop.* 230.

A. Erica, Offic. Ind. Med. xlvi. *Mont. Ind.* 42. *Erica vulgaris, Park. Theat.* 1480. *Raii Hist.* ii. 1713. *Synop.* iii. 470. *Merc. Bot. i.* 33. *Phyt. Brit.* 38. *Erica vulgaris seu pumila, Ger.* 1196. *Emac.* 1380. *Mer. Pin.* 36. *Erica vulgaris glabra, C. B. Pin.* 485. *Dill. Cat. Giff.* 171. *Buxb.* 104. *Tourn. Inst.* 602. *Elem. Bot.* 475. *Boerb. Ind. A.* ii. 221. *Erica vulgaris flore purpureo & albo, Rupp. Flor. Jen.* 71. *Erica vulgaris humilis, semper virens, flore purpureo & albo, J. B. i.* 354. *Erica vel Erice, Chab.* 75. *Erica folio Myricæ vulgaris glabra, Jonsf. Dendr.* 449. *A. Common Heath. Gal. Bruyere. G. Gemeine Heide. B. Heide.* In *Ericetis* frequens. *Junio* floret. *Usu.* *Flores.* *Vires.* *Aqua florum distillata ruborem oculorum* tollit, &
Z z 3 dolo-

dolorem mitigat : quin & colicis laborantibus utiliter exhibetur, *Trag.* Fomenta & balnea sudatoria è floribus confecta podagricis & paralyticis membris conducere creduntur, *Matth.*

SECTIO DECIMA.

De Arboribus & Fruticibus Siliquosis.

Silicas appellamus Folliculos seu seminum conceptacula in longitudinem producta, sive ea membranacea sunt aut coriacea, sive crustacea aut lignea.

Notandum autem non omnes in universum fructus, quos siliquosis accensemus, in longitudinem productos esse, sed nonnullos breviores & tumidiore, quos tamen, quia reliquis notis cum siliquosis conveniunt, ab iis nullo modo separandos duximus. Sic quaecunque plantæ folliculos habent bivalves cum seminibus ad rachin annexis uno ordine sitis, cujuscunque tandem figure, sive longæ, sive brevioris & subrotundæ folliculi sunt, siliquosæ nobis censentur, R. H. p. 1717.

Arbores & Frutices siliquosæ sunt vel flore

Uniformi

Pentapelo, foliis

Compositis ex pluribus pinnarum conjugationibus

Impari folio alam claudente, siliquis teretibus longis, per maturitatem nigris, multis membranis aut diaphragmatis interceptis, quibus pulpa mellea adhæret: *Cassia fistularis*.

Nulla in extrema costa impari folio, siliquis

Bivalvibus, compressis, latissimis, femina etiam compressa gigartidis similia, claudentibus, flore luteo, staminibus falcatis è flore exsertis: *Senna*.

Trivalvibus, quibus femina triangularia: *Balanus Myrepsica*.

a b c

a b c

Binis in eodem pediculo, lobo magno crassissimo eduli, semine osseo magno: *Animifera arbor*.

Simplicibus, siliquis brevibus; in singulis femine contento.

Monopyreno: *Copaiba*.

Polypyreno, siliquis etiam hispidis: *Achiot*.

Hexapetalo, odorato, auricularum penè forma; folia ei longa & angusta, siliquæ etiam longæ seminibus angulosis repletæ: *Xoclinacazilis*.

Octopetalo, foliis perpetuis compositis, nullo in extremo nervo impari folio, siliquis crassis incurvis unâ cum seminibus pulpam nigram acidam continentibus: *Tamarindus*.

Difformi

Scandente, foliis plantaginis, singulis alternatim positis, siliquis longis, angustis, odoratis: *Vaynillus*.

Erectæ

Trifoliæ, viminibus seu ramulis angulosis, tenuibus, densis, virentibus: *Genista*.

Polyphyllæ, seu foliis pinnatis

Spinosæ, nullo in extrema costa impari folio, siliqua

Sinuosa, compressa, isthmo intercepta: *Acacia*.

Plana, compressa, aculeata: *Brasilia arbor*.

Non spinosæ, foliis deciduis, siliquis compressis, dulcibus, carnosissimis, esculentis: *Caroba*.

His addi possunt *Sarcocollifera arbor*, quæ à nonnullis siliquosa flore papilionaceo esse affirmatur, quamvis nobis hætenus incognita est.

Arbores & Frutices siliquosæ flore uniformi.

I. De Senna.

NOtæ sunt, Siliqua bivalvis, membranacea, latissima, compressa, Semina etiam compressa gigartidis similia, flores pentapetali lutei, stamina falcata è flore exserta.

A. 1. Senna Alexandrina, *Offic. Comm. Plant. Ufu.* 94. Senna Alexandrina live foliis acutis, *C. B. Pin.* 397. *Raii Hist.* ii. 1742. *Tourn. Inst.* 618. *Elem. Bot.* 491. *Boerb. Ind. A. ii.* 57. *Fons. Dendr.* 379. Senna, *Mont. Exot.* 8. Senna, Folia Orientalia, *Ind. Med. cix.* Senna, Sena, *Rand. Ind.* 83. Sena Orientalis, *Ger.* 1114. *Emac.* 1247. *J. B. i.* 377. *Cbab.* 81. Sena Alexandrina, *Park. Theat.* 225. A. Alexandrian Sena. *Gal. Sené Oriental, Sené d'Alexandrie.* G. Alexandrinische Senesblätter. B. Alexandrische Zeneblad. In Syria, Persia, Arabia, & in Ægypto colitur. *Ufu.* Folia sunt acuta, saporis subacris, amaricantis, nauseosi; optima censetur quæ ex Alexandria transportatur, recens, & à stipitibus liberata. *Vires.* Senna inter purgantia usitatissima est, adustos ac serofos humores, & hinc flavam bilem, pituitamque ex Capite, Hepate, Lienē sat benignè educens. Quia calida & sicca est, corrigitur floribus Violarum, Boraginis, & fructu Prunorum; & quia flatulenta, quo minus Ventriculo ol esse possit, Cinnamomo, Galanga, Zinzibere, &c. *Schrod.*

A. 2. Senna Italica foliis obtusis, *C. B. Pin.* 397. *Tourn. Inst.* 618. *Elem. Bot.* 491. *Boerb. Ind. A. ii.* 57. *Fons. Dendr.* 379. Sena Italica, *Park. Theat.* 225. *Raii Hist.* ii. 1792. *Ger.* 1114. Sena foliis obtusis, *Ger. Emac.* 1297. Sena Florentina, *J. B. i.* 377. Senæ alia icon. *Cbab.* 81. A. Italian Sena. *Gal. Sené d'Italie.* G. Italiânische Senesblätter. B. Italiaanse Zeneblad. *Ufu.* Folia, subrotunda & fere cordata. *Vires.* Utuntur quidam hac loco Orientalis ad purgandum, sed longe minus efficax est.

II. De Acacia gloriosa.

NOtæ sunt, Folia pinnata, siliqua lata echinata, fructus rotundus, durus.

A. Bonduch, *Offic.* Bonduch Indorum, *Fons. Dendr.* 300. Bonduch cinerea foliis longioribus, *Act. Philos. Lond. N.* 267, 702. Bonduch vulgare majus polyphyllum, *Plum. Nov. Gen.* 25. *Boerb. Ind. A. ii.* 59. Bonduch Pianta Indiano, *Zan.* 44. Bonduch Indiano, *Pon. Ital. Bald.* 32. Arbor exotica spinosa foliis Lentisci, *C. B. Pin.* 399. *Raii Hist.* ii. 1743. *Herm. Mus. Zeyl.* 35. Arbor spinosa Indica muricatis siliquis, *Park. Theat.* 1551. Lobus echinatus, *Ger. Emac.* 1554. Lobus echinatus fructu cæcio, foliis longioribus, *Herm. Parad. Bat. Prod.* 348. *Cat. Fam.* 144. *Hist.* ii. 41. Lobus alius exoticus hirsutus cum piso duro cinerei coloris, *Cbab.* 92. Lobus *ἰχθυόδης* cum piso duro cinerei coloris, *J. B. i.* 439. Acacia gloriosa Lentisci foliis spinosa, flore spicato luteo, siliqua magna muricata, *Pluk. Almag.* 4. *Phytog. Tab.* 2. *Fig.* 2. *Carotti, Hort. Mal.* ii. 35. *Tab.* xxii. Inimboy Brasiliensibus, *Marcg.* 12. Inimboy Brasilianorum frutex spinosus spicatus, platylobis echinoidibus, glycyrrhizæ foliis, *Breyn. Prod.* i. 40. Inimboia five Sylva de praya Lusitanis, *Pij.* 95. (Ed. 1648.) Inimboy, *Ejusd.* 205. (Ed. 1658.) Crista pavonis glycyrrhizæ folio minor repens spinosissima, flore luteo spicato minimo, siliqua latissima echinata, semine rotundo cinereo, lineis circularibus cincto majore, *Breyn. Prod.* ii. 38. *Commel. Flor. Mal.* 93. A. Molucca Nuts, *Marsao, Bezoar Nuts.* *Gal. Noix des Molucques.* G. Nuß von Molucca. B. Molucse Noten. Utriusque Indiæ alumna est. *Ufu.* Fabæ rotundæ, cinerei coloris, intus albæ, saporis impensè amari, odoris nullius. *Vires.* Herniosis tumoribus conducunt, flatu dissipant, dolorem colicum sedant, stomachum debilem confortant, menses movent, in calculo profunt. Vide *Marlow. Observat.*

III. De Glande Unguentaria.

NOtæ sunt, Siliqua trivalvis, carne albâ, semine secundum longitudinem siliquæ occultante, plena: Semina triangularia putamine integro, nucæ

nuce de more tecta, fragili, nucleum pinguem crassiusculâ fungosâ pelliculâ obductum continente: Flos pentapetalus, &c. Breyn. Prod. 2.

A. Ben, Balanus myrepica, Offic. Balanus myrepica, Ind. Med. xvii. Balanus Myrepica, Glans unguentaria, Nux Ben, Mont. Exot. 9. Commel. Plant. Ufu. 83. Balanus myrepica sive Glans Unguentaria, Cer. 1214. Emac. 1433. Glans unguentaria, C. B. Pin. 402. Raii Hist. ii. 1738. Jonsf. Dendr. 130. Nux unguentaria, J. B. i. 317. Cbab. 24. Nux Ben sive Glans unguentaria, Park. Theat. 238. Balanus myrepica, filiqua triangulari semine minore alato, Breyn. Prod. ii. 22. Commel. Flo. Mal. 50. Nux Been Zeylanica, filiqua triangula, seminibus alatis, Herm. Parad. Bat. Prod. 357. Cat. Hort. Lugd. Bat. 692. Arbor exotica Lentisci folio, C. B. Pin. 399. Moringa, Ferr. Flor. Cult. 385. Park. Theat. 1650. Moringa Lentisci folio, fructu magno anguloso, in quo semine, &c. J. B. i. 435. Raii Hist. ii. 1745. Pluk. Almag. 253. Katumurunga, Herm. Mus. Zeyl. 62. Monringon, Hort. Mal. vi. 19. Tab. ix. Coatlis quam alii Tlapalezpatli, &c. vocant, Jonsf. Dendr. 291. Hern. 119. Lignum nephriticum, Reeb. in not. ib. Coatli alii Tlapalez-patli, Laet. Ind. Occid. 227. Lignum nephriticum, Park. Theat. 1664. Ind. Med. lxxviii. Mont. Exot. 8. Raii Hist. ii. 1804. Lignum nephriticum cæruleo & flavo tingens, J. B. i. 492. Cbab. 37. Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens, C. B. Pin. 416. A. The Ben Nut, Neplritick Wood. Gal. Ben. G. Ben-Nus. B. Bennoten. Crescit in utraque India. Ufu. Fructus Avellanæ minoris magnitudine, triquetri, includentes sub putamine corticoso, & pellicula candida fungosa, nucleum triquetrum, pinguem, albidum, saporis subacris, amari, nauseosi & oleosi. Lignum fuscum, solidum, durum, grave, saporis subacris amaricantis aquam cæruleo colore tingens. Lignum Neplriticum in Officinis dictum. Vires. Nucleus calcificat & siccatur, terget, purgat supra ac infra, educitque bilem ac pituitam. Curat scabiem, Impetiginesque sanat, Schrod.

N. B. Oleum ex nucleis exprimitur, & sub titulo Olei de Ben ex Italia ad nos transfertur. Lignum calcificat & siccatur, usus ejus receptus est ad Renum vitia, urinæque difficultates & incommoda hinc in Hepate & Lienis obstructionibus, Schrod.

IV. De Copaiba.

Nota sunt, Folia obrotunda seu ovalia, flos pentapetalus, filiqua monospermos.

A. 1. Capivus, Offic. Pharmacopol. Balsamum Copaiba, Ind. Med. xviii. Balsamum de Copaiba, Mont. Exot. 12. Copaiba, Pison. (Ed. 1648.) 56. (Ed. 1658.) 118. Jonsf. Dendr. 309. Raii Hist. ii. 1759. Arbor Balsamifera Brasiliensis fructu Monospermo, Ejusd. Copaiba Brasiliensibus, Marcg. 130. Balsamum album, Park. Theat. 1570. Balsamum certarum quarundam plantarum, quas Copaibas vocant, J. B. i. 306. Balsamum Copaiba, Geoff. Tract. 348. A. The White American Balsam-tree. Gal. Arbre de l'Amerique, dont sort le Baume blanc de Copahu ou Copaii. G. Weisser Americanischer Balsam-Baum. B. Witte Americaanse Balsam-boom. In Brasilia succrescit. Ufu. Balsamum est substantia resinosa, liquida, ex albo flavescentes, saporis acris, amari, aromatici, odoris fragrantis, ex arbore vulnerata sponte effluens. Vires. Consolidat, & mundificat, vulnera imprimis nervorum sanat, morsusque serpentum curat. Intrinsecus commendatur in Dysenteria, Diarrhoea, aliisque fluxibus alvi, in fluore albo & in Gonorrhoea.

A. 2. Balsamum Peruanum, Offic. Ind. Med. xvii. Mont. Exot. 12. Balsamum Peruvianum nigrum, Park. Theat. 1570. Balsamum ex Peru, J. B. i. 294. Hoitziloxitl seu Arbor Balsami Indici, sive Balsamifera, Hern. i. 51. Hoitziloxitl Mexicanorum, Jonsf. Dendr. 309. Balsamum Hutzochitl, Laet. Ind. Occid. 224. Caburiiba, Marcg. 137. Cabureiba, Pison. (Ed. 1648.) 57. Cabureiba sive Balsamum Peruvianum, Ejusd. (Ed. 1657.) 119. A. The Natural Balsam-tree. Gal. Arbre, dont sort le Baume de Perou. G. Peruanischer Balsam-Baum. B. Peruviaanse Balsam-boom. In Nova Hispania, & alibi Americanæ provinciæ crescit. Ufu. Balsamum substantia est resinosa, densa, ponderosa, mellæ consistentiæ: color ex rufo ad nigrum vergens; sapor subacris & mordicans: odor fragrantissimus. Obtinetur per coctionem corticis & summitatum. Vires. Calidum est & siccum, dissolvit, digerit, confortat; interius exhibitum Asthmati prodest, intemperiem quoque ventriculi, viscerum languores inveteratos corrigit, obstructiones tollit, cerebrum ac nervosum genus cor-

corroborat. Ad internos & externos affectus non inferiori gaudet qualitate quam præcedens, inquit *Piso*.

A. 3. Balsamum Peruvianum album seu Sty-
rax alba, *Ind. Med.* xviii. Huacónex vel Bal-
samifera, 11. *Hern.* 52. Balsamum album,
Park. Theat. 1570. Balsamum Peruvianum al-
bum, *Geoff. Tract.* 349. A. *White Peruvian*
Balsam. Gal. Baume blanc de Perou. G. *Wei-*
ßer Peruanischer Balsam. B. *Witte Peru-*
vianse Balsam-boom. In Peruviana crescit. Li-
quida est, ex albo lutescit colore, per incisionem effluit ex arboribus. *Vires.* Cum præcedente convenit.

V. De Angsana.

Angsana, *Offic.* Angsava, *Ephem. Germ.*
Anno xiii. five *Decur.* 11. Anno xiii. p.
107. Draco arbor Indica filiquosa, Populi fo-
lio, Angsana vel Angsava Javanica, *Commel.*
Hort. Amst. i. 213. *Tab.* 109. *Raii Dendr.*
113. In India Orientali oritur. *Ufu.* La-
chrymæ in foliis arundinibus involutis. *Vires.*
Virtutibus astringentibus pollet, & in affectibus
aphthosis præ ceteris remediis conducit.
Gummi hujus arboris ab eruditissimo & inge-
niosissimo D. *Commelino* in Pharmacopolarum
Officinis nomine Sanguinis Draconis in gut-
tis divenditum esse dicitur: unde non possum
non observare (præter ea quæ jam scripsi in
Capite de Palmis) quodd Botanicæ Auctores
quænam arbor sit, valde incerti sint, & ma-
gna obscuritate ac confusione laborent, aut
diversas arbores esse quæ hoc gummi produ-
cant.

VI. De Achiotl.

Notæ sunt, Folia lata, subrotunda, flores pen-
tapetali, grandes, incarnati coloris, siliquæ
breves, pyramidales, bispidæ, polypyrenæ.

A. Orleana, *Offic. Mont. Exot.* 10. *Commel.*
Plant. Ufu. 81. Orleana seu Orellana folli-
culis lappaceis, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.*
464. *Pluk. Almag.* 272. *Phytog.* ccix. f. 4.
Orleana seu Orellana, five Urucu, *Parad. Bat.*
Prod. 357. Urucu, *Pison.* (*Ed.* 1648.) 65.
(*Ed.* 1658.) 133. *Cat. Fam.* 150. *Hist.* ii.
52. Urucu Brasiliensibus, *Marcg.* 61. Kaie-
baka, Daburi, *Ger. Emac.* 1554. Achiotl seu

Medicina tingendo apta, *Hern.* 74. Arbor
Mexicana fructu Castaneæ, coccifera, C. B.
Pin. 419. *Raii Hist.* ii. 1771. *Jonsl. Dendr.*
119. Bixa Oviedi, *J. B.* i. 440. Metella A-
mericana maxima tinctoria, *Tourn. Inst.* 242.
Boerb. Ind. A. 208. Arbor finium regundorum
Scalig. A. Arnotto. Gal. Achiotl, *Rocou,* *ac-*
court, *Roucou.* G. Achiotl. B. Orleans, A-
chiotl. In Nova Hispania & Brasilia colitur. *U-*
fu. Tinctura è fructu facta in compositione
illa famosa Chocolata dicta, hoc modo præ-
paratur: Sumunt grana benè matura, eaque
infundunt aquæ calidæ, & ex subdientia vel
tabellis conficiunt, vel lanas tingunt. *Vires.*
Tinctura cum aliqua aqua ejusdem temperatu-
ræ hausta, aut foris adhibita, mitigat æstus
febriles, sistit sanguinolentas dejectiones, dis-
cutit tumores, &c. *Pison.* Extrinsecus Tin-
cturæ ad lanas colorandas usus est, & ad fu-
cum foeminarum: à nostratibus autem *Spanish*
Wool dicta est.

VII. De Cassia Fistula.

Notæ sunt, Siliqua integra, dura, lignosa, pro-
pendens; cum orbiculis intergerinis duris, lig-
nosis; in cellulis, pulpâ glutinosâ, vel carnosâ
quadam substantiâ, semen occultante, *Breyn.*
Prod. 2.

A. Cassia fistula, *Offic. Ind. Med.* xxix. *Ger.*
1242. *Emac.* 1431. Cassia solutiva, Cassia fi-
stularis, *Mont. Exot.* 10. Cassia fistula Alexan-
drina, C. B. *Pin.* 403. *Raii Hist.* ii. 1746.
Tourn. Inst. 619. *Elem. Bot.* 492. *Boerb. Ind.*
A. ii. 59. *Commel. Flor. Mal.* 73. Cassia ni-
gra seu fistulosa prima, five Cassia fistula Ale-
xandrina, *Cat. Fam.* 145. *Hist.* ii. 42. Cassia
fistula Chaiarxambar vocata, *Alp. Egypt.* 7.
Cassia fistula vulgaris flore luteo, *Breyn. Prod.*
ii. 26. Cassia solutiva vulgaris, *Park. Theat.*
234. Cassia purgatrix, *J. B.* i. 416. *Chab.* 89.
Cassia fistula purgatrix Alexandrina, *Jonsl.*
Dendr. 382. Arbor Cassiam solutivam ferens,
Bont. 101. Conna, *Hort. Mal.* i. 37. *Tab.* 22.
Quauhayohuatli ii. five Cassia fistula, *Hern.* 87.
A. *The ruddingpipe-tree.* Gal. Cassé. G. *Eas-*
sien-Nöshren-Baum. B. *Pyp-Cassie.* In
Egypto, Nova Hispania, & in India Orientali
oritur. *Ufu.* Fructus seu siliqua oblonga, ro-
tunda, cylindracea, nigricans, includens sub
putamine corticoso, duriusculo, in ordine dis-
positis loculamentis, semina depressa, nitida,
fulva, pulpâ nigrâ, melleâ, occultata, saporis
A a a iübacris

subacris & subdulcis. Eligendæ sunt ponderosæ, recentes, plenæ, in pulpa pingues. *Vires.* Medulla seu Pulpa alvum lenit, clementerque sine torminibus fæces educit, *Schrod.* Bilem ferofosque humores purgat, & convenit in ardoribus tum externis, tum internis, sanguinem contemperans, & puriorem reddens, *R. H.* p. 1747. ubi plura videas.

VIII. De Animifera Arbore.

Courbaril est plantæ genus flore papilionaceo; è cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu siliquam duram, unicapsularem, seminibusque foetam, duram, subrotundam, *Plum. Nov. Gen.* 49.

A. Gummi Animi, Offic. Gummi seu Resina Animæ, *Schrod.* iv. 183. Gummi Anime, *Raii Hist.* ii. 1846. Arbor Brasiliensis siliquosa & gummifera, Gummi Anime simili, *Ejusd.* 1760. Arbor siliquosa ex Virginia, lobo, fusco, scabro, *C. B. Pin.* 404. Arbor siliquosa, ex qua Gummi Anime elicitur, *Ejusd.* Animifera arbor Brasiliensis, *Herm. Par. Bat. Prod.* 312. Anime, Cancamum Græcorum, *Mont. Exot.* 11. *Ind. Med.* x. Acaciæ quodammodo accedens, Arbor Anime gummi fundens, Americana, foliis magnis acuminatis in pediculo binis, lobo magno, crassissimo, eduli, *Breyn. Prod.* ii. 8. Ceratia diphyllæ Antegoana, Ricini majoris fructu, ossæ siliqua grandi inclusæ, *Pluk. Almag.* 96. *Phytog. Tab.* 82. Jetaiba Arbor, *Pison.* (Ed. 1648.) 60. (Ed. 1658.) 123. *Jonsf. Dendr.* 313. Jetaiba Brasiliensibus, *Marcg.* 101. Courbaril, *Plum. Nov. Gen.* 49. *Tab.* 36. Lobus ex Wingandecaouw, *J. B.* i. 436. Lobus peregrinus cartilagineus Phæcolo nigro-puniceo annulo cincto, *Chab.* 138. Locus vulgo, *A. The Locust-tree.* *Gal. Arbre, dont sort la Gomme Animée.* *G. Gummi Anime Baum.* *B. Gom Anime-boom.* In Nova Hispania & Brasilia oritur. *Ufu.* Gummi seu Resina arida, magnitudinis variæ, foris albidæ, intus ex candido flavescens, aliquatenus transparent, friabilis, saporis resinosi, odoris, dum accenditur, fragrantis. *Vires.* Calfacit, humectat, attenuat, resolvit, &c. Cephalica est. *Ufus præcipuus* est externus in capitis ac nervorum affectibus frigidis, dolorificis, catarrhosis, flatulentis, in affectibus articularum, paralyfi, &c. *Schrod.*

IX. De Flore Auriculæ.

Notæ sunt, Folia longa & angusta, flores hexapetali, auricularum pene formæ, odorati, siliqua longa, seminibus angulosis sanguinei coloris repleta.

A. Xochinacatz., seu Flos Auriculæ, Hern. 30. *Raii Hist.* ii. 1671. Fructus oblongus, cineraceus, acidulus, *C. B. Pin.* 406. Orejuelas seu Orichelas, *Hughes.* In Nova Hispania crescit. *Ufu.* Flos in compositionem Chocolatæ admittitur ad odorem & saporem suavem ei addendum. *Vires.* Calida & sicca est, flatum discutit, pituitam extenuat, ventriculum debilem & frigidum corroborat, & calfacit.

X. De Tamarindos.

Siliquis crassis, incurvis, unâ cum seminibus pulpam acidam continentibus, nullo in extremo nervo impari folio, *R. Meth.* p. 41.

A. Tamarindus, Offic. Ger. Emac. 1607. *Cat. Jam.* 147. *Hist.* ii. 45. *Commel. Flor. Mal.* 259. *Pluk. Almag.* 361. *Park. Theat.* 217. *Hern.* 83. *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 588. *Raii Hist.* ii. 1748. *Tourn. Inst.* 660. Tamarindus & Caranda, *Bont.* 94. Tamarindus, Oxyphænicon, *Mont. Exot.* 10. Tamarindi, *J. B.* 422. *Chab.* 90. *Boerb. Ind. A.* ii. 59. *Ind. Med.* cxiv. Tamarindi; Lusitanis Tamarazecia, *Marcg.* 107. Tamarindus Arabica, *Jonsf. Dendr.* 385. Tamarindus Derelside appellata, *Alp. Egypt.* 37. Tamarindus Derelside Prosperi Alpini, *Breyn. Prod.* i. 51. Tamarindus vel Derelside Ægyptiorum excellentissimo Prosp. Alp. *Pon.* (ed. *Clus.*) cccxxviii. Il Tamarindo, ò Derelside de gli Egittii, *Pon. Ital. Bald.* 23. Siliqua Arabica, quæ Tamarindus, *C. B. Pin.* 403. Hijabila, Tamarindus, *Herm. Mus. Zeyl.* 27. Jutra sive Tamarindus, *Pis.* (ed. 1658.) 157. Balam-pulli sive Maderam-pulli, *Hort. Mal.* i. 39. *Tab.* 23. *A. The Tamarind-tree.* *Gal. Tamarin.* *G. Saur Datteln-Baum.* *B. Tamarinde.* Non solum hæc arbor in Arabia crescit, sed etiam in utraque India. *Ufu.* Fructus seu pulpa membranacea ex siliquis exempta, colore ex fusco nigricante, saporis subacris & acidi. Eligendi recentes, nigro-rufescentes, teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi. *Vires.* Re.

Refrigerat, & siccat, humorum acrimoniam & fervorem reprimat, bilem ac adustos humores blandè ducit, siti succurrit, *Schrod.*

XI. De Nerio.

NOtæ sunt, Flos speciosus, siliqua & semen Apocyni, lanugine seu pappo adhaerente alatum, *R. Meth. A. p. 150. 196.*

A. Nerium, *Offic. Ind. Med. lxxxii. Ger. 1220. Nerium, Oleander, Mont. Ind. 48. Nerium sive Oleander, Ger. Emac. 1406. Nerium sive Rhododendron, Chab. 110. Nerium sive Rhododendron, flore rubro & albo, J. B. ii. 140. Nerium floribus rubescentibus & albis, C. B. Pin. 464. Jonsf. Dendr. 389. Tourn. Inst. 605. Elem. Bot. 476. Boerb. Ind. A. 316. Oleander sive Laurus Rosea, Park. Theat. 1469. A. Oleander vulgò, Herm. Cat. Rose-Bay. Gal. Laurier - Rose. G. Lorbeer - Rosen. B. Roze-laurier, Oleander. In hortis colitur. Julio floret. Ufu. Folia. Vires. Extrinsecus vim digerendi habet. Inter plantas Pforicas, seu ad icabiem enumerat *Mont. Ind. pag. 75. Folia ingrediuntur Pulverem Sternutatorium. V. Codex Medicament. p. 70. Plus videat lector in Hist. Plant. Boerb. pag. 396. Intra corpus assumpta perniciofa & venenosa esse scribit Galen.**

Arbores & Frutices siliquosæ floribus difformibus seu Papilionaceis.

XII. De Araco Aromatico.

NO TÆ: Volubilis est planta, foliis Plantagineis, singulis ex utraque parte caulis alternatim positis, floribus nigricantibus, siliquis longis, angustis, odoratis.

A. Vanilia, Banilia, *Offic. Vanilla, Ind. Med. cxix. Vanilla flore viridi, & albo fructu nigricante, Plum. Nov. Gen. 25. Tab. 28. Vaynillus, Vayniglia, Mont. Exot. 9. Vanillias Piperis arbori Jamaicensis innascens, Pluk. Almag. 381. Pbytog. cccxx. f. 4. Volubilis siliquosa Mexicana, foliis Plantaginis, Raii Hist.*

ii. 1330. Volubilis Americana capreolata, Plantaginis foliis, siliquis longis moschum olentibus, *Hist. Oxon. iii. 613. Lathyrus Mexicanus siliquis longissimis, moschatis, nigris, Annon. Char. Plant. 436. Aracus Aromaticus, Tlilxochitl, seu Flos niger, Hern. 38. Tlilzochitl, Laet. Ind. Occ. 230. Lobus oblongus aromaticus, Cat. Jam 70. Hist. i. 180. Lobus aromaticus subfuscus Terebinthi corniculis similis, C. B. Pin. 404. Jonsf. Dendr. 394. Lobus oblongus aromaticus, odore fere Belzuini, J. B. i. 428. A. The Vanelloes. or Banila's. Gal. Vanille. G. Vanille. B. Vanille. In Nova Hispania & aliis calidis regionibus provenit. Ufu. Fructus compressus, formâ vaginam referens, exterius nigricans, quasi coriaceus, interius pulpâ concolori cum minutissimis acinis, instar ficus refertus, saporis subacris, pinguis, & aromatici, odoris fragrantis, moschum redolentis. Ingreditur Chocolatam. Vires. Urinam ciet, menstrua evocat, partum accelerat, ac secundas mortuumque foetum expellit; ventriculum calfacit, & roborat; flatus discutit; humores crudos concoquit; cerebrum confortat, *Hern.**

XIII. De Arbore Judæ.

NOtæ sunt, Folia circinata ferè rotunditatis Asari, sed majora alternatim in ramulis nascentia; floris structuræ peculiaris, folia etenim lateralia Alæ dicta, folium superius seu vexillum superant, præter aliorum hujus generis normam; præterea folium inferius è duobus foliis, seu majoris partibus penitus separatis componitur; siliquæ longæ, compressæ, membranaceæ, Raii Method. A. pag. 162.

A. Arbor Judæ, Siliquastrum, *Mont. Ind. 37. Arbor Judæ, Ger. 1240. Emac. 1428. Park. Theat. 1554. Raii Hist. ii. 1717. Arbor Judaica, Chab. 91. Judaica Arbor, J. B. i. 433. Siliqua sylvestris rotundifolia, C. B. Pin. 402. Siliqua sylvestris vulgaris, Jonsf. Dendr. 381. Siliqua spuria rotundifolia sylvestris, Volck. Flor. Nor. 355. Siliquastrum, Elem. Bot. 507. Tourn. Inst. 647. Boerb. Ind. A. ii. 23. Cereis prior Theophrasti quibusdam, aliis Colutea Theophrasti, Raii Hist. 1717. A. Judas's-tree. Gal. Gainier. G. Judas-Baum. B. Judas-boom. In hortis colitur. Æstate floret. Ufu. Siliqua. Vires. Fructus astringit, *Mont.**

XIV. De Caroba.

Foliis pinnatis, latis, deciduis, spinis carentibus, siliquis compressis, carnosis, dulcibus, esculentis, à reliquis differt, R. Meth. p. 40.

A. 1. Siliqua dulcis, Caroba, Carantia, Of. sic. Rand. Ind. 84. Siliqua, Mont. Ind. 19. Schrod. iv. 158. Cbab. 89. Siliqua edulis, C. B. Pin. 402. Fons. Dendr. 381. Tourn. Inst. 578. Elem. Bot. 449. Boerb. Ind. A. ii. 38. Siliqua dulcis, Commel. Plant. Usu. 79. Mill. Cat. 148. Siliqua dulcis five vulgarior, Park. Theat. 236. Siliqua arbor five Carantia, J. B. i. 413. Raii Hist. ii. 1718. Ceratia, Siliqua five Ceratonia, Ger. 1241. Emac. 1429. Ceratia five Siliqua dulcis & edulis, Pluk. Almag. 97. Ceratonia, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 135. A. The Carob-tree. Gal. Carouge. B. St. Johannis - Broet. B. St. Jans - broet. In Sicilia, Apulia, & Regno Neapolitano oritur. Usu. Fructus, sed raro. Vires. Siccatur, & astringit. Usus præcipuus in ardore stomachi, tussi, &c. Alias est difficilis, Schrod.

A. 2. Acacalis, Offic. Acacalis quorundam five Kelmefan foliis Ceratiæ, J. B. i. 435. Siliquæ sylvestri similis, C. B. Pin. 402. Raii Hist. ii. 1718. Fons. Dendr. 382. A. The Wild Carob. Gal. Carouge sauvage. G. Wilde Schoten. B. Wild St. Jans - broet. Circa Constantinopolin reperitur. Usu. Semen. Vires. Tam vulgare Constantinopoli ad oculorum morbos est remedium, ut tritum sit Proverbium: Si doleant oculi, babes Chafmefen, R. H.

XV. De Genistella.

Notæ, Statura humilior, siliqua compressa, semen reniforme, folia alterna aut radiatim ad intervalla ramulos cingentia, Raii Method. A. p. 102.

A. Genistella, Genista tinctoria, Offic. Genista tinctorum, Flos tinctorum, Mont. Ind. 43. Genistella tinctoria, Ger. 1136. Emac. 1316. Raii Hist. ii. 1725. Synop. iii. 474. Mer. Pin. 44. Genistella infectiora, Merc. Bot. i. 37. Pbyt. Brit. 45. Genista tinctoria vulgaris, Park. Theat. 228. Genista tinctoria Ger-

manica, C. B. Pin. 395. Tourn. Inst. 643. Elem. Bot. 504. Boerb. Ind. A. ii. 25. Dill. Cat. Giff. 110. Rupp. Flor. Jen. 215. Buxb. 135. Genista humilis, Flos tinctorius, Cbab. 84. Genista non spinosa, Tinctorius, Germanica, Fons. Dendr. 373. Tinctorius Flos, J. B. i. 391. A. Green-weed, Diers-weed. Gal. Spargelle. G. kleiner Teutscher Genster. B. gemeene Akker-Brem. In pascuis nimis frequens. Junio & Julio floret. Usu. Herba, Vires. Astringentem ei facultatem attribuit Mont.

XVI. De Spartio.

Altitudine sua & viminibus junceis à Genistella differt, Raii Meth. A. p. 162.

A. Genista Hispanica, Offic. Ind. Med. li. Genista juncea, J. B. i. 395. Tourn. Inst. 643. Elem. Bot. 504. Boerb. Ind. A. ii. 23. Rupp. Flor. Jen. 115. Genista Hispanica, Ger. 1131. Emac. 1313. Raii Hist. ii. 1726. Genista Hispanica floribus luteis amplis, seminibus Lenti similibus, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 369. Spartium, Genista juncea, Genista Hispanica, Cbab. 86. Spartium arborescens seminibus Lenti similibus, C. B. Pin. 396. Spartium Hispanicum frutex vulgare, Park. Theat. 231. A. Spanisch Brome. Gal. Genêt d'Espagne. G. Spanische Pfriemen. B. Spaanse Brem. In hortis frequens. Junio & Julio floret. Usu. Vimina, flores, semina. Vires. Cum Genista viribus convenit, quâ tamen efficacior est.

XVII. De Genista Spinosa.

Notæ sunt, Tota ex aculeis densissimis ferè componitur; folia enim post exortum brevi decidunt, R. Meth. p. 162.

A. 1. Scorpius, Offic. Genista spinosa major, Ger. 1138. (quod descriptionem) Genista spinosa vulgaris, Ger. Emac. 1319. Raii Hist. ii. 1729. Synop. iii. 475. Merc. Bot. i. 37. Pbyt. Brit. 45. Mer. Pin. 44. Genista spinosa major longioribus aculeis, C. B. Pin. 394. Fons. Dendr. 370. Genista spinosa major vulgaris seu Scorpius Theophrasti, quam Gaza Nepam transtulit, Park. Theat. 1003. Genistellæ spinosæ affinis, Nepa quibusdam, J. B. i. 400. Genista spinosæ affinis, Nepa & Scorpius quibusdam, Cbab. 85. Genista Spartium majus longioribus aculeis, Elem. Bot. 505. Tourn.

Tourn. Inst. 445. Boerb. Ind. A. ii. 24. Dill. Cat. Giff. 130. A. Furz, or Gors. Gal. Grand Genêt piquant. G. Scorpions: Kraut. B. Stekende Brem. Ericetis & incultis nascitur. Vere flet. Ufu. Tota planta. Vires. Cum Genista viribus convenit.

A. 2. Nepa, Offic. Genista aculeata minor five Nepa Theophrasti, Ger. 1140. Emac. 1321. Genista spinosa minor, Park. Theat. 1003. Raii Synop. iii. 479. Genista spinosa major brevibus aculeis, C. B. Pin. 394. Jonsf. Dendr. 370. Raii Hist. ii. 1729. Genista-Spartium majus brevioribus aculeis, Elem. Bot. 505. Tourn. Inst. 445. Boerb. Ind. A. ii. 24. Dill. Cat. Giff. 130. A. The lesser Furz. Gal. Petit Genêt piquant. G. Klein Gespel: Dorn. B. kleine stekende Brem. Cum priore convenit. Autumno flet. Ufu. Tota planta. Vires. Cum priore viribus etiam convenit.

XVIII. De Anagyride.

NOte sunt, Odor foetidus, flores è foliorum strobilus bini, terni aut quaterni simul exeuntes, figurâ (observante D. Tournefortio) peculiari, siquidem folium superius multò brevius est reliquis, R. Meth. A. p. 163.

A. Anagyris, Offic. Chab. 78. Mont. Ind. 36. Anagyris foetida, C. B. Pin. 391. Ger. 1239. Emac. 1427. Park. Theat. 245. Jonsf. Dendr. 364. Raii Hist. ii. 1722. Tourn. Inst. 647. Elem. Bot. 507. Boerb. Ind. A. ii. 27. Anagyris vera foetida, J. B. i. 364. A. Stinking-Bean-Trefoil. Gal. Bois puant. G. Stinkender Bohnen-Baum. B. Stinkende Klaverboom. In Italia provenit. Maio & Junio flet. Ufu. Folia, semen. Vires. Tenera folia trita tumores illitu reprimunt; si partus hæreat, & secundæ mensesque morentur; drachmæ pondere bibuntur in passo: sic & suspiriosis dantur, & contra capitis dolores in vino: Radicis cortex concoquendis, discutienisque adhibetur. Semen commanducatum vomitiones vehementer ciet, Diosc.

XIX. De Laburno.

Cujus notæ, Statura & magnitudo insignis; flores plures simul velut in racemo dependentes, Raii Meth. A. p. 163.

A. Laburnum, Offic. Chab. 78. Laburnum trifolium Anagyridi simile, J. B. i. 361. Anagyris, Ger. 1239. Emac. 1427. Anagyris

non foetida five Laburnum majus, Parkinsf. Theat. 245. Anagyris non foetida major vel Alpina, C. B. Pin. 391. Anagyris non foetens major vel Alpina, Jonsf. Dendr. 364. Cytisus Alpinus latifolius flore racemoso, pendulo, Elem. Bot. 508. Tourn. Inst. 647. Boerb. Ind. A. ii. 26. A. Bean-Trefoil-tree. Gal. Aubours. G. Kleiner Bohnen-Baum ohne Gestand. B. Klaver-boom. In montibus provenit. Junio & Julio flet. Ufu. Folia, semen. Vires. Purgat per inferiora & superiora vehementius.

XX. De Genista.

FOliis in eodem pediculo ternis, viminibus tenuibus, angulosis, confertis, ab aliis filiquosis flore papilionaceo donatis fruticibus distinguitur, R. Synop. p. 232.

A. Genista, Offic. Ger. 1130. Emac. 1311. Chab. 83. Mer. Pin. 44. Genista vulgaris, Merc. Bot. i. 37. Phyt. Brit. 45. Genista vulgaris & scoparia, Park. Theat. 228. Genista angulosa & scoparia, C. B. Pin. 395. Genista non spinosa angulosa & scoparia, Jonsf. Dendr. 372. Genista angulosa trifolia, J. B. i. 388. Raii Hist. ii. 1723. Synop. iii. 474. Cytisus-Genista scoparia, vulgaris; flore luteo, Tourn. Inst. 649. Boerb. Ind. A. ii. 27. Cytisus scoparius vulgaris, Elem. Bot. 508. A. Common Broom. Gal. Commun Genêt. G. Psriemen oder Genster. B. Gemeene Brem. In pascuis arenosis & glareosis abunde oritur. Maio flet. Ufu. Tota planta, flores, semen. Vires. Splenetica & nephritica censetur, hinc & hepatica; calfacit, & siccit, aperit, attenuat, abstergit, calculum pellit, aquosos humores educit, tam per vomitum, quam per alvum, & urinas. Hinc usus ejus insignis in obstructione hepatis & lienis, Mesenterii, adeoque in hydrope, catarrhis, arthriticis affectibus, Schrod.

XXI. De Cytiso.

STatura est humilior quàm præcedens, & magnitudo minor, filiqua compressa, Raii Meth. A. p. 163.

A. 1. Cytisus, Offic. Mont. Ind. 41. Cytisus incanus filiquis falcatis, C. B. Pin. 389. Raii Hist. i. 973. Jonsf. Dendr. 360. Cytisus

septimus cornutus, *Ger.* 1124. *Emac.* 1305. *Cytisus* filiquâ incurvâ, folio candicante, *J. B.* i. 361. *Cytisus* filiquâ incurvâ, *Chab.* 78. *Cytisus* Galeni creditus, *Maranthæ* Cornutus, *Park. Theat.* 1471. *Medica* frutescens incana, seu *Trifolium* frutescens incanum filiquâ falcata planâ, *Hist. Oxon.* ii. 158. *Medica* arboorea filiquâ falcata, planâ, folio candicante, *Pluk. Almag.* 243. *Medicago* trifolia frutescens incana, *Tourn. Inst.* 412. *Elem. Bot.* 328. *Boerb. Ind. A.* ii. 35. Falcata incana Rivini, *Cytisus* *Maranthæ* vulgo, *Rupp. Flor. Jen.* 213. Falcata incana, *Rivin. Irr. Tetr. Volck. Flor. Nor.* 161. *A. Shrub-Trefoil.* *Gal. Citise.* *G. Gehörnter Geiß-Klee.* *B. Cytisus.* In hortis colitur. Æstate floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Refrigerant; tumores discutiunt; decoctum potu urinam ciet, *Diosc.* Ex hujus ligno Turcæ ensium manubria conficiunt, *Volck.*

Quamvis veteres unicam tantum *Cytisi* speciem descripserunt, idque imperfectè; recentiores tamen plurimas invenerunt plantas, quibus id nomen attribuunt. Quocirca stirps, quam hic propono, æquo jure *Cytisi Dioscoridis* nomen sibi vindicare potest, quam alia quævis, imò potiori, cum *Volckamerus* lignum ejus hodie in usu esse apud Turcas affirmet (ut supra scripsi) adeoque si illarum regionum nativum non est, tamen ibi probe est cognitum.

A. 2. Pseudo-cytisus. Offic. Pseudo-cytisus hirsutus, *Ger.* 1126. *Emac.* 1308. *Cytisus* hirsutus, *J. B.* i. 372. *Chab.* 79. *Tourn. Inst.* 647. *Elem. Bot.* 508. *Cytisus* Hispanicus, arboreus, *Park. Theat.* 1475. *Cytisus* foliis subrusa lanugine hirsutis, *C. B. Pin.* 390. *Raii Hist.* i. 971. *Jonsf. Dendr.* 361. *Hort. Cath. Supp. A.* 25. *A. Hairy-Shrub-Trefoil.* *Gal. Faux Citise.* *G. Staudichter Geiß-Klee mit rauhen Blättern.* *B. Ruige Cytisus.* In Italia & Sicilia invenitur. *Usu.* Folia.

A. 3. Asphalathus altera, Offic. Asphalathus secunda trifolia, quæ *Acacia* secunda *Matthiolo* trifolia, *J. B.* i. 375. *Asphalathus* secunda trifolia, *Acacia* secunda quorundam, *Chab.* 81. *Acacia* trifolia, *C. B. Pin.* 392. *Jonsf. Dendr.* 366. *Acacia* altera trifolia, *Ger.* 1149. *Emac.* 1330. *Acacia* *Dioscoridis*, *Ger.* 1149. *Acacia* secunda seu altera *Dioscoridis*, *Park. Theat.* 1544. *Cytisus* spinosus, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 218. *Tourn. Inst.* 648. *Elem. Bot.* 508. *Boerb. Ind. A.* ii. 27. *Cytisus* spinosus *Acacia* dictus, *Raii Hist.* ii. 1723. *Cytiso-Spartium* aculeatum, *Acacia* trifolia dictum, *Pluk. Almag.* 129. *A. Trefoil-Acacia.*

Gal. Aspalut. *G. Asphalat.* *B. Cytisus mædoornen.* In Sicilia, Italia, &c. reperitur. *Usu.* Succus. *Vires.* Astringit, sed viribus inferior (est quam vera *Acacia*) & ocularibus medicamentis inutilis, *Diosc.*

XXII. De Acacia.

NOtæ quibus à *Mimosa* discernitur: sunt Siliqua bivalvis, crassa, dura, & valida: Semina substantiâ quadam carnosâ vestita, vel interposita, *Breyn.* 2. P.

A. 1. Acacia, Offic. Alp. Egypt. 9. *Vesling. Obs.* 6. *Acacia* vera, *Schrod.* iv. 6. *Raii Hist.* i. 976. *J. B.* i. 9. *Tourn. Inst.* 605. *Boerb. Ind. A.* ii. 56. *Acacia* vera *Chab.* 92. *Acacia* vera sive *Spina Egyptiaca*, *Park. Theat.* 1547. *Acacia* *Dioscoridis*, *Ger. Emac.* 1590. *Acacia* vera *Egyptiaca*, siliquis sinuosis, sive *Lupini*, *Breyn. Prod.* ii. 2. *Acacia* *Egyptiaca*, *Col. in Recb.* 866. *Acacia* *Egyptiaca* foliis *Scorpioidis* leguminosæ, siliquis albis, compressis, isthmo interceptis, floribus luteis, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 5. *Acacia* vera, *Ger.* 1149. *Acacia* foliis *Scorpioides* leguminosæ, *C. B. Pin.* 392. *Acacia* *Egyptia*, siliquis *Lupini*, floribus luteis, *Herm. Parad. Bat. Prod.* 303. *Acacia* vera, seu *Spina Egyptiaca*, foliis *Scorpioides* leguminosæ floribus luteis, siliquis compressis *Lupini*, *Dougl. Ind.* 2. *Acacia* vera seu *Egyptiaca*, *Ind. Med.* ii. *Acacia* vera, sive *Spina Egyptiaca*, subrotundis foliis, flore luteo, siliquâ brevi, paucioribus, isthmis glabris & cortice nigricantibus donata, *Pluk. Almag.* 3. *Mizquitl* seu *Acacia*, *Hern.* 59. *A. The Egyptian-Thorn.* *Gal. Acacia veritable d'Egypte.* *G. Egyptischer Schoten-Dorn.* *B. Opregte Acacia van Egypten.* In *Egypto*, *Arabia*, &c. succrescit. *Usu.* Succus inspissatus è fructu immaturo expressus, colore intus rufescens seu subfulvus, extus verò nigricans, saporis acerbi, & austeri, cum astringentia. Et hæc est vera veterum *Acacia*, inquit *Schroderus*, quæ *Theriacam* ingreditur, recipiendaque est, ubi *Acaciæ* simpliciter mentio fit. Et *Gummi Arabicum*, *Offic. Mont. Exot.* 10. *Ind. Med.* lvi. dictum, substantia est gummosa, ex albo flavescens, pallida & pellucida, saporis aquei, viscosi, incisione sponte exsudans. Eligendum vitri modo pellucidum, sincerum, in vermiculorum speciem contractum, candidum vel ad flavedinem inclinans. *Vires.* Succus refrigerat, siccatur, crassarum partium est, incrassat, astringit. *Gummi* calfacit & humectat,

mectat, inspissat, poros cutis obstruit, acrimoniam medicamentorum obtundit, asperitati asperæ arteriæ ac tussi confert, ocularibus medicamentis & arteriacis commodissimè adhibetur, *Schrod.*

A. 2. *Acacia Indica Farnesiana*, *Ald.* 2. *Raii Hist.* i. 977. *Tourn. Inst.* 605. *Elem. Bot.* 477. *Ind. Med.* lvii. *Fons. Dendr.* 366. *Rupp. Flor. Jen.* 18. *Acacia Indica* filiqua tumida, tuberosa, *Breyn. Prod.* ii. 2. *Acacia Americana* filiquis teretibus ventricosis, floribus luteis, *Herm. Par. Bat. Prod.* 303. *Cat. Fam.* 152. *Hist.* ii. 56. *Acacia Americana Farnesiana*, *Park. Theat.* 1547. *Acacia Indica* foliis scorpioides leguminosæ filiquis fuscis, teretibus, resinosis, *Herm. Hort. Lugd. Bat.* 5. *Boerb. Ind.* A. ii. 56. *Volck. Flor. Nor.* 4. *A. Indian. Thorn.* *Gal. Acacia des Indes.* G. *Indianische Schoten-Dorn.* B. *Indiaanse Acacia*, van *Aldinus*. In hortis curiosorum. *Ufu.* Gummi Arabicum, *Ind. Med.* lvi. quod etiam fluit ex hac arbore.

A. 3. *Acacia* filiquis compressis, *Ind. Med.* lvii. Gummi Senica, *Offic.* Gummi Senica seu Orientalis, *Mont. Exot.* 10. Gummi Senegalense, *Ind. Med.* lvii. dictum, Gummi Arabico simile est, sed glebis majoribus, exterius scabrum, intus clarum & transparens, colore alias albicante, alias rubente, sapore aqueo seu fatuo, & glutinoso, odoris nullius. Ex Guinea Africana ad nos adfertur, nomenque (ut nonnulli affirmant) à Senega fluvio mutatur. Verum enimverò è quam arbore seu emanet seu eliciatur, me latet, ni fortè *Acaciæ* quædam species sit: ut ob similitudinem suam cum Gummi Arabico, cui respondet, conicere licet. *Vires.* Ut figura & specie externa, sic etiam viribus cum Gummi Arabico convenit.

Pharmacopolæ nostrates Londinenses candidissimas & maximè pellucas hujus partes diffractas pro Gummi Arabico divendunt.

A. 4. *Lycium Indicum*, *Offic.* *Lycium Indicum* putatum *Garcia*, *Park. Theat.* 1011. *Lycium Garcia* sive *Cate*, *J. B.* i. 61. *Raii Hist.* ii. 1628. *Lycium Indicum* & *Cate*, *Chab.* 51. *Lycium Erica* foliis, *Cate Garcia*, *Fons. Dendr.* 268. *Lycium foliis Erica*, *C. B. Pin.* 479. Arbor spinosa, unde *Cate* sive *Lycium* exprimitur, *Bont.* 92. *A. Indian Thorn.* *Gal. Cate.* G. *Indianische Burdorn.* B. *Indiaanse Boksdorn.* In India Orientali oritur. *Ufu.* Succus inspissatus *Cate* dictus. *Vires.* Dentes & gingivas corroborat & firmat.

Num *Cate Bontii* & *Terra Japonica* sive *Ca-*

techu una & eadem res sint, dubium est non facile solubile inter eruditos hujus seculi. Ex proximitate nominum *Cate* & *Catechu* facile inducor ut credam eandem esse. Verum è contrario *Helbigius*, ut superius lectorem monui, disertè affirmat *Catechu* ab arbore illa defumi, cujus fructum *Indigenæ* cum calce & *Betle* foliis manducant, quam *Bontius* fidenter affirmat *Arecæ* seu *Faufel* fructum esse, tanto viro non possum non fidem adhibere; præsertim cum considero illum eo loci diu vixisse. Cumque tanta observetur varietas in colore & pondere *Terræ Japonicæ*, quamvis sub eodem nomine omnes huc adferantur, non video cur diversarum plantarum genera esse non possint.

A. 5. *Acaciæ* species ex quâ *Kaath* vel *Lycium Indicum* conficiunt, *Ephem. Germ. Anno* 13. p. 8, 9, 10. *Tab.* 1.

XXIII. De Pseudoacacia.

A. *Pseudoacacia*, *Offic.* *Pseudoacacia vulgaris*, *Ind. Med.* ii. *Tourn. Inst.* 649. *Elem. Bot.* 509. *Boerb. Ind.* A. ii. 39. *Pseudoacacia Americana Robini*, *Park. Theat.* 1550. *Acacia Americana Robini*, *Cornut.* 272. *Acacia Americana* foliis *Coluteæ*, monococcos, filiquis echinatis, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 5. *Raii Hist.* ii. 1719. A. *Bastard Acacia.* *Gal. Faux Acacia.* G. *Falsche Schoten-Dorn.* B. *Valse Acacia.* *Americanæ* incolæ est, apud nos in hortis curiosorum invenitur. De usu & viribus nil invenio. Fit aqua stillatitia ex floribus, apud *Parisienses*.

XXIV. De Colutea.

Siliquis vesicæ in modum turgidis & velut inflatis ab aliis distinguitur, *R. Meth. A.* p. 163.

A. *Colutea*, *Offic.* *Ger.* 1116. *Emac.* 1299. *Ind. Med.* xxxix. *Colutea vesicaria*, *C. B. Pin.* 396. *J. B.* i. 380. *Chab.* 81. *Raii Hist.* ii. 1720. *Fons. Dendr.* 377. *Tourn. Inst.* 649. *Elem. Bot.* 509. *Boerb. Ind.* A. ii. 39. *Colutea vesicaria vulgaris*, *Park. Theat.* 226. *Senna Mauritanorum*, *Chomel.* i. 42. *Pseudo-senna* sive *Senna Europæa*, *Boerb. Hist. Plant.* 468. *Senna Pauperum*, *Ejusd.* A. *Bastard Sena.* *Gal. Baguenaudier*, *Lilac.* G. *Falsche Senes Blätter.* B.

B. *Lombartze Lintzen*, *Wilde Zeneblade*. In hortis colitur. Junio & Julio floret. *Ufu*. Folia, Semina. *Vires*. Purgant non solum per inferiora, vomitiones movent, hinc non nisi robustioribus exhibenda, *Buxb.* Aequè purgat ac Senna, rustici ut plurimum usurpare solent, *Boerb.*

XXV. De Emero.

Siliculis gracilibus à Coluteo genere differt; à Galega, quod hac frutex sit, illa herba, R. Meth. A. p. 163.

A. Emerus, *Offic.* Emerus minor, *Tourn. Inst.* 650. *Elem. Bot.* 510. *Boerb. Ind. A.* ii. 49. Colutea humilis, *Park. Theat.* 227. Colutea scorpioides humilis, *Ger.* 1117. *Emac.* 1300. *Raii Hist.* i. 924. *J. B.* i. 382. *Chab.* 81. Colutea scorpioides humilior & minor, *Hist. Oxon.* ii. 122. Colutea filiquosa minor, *C. B. Pin.* 397. Colutea filiquosa seu scorpioides minor, *Jonsf. Dendr.* 378. Coronilla montana, *Rivin. Irr. Tetr. Rupp. Flor. Jen.* 216. *Buxb.* 85. A. Scorpion Sena. *Gal. Sené de Scorpion.* G. *Scorpions Senes-blätter.* B. *Kleine Colutea met Haauwtjes.* In montosis. Junio floret. *Ufu*. Folia. *Vires* medicatas non novit recommendatas *Boerhaavius*. Vulgus autem foliis Sennæ substituit, ut scribit *Ruppius*. Vetulæ medicastræ vocant A. *Senes Blätter.* *Gall. Feuille de Sené.* G. *Senesblätter.* B. *Zenebladen*, & utuntur hac loco foliorum Sennæ *Buxb.*

XXVI. De Brasilio.

Notæ sunt, Siliqua bivalvis, crassa, in extremo lata, semina longiora quam lata, folia pinnata.

A. 1. Brasilia, *Offic.* Arbor Brasilia, *Raii Hist.* ii. 1736. *Park. Theat.* 1644. Brasiliium lignum, *J. B.* i. 490. Brasiliium lignum, *Chab.* 37. Lignum Brasilianum, *Geoff. Tract.* 310. *Mont. Exot.* 8. Pseudosantalum rubrum sive Arbor Brasilia, *C. B. Pin.* 393. Ibirapitanga sive Lignum rubrum, *Pison.* (Ed. 1658.) 164. Ibirapitanga Brasiliensibus, *Marcg.* 101. Crista pavonis Coronillæ folio tertia, sive tinctoria maxima Brasiliiana, flore variegato, parvo, odoratissimo, filiquâ aculeatâ, lignum Brasiliium dictum ferens, *Breyn. Prod.* ii. 37. Erythroxylum Brasilianum spinosum foliis Acaciæ, *Herm. Par. Bat. Prod.* 333.

A. *Erasil Wood.* *Gal. Bois de Bresil*, ou *Bois de Fernambouc.* G. *Brasiltien-Holz.* B. *Brasiliën-bout.* In Brasilia crescit. Decembri floret. *Ufu*. Lignum seu potius matrix ad tingendum utilis. *Vires*. Frigidum est & siccum; mitigat febres, restringit ac corroborat instar Santali, &c. *R. H.* p. 1737.

A. 2. Lignum Campecanum, *Offic.* Lignum Campecanum, Lignum Indicum, *Mont. Exot.* 8. Lignum Campechianum, *Laet. Ind. Occid.* 274. Lignum Campechianum, species quædam Brasil, *Cat. Jam.* 213. *Sloan. Hist.* ii. 183. *Raii Dendr.* 172. Lignum Brasilio simile cæruleo tingens, *J. B.* i. 492. *Jonsf. Dendr.* 458. Ligno Brasiliano simile, *C. B. Pin.* 393. Crista pavonis Coronillæ folio secunda, sive tinctoria Indica flore luteo racemoso minore, filiqua latissima glabra, lignum rubrum Sappan dictum ferens, *Breyn. Prod.* ii. 37. *Commel. Flor. Mal.* 92. Erythroxylum sive lignum rubrum Indicum spinosissimum Coluteæ foliis, floribus luteis, filiquis maximis, *Parad. Bat. Prod.* 333. Tiam pangam, *Hort. Mal.* vi. 3. *Tab.* 2. *Commel. Flor. Mal.* 266. Pataghi, Patanghi, Acacia Zeylanica major tinctoria Pansapan, *Herm. Mus. Zeyl.* 42. Lignum Sapan vulgo. An Jacaranda, *Pison.* 11? A. *Log-Wood.* *Gal. Bois de Campeche.* G. *Holz von Campeche.* B. *Campeche-bout.* In India Orientali atque etiam Occidentali oritur. *Ufu*. Lignum ad tingendum utile, in medicina raro.

A. 3. Lignum rubrum, *Offic.* Brasilio simile Lignum Vernimbock Germanis dictum, *J. B.* i. 492. *Raii Hist.* ii. 1737. A. *Red-Wood.* *Gal. Bois rouge.* G. *Phernambuck-Holz.* B. *Rood-bout.* In Brasilia succrescit. *Ufu*. Lignum ad tingendum utile.

A. 4. Santalum rubrum, *Offic.* *Ger.* 1389. *Emac.* 1586. *Park. Theat.* 1605. *C. B. Pin.* 393. *J. B.* i. 489. *Chab.* 37. *Raii Hist.* ii. 1805. *Jonsf. Dendr.* 456. *Ind. Med. civ. Mont. Exot.* 8. A. *Red. Sanders.* *Gal. Santale rouge.* G. *Rehter Santal.* B. *Rode Santal.* In India Orientali intra Gangem fluvium crescit. *Ufu*. Lignum seu potius cor vel Matrix ab integumentis exterioribus, cortice & ligno separata, solida, densa, ponderosa, coloris rubicundi. *Vires*. Hoc genus Santali refrigerat & astringit; unde quicquid virium Arabes alique adversus ardore aliosque morbos calidos Santalis attribuant, huic potissimum conveniunt, *Raii Hist.*

XXVII. De Sarcocollifera.

Sunt qui arborem filiquosam, flore papilionaceo faciunt, qua de causa eam hoc in loco disposui. Aliqui Tithymalum Persicum spinosum esse affirmant.

A. Sarcocolla, Offic. C. B. Pin. 498. Park. Theat. 1544. Raii Hist. ii. 1847. Ind. Med. cv. Mont. Exot. 11. Geoff. Traët. 364. Sarcocolla Officinarum, J. B. i. 308. A. Sarcocol. Gal. Arbre épineux, d'où sort la gomme de Sarcocolle, ou Colle-chair. G. Fleischleim. B. Flees-lym. Lachryma gummea est in granulis, Mannæ seu pollini Thuris similis, spongiosa, colore subrufa, saporis amaricantis & lenti, obscura quadam dulcedine. Ex Persia ad nos transfertur. Eligenda recens, coloris ad pallorem vergentis (vetusta enim rubescit) saporis amari, substantiæ porosæ, glutinosæ, &c. Vires. Calfacit & siccit, astringit, consolidat, glutinat, coquit, maturat. Usus præcipui in vulneribus extergendis, consolidandis, cicatrice obducendis, unde & nomen adepta est, &c. Mirificè prodest in Oculorum fluxionibus, albugine, nubeculis, (maceratur in lacte Asinino, vel humano, dies quinque postea, cum aqua Rosarum mixta, ciliis imponitur, addito, si libet, tantillo Sacchari). In hæmorrhagiis narium anacollematis admisceatur, Schrod.

SECTIO UNDECIMA.

De Partibus Stirpium minus cognitarum.

Atque hic Phytologiæ meæ Colophonem addidisse, ni superfuissent adhuc paucula quædam simplicia Officinalia, quæ Plantarum partes sunt, quorum tamen originis, aut plantarum productricium, nulla neque apud Veteres, neque apud Recentiores certa extant vestigia; quocirca, quò ea referrem incertus, locis suis in præcedenti opere disponere non potui, verùm satius duxi seorsim exhibere, & sectionem propriam iis assignare; &

licet non adeò numerosæ sint, secundùm methodum tamen in Catalogis simplicium Pharmaceuticis omnibus præfixis observatum, in quatuor partes seu genera, videlicet Radices, Cortices, Ligna, & Gummi, distribuere.

De Radicibus minus cognititis.

I. De Rhodio.

A. 1. Lignum Aspalathi, & Rhodium, Offic. Rhodium lignum, Schrod. iv. 137. Geoff. Traët. 313. Radix Rhodina, Lignum Rhodinum, Mont. Exot. 7. Aspalathus, Ind. Med. xv. A. Rose-Wood, or Rhodium. Gal. Bois de Rhode, Bois de Rose, Bois de Cypre. G. Rhodieser-Holz. B. Rhodise-bout. Vires. Dioscoridi & Galeno calfacit, siccit, & astringit, unde commendatum ad ulcera oris, ad nomas genitalium & sordida ulcera, ad alvi fluxus. Verum enimverò an hæc nostrati conveniant, cuius licet experiri. Vix enim modernis practicis in usu est, nisi quod interdum ad Renum Calculos decoctis incoquitur, Schrod. Officinis nostris cephalica esse existimatur, & inter odorama enumeratur. Duplex in Officinis nostris invenitur ex insulis Canariensibus & aliunde ad nos allata.

A. 2. Aspalathus colore Buxi, C. B. Pin. 392. Raii Hist. ii. 1809. Radix est lignosa, dura & contorta, torulis pinguibus & resinosis subinde interstincta, à cortice deraso, colore Buxi, odoris rosei fragrantis, ac resinosi, saporis subamari & pinguis.

A. 3. Aspalathus albicans torulo citrio, C. B. Pin. 392. Ger. Emac. 1624. Lignum Rosæ odore, aliis Lignum Thuris, aliis Aspalathus, J. B. i. 472. Raii Hist. ii. 1809. Chab. 35. Radix est lignosa, dura, ac solida, bicolor, in medio fulva, in ambitu alba, cortice satis crasso, scabro, coloris ex fusco cinerei tecta, odore & sapore præcedentis. De ligno Rhodio quid sit, magna inter Auctores dissensio & lis est. Ruellius, Casparus Baubinus, atque etiam Officinæ nostræ Rhodium & Aspalathum idem esse statuunt; quæ sententia à Cordo oppugnatur, affirmante Aspalathum Agallochi speciem esse, & pro Agallocho in Officinis venire. Verùm Aspalathus Veterum quid sit, in Officinis nostris hodie ignorari à Matthiolo aliis.

aliisque affirmatur. *Anguillara* & *Matthioli* *Rhodium* Oleastri speciem esse volunt, in insula Rhodo nascentis (unde & nomen hausisse sunt qui imaginantur) quibus ab *Honorio Belli* contradicitur, qui *Rhodium* Cytisi veri *Maranthæ*, i. e. Cytisi incani filiquâ falcata *C. B.* Lignum esse affirmat, cui etiam *Parkinsonus* suffragatur. Quod tamen vero vix simile videtur (inquit doctissimus *Paulus Ammannus*) quoniam Cytisus non fundit Resinam, ut *Rhodium*, nec alium præter herbaceum obtinet odorem. Quid sit *Aspalathum* Pharmacopolis dictum in capite de *Agallocho* ostendimus.

In *Catalogis simplicium* Pharmacopœiæ Londinensi, aliisque præfixis, lignis perperam intermiscetur, cum quotquot ego unquam viderim hujus nominis frustra seu bacilli stirpium quarundam radices, earumve partes lignosæ fuerint, vel fortè sarmenta vitiginea Viornæ cujusdam, vel *Clematidis* *Canariensis*. Vide *Ligni Rhodii* speciem apud *Ch. Plukenet*, in *P. T.* 201. F. 3.

A. 4. Radix simarouba, *Offic.* Sima Ruba, *Geoff. Tract.* 297.

est & cinerea, plerumque exutus. Præfertur crassius, pinguis, odoratus, recens, lævis, minime scaber. *Vires.* Contractionibus vulvæ ex suffitu prodest, odoris jucundi gratia & suffimentis immiscetur. *Schrod.*

Cortex isthic *Thuris* *Officinis* dictus, cujusnam arboris spoliū sit, non convenit inter Rei naturalis auctores, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli *Νάσκαφον*, sive *Νάγκαφον*, *Dioscoridis*, lib. 1. cap. 22. quod ex India deferretur corticosum Mori libro simile, quod jucundi odoris gratia suffitur, eum esse volunt. *Casparinus* pro extrema cortice Nucis Myristicæ arboris habet; *Amatus* pro specie illa *Calambac*, à Lusitanis Lignum Aquilæ dicta: *Parkinsonus* ipsius *Thuriferæ* arboris corticem esse existimat; verum cujusnam, an nullius harum sit, non ausim determinare. At neque *Caspari Baubino* aut *Bellonio* assentire possum, Corticem hunc *Styracem* rubram *Officinarum* esse, de qua in capite de *Styrace* egi, quò Lectorem remitto, ne eadem repetere cogar.

II. De Corticibus minus cognitis.

I. De Cortice Thuris.

A. Cortex *Thuris*, *Offic.* Cortex *Thuris* nonnullis dictus, vel *Thymiana*, *Raii Hist.* ii. 1841. *Elaterii* *Pharmacopol.* vel *Elattherii* Cortex, *Thymiana*, *Schrod.* iv. 166. *Cascarilla*, *Ind. Med.* xxix. *Schakarilla*, *Chakarilla*, *Mont. Exot.* 8. *Kina-kina* *Aromatica* *Palo de Calenturas*. *Cascarilla*, Cortex *Elaterii* sive *Seacarilla* *Officinarum*. Cortex *Peruvianus* griseus sive spurius, *Geoff. Tract.* 307. *Storax* rubra *Officinarum* *C. B.* Pin. 452. *Jonsf. Dendr.* 127. *Thus* *Judæorum*, *Park. Theat.* 1602. A. *Indian Bark*. *Gal. Ecorce des Indes*. G. *Weyrauch-Schalen*. B. *Indiaanse Bost.* Ex India Orientali ad nos transportatur, nobis autem importatur ex Insula *Babamensis* Americana *Elattheria* dicta. Cortex est cannulatus, in tubulos seu calamos convolutus, fragmentis parvis, *Cinnamomi* crassitie, colore ferrugineo, sapore acri aromatico & amaro, odore, præsertim cum adoletur, suavi & jucundo, exteriori cuticula quæ aspera

II. De Cortice Massoy.

A. Cortex *Massoy*, *Mont. Exot.* 8. *Ephem. Germ. Dec.* 11. *Ann.* i. 55. Calida & aromatica est. In Nova Guinea reperitur, ut affirmat *Rumphius*, in *Officinis* nostris autem est incognita. *Vires.* Alexipharmaca, aperiens, carminativa, cephalica, cordialis & stomachica est, *Mont.*

Incolæ eo trito & cum aqua in pulvem redacto corpus inungunt tempore frigido aut pluvioso, eximie enim calefacit, punctiones & tormina ventris sedat, gratæque est fragrantiae, ut scribit *Ruppius* loco citato.

III. De Cortice Culilavvan.

A. *Culitlavvan*, *Mont. Exot.* 8. *Culilavvan*, *Ephem. Germ. Dec.* 11. *Anno* i. p. 55. Similiter calidum & aromaticum, ut præcedens. In Nova Guinea etiam reperitur, at in nostris *Officinis* nunquam, quod scio, invenitur. *Vires.* Ejusdem viribus esse cum prior affirmat *Mont.*

III. De Lignis minus cognitis.

I. De Agallocho seu Ligno Aloes.

A. 1. **A** Gallochum, Xyloaloes, & Lignum Aloes, *Offic. Geoff. Tract.* 309. Agallochum five Lignum Aloes, *Park. Theat.* 1564. Agallochum Officinarum, *C. B. Pin.* 393. *Raii Hist.* ii. 1808. Agallochum verum, *Ephem. Germ.* Dec. 11. Ann. iii. p. 74. Agallochum Lignum Aloes, Xyloaloes, *Chab.* 35. Agallochum Officinarum, aliis Lignum Aloes, *Jonsf. Dendr.* 460. *Sinkoo*, vulgo Japonum *Kavoriki*, i. e. Lignum seu Arbor fragrans; Siamensibus *Kissina*; Latinis arbor Aquilæ & Aloes dicta; cujus fragrans lignum appellatur Agallochum, *Kemph. Amœn. Exot.* 903. Lignum Aloes vulgare, *Ger. Emac.* 1622. Lignum Aloes vel Xyloaloes, *Ind. Med.* lxvii. Lignum Aloes, Agallochum, Xyloaloes, *Mont. Exot.* 7. Lignum Aloes Officinarum & Agallochum plerisque putatum, *J. B.* i. 477. *A. Wood of Aloes.* *Gal. Bois d'Aloes.* *G. Paradies-oder Aloes.* *Holtz. B. Aloë-bout*, of *Paradys-bout*. Fragmenta lignosa sunt interioris medullæ arboris Chinenſis Calambac dictæ, magnitudine varia, solida, densa, resinosa, & ponderosa, colore spadicea, striis nigricantibus & resinosis conspicua, saporis subacris, amari, aromatici & pinguis, odoris, dum accenditur, fragrantis. Ex China ad nos in frustra parva aut fragmenta divisum transmittitur; quæ optima censentur nigro-purpurea, amara, ponderosa, &c. *Vires.* Calfacit, siccatur, confortativum est omnium viscerum, ac præcipue Cerebri, Cordis, ac Uteri; Spiritus vitales ac animales recreat: hinc medetur Lipothymia, amaritudine sua Lumbricos necat. Externe crebro usui est in cucuphis & Epithematibus cordialibus, *Schrod.*

A. 2. Aspalathum, *Offic. Geoff. Tract.* 310. *Mont. Exot.* 7. Lignum Aspalathum, *Pharmacop.* Aspalathus, *Ind. Med.* xv. Agallochum præstantissimum, *Jonsf. Dendr.* 460. *C. B. Pin.* 393. *A. Calambac Wood.* *Gal. Aspalat.* *G. Dhedieser-Dern.* *B. Rhodise Doern.* Frustra sunt lignosa & bituminosa, Ligno Aloes laxiora & crassiora, colore pallidiora, saporis

amaricantis, pinguis & resinosi, odoris debilioris: Ex India Orientali ad nos transportatur. *Vires.* Similes habet virtutes cum præcedente (pro quo frequenter venditur) sed debiliores.

A. 3. Lignum Aquilæ, *Ind. Med.* lxvii. *A. Eagle Wood.* *Gal. Bois d'aigle.* *G. Adler-Holz.* *B. Arent-bout.* *Ufu.* Loco Aspalathi usurpatur in Officinis Parisiensibus, apud nos autem raro aut nunquam invenitur.

Agallochum Antiquorum plerique Botanici idem esse putant cum Ligno Aloes Officinarum: alique Aspalathum veterum idem esse affirmant. Alii, præsertim Arabes, in multa distinguunt; *Garcias* autem unicum genus Indicum novit: Officinæ, ex observatione *Clusii*, duo genera Ligni Aloes demonstrant. *Casparus Baubinus* triplex genus distinguit. Primum vocat Agallochum præstantissimum, quod solum inter Reges Indiæ distribuitur. Secundum Agallochum Officinarum est, de quo agimus. Tertium est Agallochum sylvestre. In Officinis autem nostris duo tantum venduntur, ut superius ostendimus; & certum est nos habere verum Agallochum seu Lignum Aloes à China allatum nomine *Calambac*: Est autem arbor procera, à nullo auctore, quod sciam, descripta; nam de qua *Garcias ab Horto* scribit, non eadem est, ut Botanici periti, qui in India Orientali peregrinati affirmant; sed Aspalathi nobis secundo in loco descripta.

Cur Agallochum Lignum Aloes vocatur, inquit *Paulus Ammannus*, multi sunt adhuc incerti. *Hoffmannus*, lib. 2. cap. 25. addit: Forsan *Aloë* Indico Idiomate denotat odoramentum. *Bontius ad cap. 16. Garc. ab Horto*, p. 43. derivat denominationem à sapore, his verbis: Lignum hoc Aloes gustu planè aromaticum & subamarum est, unde forsitan Aloes nomen mutuatum fuit. Nemo enim velim credat, Aloem, succum Officinarum concretum esse hujus arboris, ut eum facit *Wormius*, p. 272. Est enim arbor hæc peculiaris, & procera, ut superius diximus; Aloe autem succus est plantæ ejusdem nominis, ut in capite suo ostendimus. Qui plura de Ligno Aloes velit, consulat *Historiam Plantarum* excellentissimi illius viri D. *Joannis Raii*, vicini & amici nostri.

Reverendus Pater *Camelli* in Syllabo suo varia hujus ligni genera adnotavit, quæ ex Appendice eruditissimi viri D. *Joannis Raii Dendrologiæ Syllab.* 87. huc transcribam:

Lignum Aloës *Manilam* Sinæ de *Chauchin* china desertur triplex.

1. *Sokhio*, quod caudicis pars extrema esse videtur, leve, coloris cinerei, ex nigro virgatum

amarum tantillum, odoratum modicè, non gummosum. 2. Thimhio, est Officinarium, subnigrum, solidum, & ponderosum, striis & venis intersectum, gummosum, amarum, valdè odoriferum, aquis innatans. *Hisp.* Calamba. 3. Gilamhio, ex cinereo est pallescens, molle, sed odoratum validè.

Aliud Kalapà dilatatum adseruo, Thim-hio magis fuscum, & magis ponderosum, & aquæ fundum petens. Aliud præterea lignum Sinæ afferunt nigerrimum, odoris modici, quod Vai-hio vocant. Aliud verò rufescens, odoris præstantissimi, Chitua vocant.

His addi potest quod nuper à doctissimo viro D. Jacobo Cunningham ad ingeniosissimum D. Jacobum Petiver transmissum, & ab illo mihi communicatum est in his verbis:

De Ligno Calambac & Aloes.

Calambac verum cognoscitur ex ejus odore suavi, gustu amaricante & aromatico, & ex ejus mollitie instar Cere vel Mastiches, cum dentibus masticatur, & digitorum unguibus cedit. Bonitatis varii sunt gradus, unde ejus valor (in Regno Cochinchinensi sive Annamico, ubi præcipue, si non solummodo, provenit) à 10 ad 50 Tael & amplius ascendit pro una libra Anglicana. Respectu coloris tria sunt genera, scilicet Coloris varii seu nigro-purpurei instar capitis Anatis, sicut comparationem instituunt Annamici. 2º Coloris maculati instar Tigris. 3º Coloris flavi, velut luteum ovi. Quod sua sponte in terram decedit, id plerumque coloris est varii, & melioris notæ. Calambac lingua Annamica vocatur Kenam, Mercatores Sinæ Tokiensis Kelam pronunciant, vocabulum verò mon vel moe significat Lignum, unde fortè derivatur vox Calambac. Lignum Aloes in ejus decocto vel succo coctum pro Calambac verò à quibusdam venditur, sed diutius siccatum fragrantiam, mollitiem, &c. amittit.

Lignum Aloes seu Agallochum, quo propius ad Calambac accedit, eo melius, plerumque verò durius est, & cum masticatur, quasi pulvis in ore magis siccum est, nec adeò pingue, & omnibus aliis qualitatibus debilioribus dignoscitur. Ejus libra una valet ad 5 mas ad 6 Tael. Lignum Aloes Lusitanicè Pao Agula; Annamicè Keang, i. e. odorum nominant. Sinæ lingua Mandarinica hoc Tehin-hiang, i. e. odorum pavidum seu fundum petens, alterum Sukhiang, i. e. odorum pingue vocant: Alii dicunt ex variis Arboribus fieri Lignum Aloes: Ab omnibus autem conceditur

Calambac fieri ex arbore cujus fructus (quem nunc mitto) fere pyriformis, lanuginosus, magnitudine Myrobalani citrinæ, cortice crasso & lignoso vel fungoso, bifariam debiscens, totidem semina (septo medio intercepta) turbinata cum appendicibus membranaceis continet calyci insidens quinquifido. Fructus pulverisatus ad ventris tormina insigne remedium.

II. De Ligno Carabaccio.

A. Lignum Carabaccium, *Bagliv. de Fibra Motric.* Ed. Lond. p. 202. Caryophyllis similem saporem habet, sed valde temperatum, ac plane gratissimum; colorem vero illi Caphe vel Cinnamomi valde affinem. Ex India delatum est, sed in Officinis nostris adhuc ignotum remansit. *Vires.* Ad corrigendam Lymphæ acrimoniam, ejusdemque Scorbuticæ dissolutionem, magno utor cum profectu potione calida ex decoctione hujus ligni, *Bagliv.*

IV. De Plantarum quarundam succis in Medicina usitatis minus cognitis.

I. De Olibano seu Thure masculo.

A. Olibanum & Thus maris, *Offic.* Olibanum sive Thus, *Park. Theat.* 1602. *Raii Hist.* ii. 1840. Olibanum Officinarium, *Geoff. Tract.* 362. Olibanum sive Thus masculum, *Ind. Med.* lxxv. Thus, *J. B.* i. 302. *Scbrod.* iv. 223. Thus, Olibanum, *Chab.* 73. Thus, Thus masculinum Olibanum, *Mont. Exot.* 11. Arbor thurifera, *Ger.* 1247. *Emac.* 1435. *C. B. Pin.* 399. Thus sive Olibanum Officinarium, *Ejusd.* 501. A. Frankincense, or Olibanum. *Gal.* Oliban, *Encens mâle.* G. Weyrauch. B. Wierook. Substantia est resinosa, ex flavo pallescens, duriuscula & pellucida, in guttas parvas Mastichi similes concreta & indurata, saporis amaricantis, & resinosi, odoris fragrantis. Stillat sponte sua ex arbore. Ex Turcia & India Orientali ad nos transportatur. Præfertur quod in guttulis est. *Vires.* Calificat.

cit & ficeat, subastringit. Usus præcipui intrinsicus ad varios capitis & pectoris affectus, ut & ad alvi uterique profluvia, ad tussim, vomitum, sanguinis excretionem, diarrhœam, dysenteriam mitigandam. Extrinsecus inservit suffitibus pro capite roborando, catarrhos discutit, cava ulcera carne replet, & ad cicatricem perducit, cruenta vulnera cephalica imprimis glutinat, perniones sanat, ulcera cacœthea, tum fedis, tum reliquarum partium demulcet, oculorum rubedini ac lippitudini medetur, verrucas incipientes, & impetigines abigit, *Schrod.*

Manna Thuris, *Offic.* sunt micæ, fragmenta, (pollen ac farina) Thuris, quæ ex collisione, dum in saccis vehitur, colliguntur. Alii autem per Mannam Thuris grana ejusdem intelligunt.

De Arbore Thurifera nihil certi traditur. *Theophrastus* Arborem non magnam esse tradit, quinque fere cubitis attolli, ramosam esse, folia habere Pyro similia, corticem lævem ut *Laurus*: alii tamen (inquit) similem *Lentisco* esse ajunt, & ejusdem fructus subrutilo folio: alii & cortice & folio etiam *Lauri*. *Diodorus Siculus* *Acaciæ* *Ægyptiacæ* formam Arbori thuriferæ attribuit, *Salicis* folia, *Garcias* quoque Thuris arborem humilem esse, & folia habere *Lentisco* similia scribit. At *Thevetus* Arborem thuriferam *Pinus resinifera* referri tradit. De vera ergo forma hujus arboris (inquit doctissimus *D. Joannes Raius*) etiamnum incerti manemus. Pro Thure vulgari *Officinarum*, vid. *Cap. de Pinu sylv.*

II. De Bdellio.

A. **B**dellium, *Offic. Park. Theat. 1571. C. B. Pin. 503. J. B. i. 317. Chab. 73. Mont. Exot. 11. Bdellium omnium Auctorum, Raii Hist. ii. 1844. Bdellium gummi, Ind. Med. xviii. A. Gum Bdellium. Gal. Bdellium. G. Bdellium. B. Bdellium. Duplex in Officinis nostris reperitur. 1. Est substantia gummosa & resinosa, pinguis, ceræ instar, tenax, glutinosa, coloris ex ferrugineo nigricantis ad myrrham accedentis, cujus saporem & odorem æmulatur. Ex Arabia, Media, & India, ad nos transportatur. 2. Est substantia resinosa, duriuscula, nigricans, friabilis, in guttas concreta & indurata, sapore & odore præcedentis. Ex Guinea ad nos adfertur. Probatur gustu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, sincerum. Prius præ-*

fertur. *Vires.* Calfacit & ficeat, digerit, discutit, sudorem movet. Usus præcipuus internus in tussi, ac pulmonum apostematis, calculo atterendo, Urina cienda mensibus immodice fluentibus, ut & in fluore uterino sistendo, fœtu expellendo. Extrinsecus discutit Hernias, mollit durities ac nervorum nodos, adeoque creberrimi usus est in Emplastris stipticis, *Schrod.*

De Bdellio tamen, inquit doctissimus *Paulus Ammannus*, hæc controversia decidenda venit, quid sibi voluerit *Dioscorides* his verbis: *Βδελλίον ἐστὶν ἰσώδες ἐν τῇ θυμιάσει, καὶ ἰσικὸς ὄνυχι*, hoc est, *Bdellium est odoratum in suffitu, & simile ungui.* Ratione prioris, nimirum fragrantia, res facilis est: at qua ratione ungui sit simile, altercantur Auctores adeo, ut quidam ex illis intelligant ungues humanos, quos ratione macularum, quæ interdum unguibus humanis insunt, repræsentare credunt. Verum enimverò qui norunt *Blattam Byzantinam* unguem vocatam fuisse, facile has lites componere possunt, dicendo, *Bdellium* in suffitu ungui simile esse, scilicet *Ungui odorato*, id est, *Blattæ Byzantinæ*. Plura vide apud *Matthiolum* in lib. 1. *Dioscorid. cap. 70. p. 68, 70.*

De Bdellifera etiam arbore nihil certi traditur. Describente *Plinio* nigra est, magnitudine *Oleæ*, folio *Roboris*, fructu *Caprifici* naturaque. Alii arbori *Myrrhiferæ* eam validè similem faciunt. Et *Thevetus* affirmat se bis mille *Myrrhæ* & *Bdellii* feraces in eadem sylva simul crescentes vidisse. *Lobelius* & *Pena* inter alias merces se multos hujus ligni furculos expiscatos tradunt solida substantia; cortice duro nigricante, spinis multis rigidis & crassiusculis horrentes. An arbor lactescens, aculeata, foliis *Quernis Americana* *Bdellifera* fortè, sive arbor *Bdellium* ferens in America, *Pluk. Pbyt. Tab. 145?* *Arbuscula Portoricensis* lactescens foliis *Quercinis*, spinis geminis ad singulorum foliorum ortum exasperata, *Hort. Beaum.?* *Quercinis* foliis *Arbuscula spinosa* lactescens *Portoricensis C. B. P.?*

III. De Cancame.

A. **C**ancamum, *Offic. C. B. Pin. 498. J. B. i. 324. Raii Hist. ii. 1846. A Dioscoride, lib. 1. cap. 23.* Est lachryma *Arabice* arboris, *Myrrham* quadantenus referens, virosi gustus, quæ tanquam suffimento utuntur. Sed quid sit hodie ignoratur. Alii enim *Laccam* esse contendunt. *Matthiolum*, *Cancamum Græcorum*

corum & Laccam Arabum unum & idem esse demonstrat, sed perperam, inquit eruditissimus *Raius*, cum vires non conveniant: Alii Benjoinum esse volunt; *Garcias* autem & *Amatus* Gummi Anime esse affirmant; ergo, ut videtur, nondum constat quid proprie sit.

IV. De Balsamis nobis incognitis.

A. 1. **B**alsamum Thomæum, *Ind. Med.* xviii.

A. 2. Balsamum viride sive Oleum Mariæ, *Ind. Med.* xviii.

A. 3. Balsamum Ipecuebæ, *Geoff. Tract.* 352. factum est ex nucibus Becuiba, & ex Brasilia importatur. *Vires.* In paralyfi & Rheumatismo multum laudatur, *Geoff.*

V. De Fructibus minus cognitis.

A. 1. **B**ecuiba Nux, *Geoff. Tract.* 324. Nux est magnitudine Nucis Moschatae, continens nucleum oleosum in cortice duriori.

A. 2. Piper Æthiopicum, *Offic. Geoff. Tract.* 331. *Mont. Exot.* 9. Piper Æthiopicum filiquosum, *J. B.* ii. 187. *Cbab.* 126. Piper Æthiopicum Matthioli, *Park. Theat.* 1604. *Raii Hist.* ii. 1778. Piper Æthiopicum sive Vita longa, *Ger.* 1355. *Emac.* 539. Piper oblongum nigrum, *C. B. Pin.* 412. A. *Pepper of Ethiopia.* *Gal. Poivre d'Ethiopie.* G. *Æthiopischer Pfeffer.* B. *Æthiopise Peper.* In Æthiopia crescit. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Cum pipere nigro convenit.





PHARMACOLOGIÆ


SEU

MANUDUCTIONIS

AD

MATERIAM MEDICAM

LIBERTERTIUS.



De Zoologia.



Zoologia est pars Pharmacopœiæ, quæ medicamenta ex Animalibus desumpta recenset.

Animal est corpus animatum, sensu & motu spontaneo præditum, vel potius sentiendi & se movendi facultate, licet non mutet locum, R. Synop. Animal. p. 1. Ita disertè Aristoteles, lib. 2. de Anima. cap. 2. tex. 16. Animal per sensum & propter sensum primario est Animal. Ete-

nim quæ non moventur, neque mutant locum, habent autem sensum, Animalia ea dicimus. Omnibus ergo Animalibus (inquit doctissimus Raius loco citato) unus saltem inest sensus v. g. Tactus, quod Aristoteles sæpius inculcat. Inter sensus autem primò inest Animalibus omnibus Tactus: & sicut facultas vegetativa seu nutritiva separari potest à tactu & ab omni alio sensu, ut in plantis videmus; ita tactus separari potest, & seorsim existere ab omni alio sensu. Animalia autem omnia videntur tangendi sensum habere.

De Animalibus autem tam vivis, quàm mor-

te interemptis, commonere hic expedit, eligenda esse, quæ extra dispositionem morbosam, & hinc detrimentosam, constituta sunt. Itaque si ex vivis expetis, provideas sana ea sint: sin ex interemptis, interempta illa adhibeas morte violenta extrinsecus accedente. Etenim expetitur medicinalis cujusque rei substantia, eaque ad medicationem apta, adeoque facultatibus morbosis destituta, salubribus è contrario delibuta. Hæc imprimis pars rei spirituosæ est, in naturali scilicet dispositione constituto, facultatibusque peregrinis orba: Nimirum hæc, ut morte naturali paulatim fenescens consumitur, curriculoque suo destinato perfuncta, in principia sua resolvitur: ita eadem ipsa, si flamma vitalis violenter extinguitur, superstes aliquandiu manet, nec à corpore separatur, donec hujus dissolutione & ipsa dissolvatur; & quidem talis fere illa superstes suppetit, qualis erat, dum flamma illa exinguebatur. Et quæso quid causæ subesset, quod solum animalia mactata culinis expetantur, posthabitis quæ secus obierunt, nisi sit, quod illa balsamica seu spirituali prædita sunt substantiâ, ad nutritionem requisita; hæc vel eadem destituta sint, vel inquinatam & insalubrem possideant? *Schrod.*

A N I M A L I U M

T A B U L A G E N E R A L I S.

Animalia sunt vel

- Sanguinea, eaque vel
 - Pulmone respirantia, corde ventriculis prædito
 - Duobus.
 - Vivipara,
 - Aquatica: *Cetaceum genus.*
 - Terrestria, pilosa: *Quadrupedia.*
 - Ovipara: *Aves.*
 - Unico, *Quadrupedia* ovipara non pilosa.
 - Branchiis respirantia: *Pisces.*
- Exanguia
 - Majora, quæ vel
 - Mollia.*
 - Crustacea.*
 - Testacea.*
 - Minora: *Insecta.*

C L A S S I S P R I M A

D E

A N I M A L I B U S E X A N G U I B U S.

S E C T I O P R I M A.

De Animalibus exanguibus minoribus, seu de Insectis.

EXanguia minora Insecta appellantur, quod ut nomen indicat, incisuras habent, aut in partibus supinis, aut pronis, aut in utrisque, *Raji Synop. Animal. p. 54.*

Insecta sunt vel

- Apoda,
 - Aquatica: *Hirudo.*
 - Terrestria: *Lumbricus.*
- Pedata,
 - Alis destituta,
 - Hexapoda, caudâ
 - Oblonga & acutiore, minor: *Pediculus.*
 - Obtusa
 - Subrotunda, major: *Ricinus.*
 - Rhomboide, minor: *Cimex.*
 - Octapoda,
 - Caudata: *Scorpio.*
 - Non caudata: *Araneus.*
 - Polypoda: *Millepedes.*
 - Alata,
 - Anelytra, seu pennis nudis & detectis,
 - Glabris,
 - Quadripennia, aculeis
 - Armata, corpore
 - Gracili: *Formica.*
 - Habitiori: *Apes.*
 - Carentia, pedibus posterioribus
 - Prælongis, & ad saltum compositis
 - Domestica, troglodytæ: *Gryllus.*
 - Campestris: *Locusta.*
 - Brevioribus, nec saltui idoneis: *Cicada.*
 - Bipennia: *Ausca.*
 - Farinaceis, antennis

- b { Clavatis, diurna: *Papilio*.
 { Tenuibus, nocturna: *Bombyx*.
 Coleoptera seu Vagini-pennia, humore
 prædita
 { Non oleoso: *Scarabæus*, corporeque
 vel
 { Productiore & majore
 { Cornuta: *Cervus Volans*.
 { Cornibus destituta, colore
 { Ferrugineo: *Teredo*.
 { Viridi: *Cantbarides*.
 { Breviore & minore.
 { Ad pannos coccineo colore tin-
 gendos utili; *Cochinella*.
 { Humore in cauda noctu lucente
 donata: *Cicindela*.
 { Oleoso: *Proscarabæus*.

N. B. In genere *Formicæ* & *Cicindela* mares sunt alati, fœminæ autem alis carent.

Insecta Apoda.

I. De Hirudine.

A. **H**irudo, Sanguifuga, *Offic. Charlt. Insect.* 62. *Mer. Pin.* 207. Hirudo sive Sanguifuga, *Mont. Insect.* 323. Hirudo, *Ind. Med. lix. Gen. de Aquat.* 424. *Schonef. Ich.* 40. Hirudo aquarum dulcium, *Aldrov. de Insect.* 721. Hirudo lacustris, *Fons. Insect.* 143. Hirudo maxime apud nos vulgaris, *Raii Hist. Insect.* 3. Hirudo major equina, *Schrod. v.* 342. A. *The Leech.* Gal. *Sangfue.* G. Blut-sauger. B. Bloed-zuiger. Animalcula sunt apoda, nigra, lineis & punctis varia, in aquosis degentia, ore trifurco. Majoribus præferuntur minores, utpote quæ minus nocivæ, & ex his quæ lineis in dorso distinctæ. *Usus.* Sanguinis exsuctioni inserviunt, applicanturque vel Ano, vel Pedibus, Brachiis, Temporibus, aliisque partibus.

II. De Lumbrico.

A. **L**umbricus terrestris, Vermis terrestris, *Offic. Lumbricus terrestris, Fons. Insect.* 137. *Ind. Med. lix. Aldrov. de Insect.*

693. *Charlt. Exer.* 59. *Mouf. Insect.* 278. *Raii Hist. Insect.* 1. Lumbricus terrestris, *Schrod. v.* 343. Vermes terrestres majores, *Mer. Pin.* 206. A. *The Earth-Worm.* Gal. *Vers de terre.* G. Erdwurm. B. Aard-wormen, *Pieren.* Animalcula sunt hermaphroditica, apoda, longa, crassitie pennæ anserinæ, mollia, carnosa, & annulata, dilute sanguinei coloris, rubicundo collo, in terra degentia, saporis terrei, odoris nullius. *Vires.* Insigniter diuretici sunt, diaphoretici, anodynî; discutunt, emolliunt, obstructiones reserant, lac augent, vulnera nervosque præcisos glutinant. *Usus* præcipui sunt in apoplexia, spasmo, aliisque affectibus nervorum, ac musculorum. In ictero, hydrope, dolore colico. Imprimis autem specificè prosunt in arthritide scorbutica. Podagricos dolores leniunt; odontalgia convenire dicitur Cinis, *Schrod.*

III. De Limace.

A. 1. **L**imax ruber, *Offic. Schrod. v.* 284. Limax quartus subrufus, montanus, *List. Hist. Animal. Angl. App.* 6. Limax subrufus, *Ejusd. H. Conch.* i. N. 103. Limax magna Germanis colore rufa, *Aldrov. de Insect.* 702. *Fons. de Insect.* 138. A. *The Red Snail.* Gal. *Limaçon rouge.* G. Große rothe Schnecke. B. Groote roode Slack. In agris reperitur. *Usus.* Liqueur Limacum hoc modo paratur: Rubri Limaces concisi misceantur cum pari pondere salis communis, conjicianturque in manicam Hippocratis, ut in cella defluant in liquorem. *Vires.* Dolentes partes podagricæ illinuntur, & verrucæ scalpello prius abrasæ faciliè averruncantur, S. *Cloff.* Ani procidentiam tollit, *Schrod.*

A. 2. Limax ater, *Offic. List. Hist. Animal. Angl.* 131. *Ejusd. Hist. Conch.* i. N. 102. Limax tertia tota nigra, *Aldrov. de Insect.* 702. *Fons. Hist. Insect.* 138. Limax, *Mer. Pin.* 207. A. *The Black Snail.* Gal. *Limaçon noir.* G. Schwarze Schnecke. B. Zwarte Slak. *Vires.* Contusa & applicata ulcera mirificè leniunt, *Enzelius.*

Insecta Pedata non Alata.

IV. De Pediculo.

A. **P**ediculus Offic. Schrod. v. 345. Aldrov. de Insect. 542. Fons. de Insect. 89. Mouff. 259. Charlt. Exer. 52. Mer. Pin. 202. A. The Louse. Gal. Pou. G. Eine Laus. B. Een Luis. Varii sunt, è quibus hujus loci humanus ille vulgaris Pediculus est. Vires. Devorantur à rulticis contra icterum, simili modo adhibiti ad atrophiam nonnullis probantur. Urinam cient foramini penis impositi, quippe proritant expultricem ad mingendum, Schrod.

V. De Ricino.

A. **R**icinus, Offic. Schrod. v. 345. Aldrov. de Insect. 559. Fons. de Insect. 91. Charlt. Exer. 52. Ricinus octapes, Raii Hist. Insect. 10. A. The Tick. Gal. Espece de Morpion. G. Holsboeck. B. Een Hond-luis, een Teeke. Animalculum est lividum, & fœdum, caudâ obtusâ & subrotundâ, sanguine repletâ; Bobus, Suibus, Capris, Ovibus, atque Canibus infestissimum. Vires. Ricini canini sanguis, Plinio teste, Psilothrum est, & ignes sacros restinguit: admirandus quoque est, inquit Amatus, ad Impetigines contumaces & feras, ac curatu difficiles, illitus.

VI. De Cimice.

A. **C**imex, Offic. Schrod. v. 341. Raii Hist. Insect. 7. Charlt. Exer. 52. Aldrov. de Insect. 534. Fons. de Insect. 89. Cimex domesticus, Mouff. de Insect. 269. Cimex lectularius, quibusdam. Cimices domestici impenes, Mer. Pin. 202. A. The Wall-Louse, or Bugg. Gal. Punaise. G. Wandlaus. B. Wandluis, Weegluis. Reperitur in lectis. Animalculum est corpore rhomboide, colore nigro, parum rubente, hexapus, cute apprimè tenera, ut vel levissimo contactu media crepet, fœtoremque abominandum expiret. Vi-

res. Utcunque Recentiores quidam ad ciendam urinam vivis in penis organum immissis; ad fœtum & fecundinam expellendam tritos cum successu exhibent, Diosc.

VII. De Araneo.

A. 1. **A**raneus, Offic. Schrod. v. 337. Mer. Pin. 203. Araneus subflavus, hirsutus, prælongis pedibus, domesticus, List. Hist. 59. Raii Insect. 27. Araneus telarius, quibusdam. Araneus domesticus, Mouff. Theat. Insect. 132. Fons. de Insect. 99. A. The Spider. Gal. Araignée, Aragne. G. Eine Spinne. B. Een Spinnepop, Spinne. In ædificiis nimium frequens est. Usu. Aranei & tela. Vires. Araneus febriles paroxysmos arcere dicitur, pulvis metacarpii, temporibusve impositus, peculiariter tamen ad quartanam commendatur, putamine avellanæ inclusus. Tela constringit, conglutinat, ideoque vulneraria est, sanguinem cohibens, inflammationem præcavens, Schrod.

A. 2. Araneus niger, Offic. List. Hist. 77. Raii Hist. Insect. 33. A. The Black Spider. Gal. Araignée noir. G. Schwarze Spinne. B. Een Zwarte Spinnepop. In sylvis, dumetis, & pascuis non infrequens. Vires. Inter approbata remedia D. Matthæi Lister Equitis aurati, proavi mei plurimum honorandi, illud invenio, quod sine invidia communicandum putavi; nimirum aquam stillatitiam ex Araneis nigris optimè vulnera sanare; idque fuisse ex secretis D. Gualteri Raleigh, fortissimi viri, List. Hist. prædict.

VIII. De Scorpione.

A. **S**corpio, Offic. Schrod. v. 346. Ind. Med. cvii. Fons. de Insect. 95. Charlt. Exer. 54. Scorpis, Raii Hist. Insect. 9. Aldrov. de Insect. 577. Mouff. Insect. 204. A. The Scorpion. Gal. Scorpion. G. Ein Scorpion. B. Een Schorpioen. Animalculum est octapes, formâ caneros æmulans, iis tamen minus, colore subatro, & veluti fuligineo. Vires. Urinam cient calculo renum aut vesicæ impeditam, vivi incinerati & exhibiti. Ictibus propriis subveniunt, triti & impositi, Schrod.

IX. De Asello.

A. **A** Selli, Millepedes, & Onisci, Offic. A. Selli, Schrod. v. 338. Fons. de Insect. 126. Aselli, Millepedes, Ind. Med. xv. Asellus, Mouff. 202. Charlt. Exer. 57. Mer. Pin. 203. Asellus lividus Major, Raii Hist. Insect. 42. Oniscus sive Asellus, Aldrov. de Insect. 632. A. Wood-Lice, Sows, or Church-Buggs. Gal. Cloportes, Pourcelets, Pourcelets de saint Antoine. G. Eselchen / Ketter-Esel. B. Pisbedde, Ezeltjes. Insecta sunt parva, polypoda, digitum transversum vix longa, semidigitum fere lata, colore livido nigricante. Inveniuntur in locis humidis sub tegulis, lapidibus, &c. ad tactum se contrahunt ac rotundant. Vires. Tenuium partium sunt, digerunt, extenuant, absterunt, aperiunt. Hinc utilitatis peculiaris sunt in mucilagine tartarea resolvenda, calculoque ad mucilaginem reducendo, in obstructionibus viscerum aperiendis, adeoque in morbo regio, in dolore nephritico, difficultate urinæ, in colica, in asthma, &c. Extrinsecus commendatur pulvis ad affectus oculorum, ad aurium dolores & anginam cum melle illitus. Vivus impositus phagedænam perimit, Schrod.

X. De Julò.

A. **J**ulus, Offic. Mouff. Insect. 201. Charlt. Exer. 51. Fons. de Insect. 128. Aldrov. de Insect. 633. Mer. Pin. 205. Julus quartus, glaber, Raii Insect. 46. A. The Gally-Worm. Gal. Polypode, ou Insecte qui a plusieurs pieds. G. Kleiner Bielsfuß / Gally-Wurm. B. Veelvoet. Insectum est terrestre, longum, ex annulis multis compactum, multis pedibus arcuatim repens, si tangitur in globum se complicans. In hortis reperitur. Vires. Ictericæ & urinæ difficultati confert ex vino potum, Charlt.

XI. De Scolopendra.

A. **S**colopendra, Offic. Charlt. Exer. 57. Mouff. Insect. 199. Mer. Pin. 205. Scolopendra terrestris, Aldrov. de Insect. 635. Fons. de

Insect. 127. A. The Many-feet. Gal. Scolopendre. G. Bielsfuß / Dhrwurim. B. Oorworm. Vermiculus est longissimus, planus, gracilis, trium digitorum longitudine, coloris sublutei aut rufi, pedibus multis utrinque refertus, & antennis binis longiusculis, caudæque bifidæ ornatus. Vires. In vino cocta pro depilatoria à quibusdam æstimatur.

XII. De Scolopendra Marina.

A. **S**colopendra marina, Offic. Charlt. Exer. 62. Raii Insect. 44. Mouff. Insect. 322. Scolopendra marina prima, Rondel. de Ag. ii. 108. Aldrov. de Insect. 635. Fons. de Insect. 143. Scolopendra marina rubicundior, Mouff. Insect. 322. Mer. Pin. 205. A. The Sea-Many-feet. Gal. Scolopendre de Mer. G. See-Bielsfuß. B. Een soort van Zeevisch den Oorworm gelykende. In profundo maris invenitur, Gesn. In Ostrearum areis, Mouffet. Vires. In oleo decocta, si illinatur, avellit capillos: sed contactu pruritus facit, Diosc.

Insecta Anelytra seu pennis nullis
& detectis.

XIII. De Muscis.

A. **M**usca, Offic. Scrod. v. 344. Aldrov. de Insect. 342. Musca carnaria vulgaris, Raii Insect. 270. Musca carnivora, in macellis usitata, Mer. Pin. 199. A. The Fly. Gal. Mouche. G. Eine Bliege. B. Een Vlieg. Muscarum genera varia quidem sunt, usuale tamen solum vulgare est. Vires. Alopeciis subveniunt, Schrod.

Varia sunt genera tuberculorum, quæ Quercui adhærent & producuntur ab Animalibus diversis, quæ Arborem vulnerant. Horum Galle producuntur ab Animali magnitudinis Musculæ, quæ sæpe in medio invenitur, priusquam ab Animali perforetur, ut inde exitum faciat.

XIV. De Vespa Ichneumone.

HÆ Muscæ sunt quadripennes, aculeo armatæ, corpore gracili.

Observavi supra, p. 37. de Granis Radicum Breynii sive Cocco Polonico, & p. 276. de Granis Kermes sive Cocco Baphica, Offic. ea esse Insectorum nidos, & non ex Plantis, in quibus inveniuntur, oriri; sed quum neglexerim notare, ad quam Insectorum tribum referri debent, in hoc loco visum est observare, utraque nasci ex ovis, quæ deponunt Animalia parentes in plantis, vulnerando eas ita ut tumescant: Hinc calore Solis oriuntur Hexapedes, qui tandem in Vespas Ichneumones mutantur, quibus inductus sum, ut credam, duabus rationibus sequentibus: Prima est, quod Breynius ipse observat, Animalia hujusce tribus inveniri prope locum, in quo Cocci reperiuntur. Secunda est, quod Vespæ hujus tribus non tantum ova sua deponunt in cortice Arborum, & radicibus & caule herbarum, verum etiam in animalium corporibus, ut patet ex plurimis observationibus apud Auctores, qui de Insectis scripserunt. Hujus rei exemplum habemus in Metamorphosi Insectorum Goedartii, P. 1. p. 61. Edit. Mediobourg. ubi de Eruca Brassicaria tractans, ita scribit: "Postquam autem quatuor dies immotæ jacuerunt, videas ex cute singularum erucarum, ab utroque latere, erumpentes quadraginta &c. vermiculos, & postea totidem exiguæ muscæ producuntur." Et clarissimus mihiq; amicissimus Joannes Raius in Historia sua Insectorum, p. 254. 10, 12. idem observat; & ego ipse frequenter idem notavi in Eruca, & aliis, quæ sæpe fiunt nidi non solum Vespæ Ichneumonum, sed etiam aliarum muscarum.

Quidam opinantur Vermiculos esse Androgynos; hujus opinionis fuit Chestonus, nam hoc insectum sexu differre, aut copula jungi observare non potuit: Animalculi quidem parvitas ob stare posset observationi illarum partium, & actionum; quum in lumbricis, limacibus, & cochleis, quæ etiam Androgyni sunt, grandioribus nempe Animalibus, generationis illorum modus evidens sit.

Garidellus, in *Histoire des Plantes qui naissent en Provence*, p. 246. &c. fusè de Cocco Baphico scripsit, sed haud tam accurate, quàm ab eo expectari posset, cui tanta observandi opportunitas obtigit. Quid de eo scripsit doctissimus Breynius ipsius verbis referam, in *Hist.*

Nat. Cocci Radicum, p. 19.

Atque huc, teste Breynio, referendus est *Coccus Polonicus*, de quo Cronidis loco Auctor ille ita scribit:

Coccum Radicum vero esse Insectum alis destitutum, Hexapus, sexu, prout apparet, non distinctum, quod dein vero Polygoni supradicti summis radicibus se affigens, motu locali & sensu privatum, sub specie grani sphaerici, vegetabilium indolem acquirere videtur, & mole augetur, ex quo determinatum tempus iterum excluditur vermis à priori diversus, quamvis eidem multis proprietatibus similis, qui neque nutritur, neque augetur, nec sexu diversus apparet, ova tamen in seipso perficit fecunda, & post determinatum tempus lanugine tegitur, iterumque motu locali destitutus contrahitur, & semina seu ova expellit; ex quibus post aliud iterum determinatum tempus ope caloris solaris vermiculi excluduntur primo sane similes.

Denique, quanquam haud dubitem de Breynii fide, ejusque observationum veritate; quum tamen fateatur plurimas Vespas Ichneumones prope Animalium horum nidos inveniri, non possum quin suspicer has iis Animalibus originem debere. Garidellus etiam agnoscit, postquam Hexapodes percunt, Musculas hæc in Granis Kermes produci.

XV. De Apibus.

A Pes, Offic. Schrod. v. 334. Aldrov. de Insect. 20. Fons. de Insect. 1. Mouff. Insect. 1. Apis, Charit. Exer. 36. Apis, Mer. Pin. 196. Apis domestica seu vulgaris alvearium, Raii Insect. 240. A. Bees. Gal. Abeille. G. Bienen. B. Bye. Insecta sunt quadripennia, aculeis armata, mellificantia. Uju. Apes, mel, cera, & propolis. Mel est substantia liquida, crassiuscula, ex albo flavescens, sapore dulcis, estque vel commune, vel virgineum, i. e. quod novellæ apes conficiunt colore ex flavo albicans. Eligendum est flavum, pellucidum, odore & sapore jucundum, consistentia neque crassum ac concretum, neque dilutum nimis: omnibus præfertur virgineum. Cera, A. Wax. Gal. Cire. G. Wachs. B. Wachs. Eaque vel flava, seu citrina, Offic. A. Yellow Wax. Gal. Cire jaune. G. Gelb Wachs. B. Gele Wachs. Vel alba, Offic. A. White Wax. Gal. Cire blanche. G. Weiß Wachs. B. Witte Wachs. Flava est substan-

tia, pinguis, oleosa, condensata, flavescent, ex favis apium ignis calore extracta, saporis lenti & oleosi, odoris debilis ad Mel accedentis. Alba nihil aliud est quam flava multiplici insolatione albescens. Propolis, *Offic. A. Bee-Bread. Gal. Cire vierge. G. Berstos / Stöpf-Wachs. B. Voor-wasch.* Rudis est, & cerosa, crassaque materia seu gluten in alveorum foribus repertum. *Vires.* Apes siccae & contritae inunctis alopeciis capillum restituunt. Intrinsecus urinam cient. Mel calidum & siccum statuitur, nutrit, abstergit, aperit, pulmonibus convenit, urinam ciet, tussi medetur, putredini resistit. Extrinsecus oculorum caliginem discutit, aliisque eorum affectibus succurrit. Cera flava & alba digerit, maturat, &c. Propolis calfacit leviter, abstergit, attrahit, dura concoquit, dolores demulcet, ulcera desperata cicatrice obducit, &c. *Schrod.*

Quid Mel sit inter eruditos non convenit, alii dulcem tantum seu nectareum humorem è floribus exsudentem esse affirmant; quam opinionem tuetur *Cordus*. Constare omnibus, inquit, qui usque ad extremam senectutem apum naturam scrutati sunt, rusticis, apes ipsas mellificaturas tantum è floribus collectum liquorem in favis reponere, rorem verò melleum, cum decidit, haudquaquam ad favos convehere; quod ipsi quoque verum esse deprehendimus. Hinc quamvis mellito rore delapso ad eum frequentes convolant apes, minimè tamen ut eum in alvearia convehant, sed tanquam ad cibum & pastum, quo adeo se replent, ut prorsus inertes & ignavæ reddantur, multæque moriantur. Itaque rustici dicere solent, mellitos rores bonum quidem pastum apibus præbere, sed ad mellificandum minimè conducere. Nobis autem (inquit doctissimus & clarissimus *Raius*) planè contrarium videtur, iisque qui apum naturam, actiones, totamque œconomiam diligenter & curiose observarunt ingeniosis & eruditis, quibus plus fidendum quam rusticorum vulgo, qui receptas opiniones & majorum traditiones sine examine sequi & amplecti, iisque mordicus adhærescere solent. Observavimus enim (inquit ille doctissimus vir, cui & nos consentimus) rore melleo delapso integra fere apum examina paucissimis domi relictis, evolare, miræque industriâ & maximâ festinatione sese melle onerare, & ad alvearia convehere, multoties eundo redeundoque, donec calor solaris rorem dissipaverit. *Plinius* etiam, *lib. 16. cap. 8.* Constat, inquit, rores melleos è cœlo cadentes, non aliis magis insidere, frondibus quam Quercus. *D. Butler, M. D. Tract. de Apibus, Cap. 6. No 20.*

Foliis Roboris, inquit, præ reliquis omnibus conservatum debemus melleum liquorem roremve ex aëre descendentem, ex quo apes mella conficiunt. Et *Theophrast. lib. de Melle,* ex rore melleo apes mella conficere affirmat.

XVI. De Vespa.

A. **V**espa, *Offic. Mer. Pin. 196. Raii Insect. 250. Fons. de Insect. 17. Aldrov. de Insect. 198. Mouff. Insect. 41. Charlt. Exer. 37. A. The Wasp. Gal. Guêpe. G. Eine Wespe. B. Een Wespe (een sort van bonigbye.) Usu. Insectæ. Vires.* Obstructiones renum & vesicæ aperiunt, calculum frangunt, & à quibusdam cum Asellis æstimantur virtutibus convenire.

XVII. De Crabrone.

A. **C**rabro, *Offic. Aldrov. de Insect. 225. Fons. de Insect. 22. Charlt. Exer. 38. Crabro vulgaris, Raii Insect. 250. Crabro, Tenthredo, Mer. Pin. 196. Mouff. Insect. 49. A. The Hornet Gal. Frélon, Foulon. G. Eine Hörliß oder Hörnsen. B. een Horfel. Usu. Favi. Vires.* Adversus Scrofulas equis infunditur, *Charlt.*

XVIII. De Formica.

A. 1. **F**ormica, *Offic. Ind. Med. lii. Fons. de Insect. 85. Mer. Pin. 202. Mouff. 238. Aldrov. de Insect. 517. Charlt. Exer. 51. Fons. de Insect. 85. Raii Insect. 69. Formica minor, Schrod. v. 341. A. The Ant. Gal. Petite Fourmi. G. Ein Ameis. B. Een Miertje.* Insectum est parvum, oblongum, vel rubens, vel nigricans, aculeo armatum in acervis degens; mas est alata, foemina alis destituta. *Usu.* Animal & ova. *Vires.* Formicæ calfaciunt & siccant, Venerem proritant. Odor acidus mirè spiritus vitales reficit; psoram, lepram, & lentiginem sanare dicuntur. Ova ad aurium gravitatem faciunt, malas hirsutas pueris infricata corrigunt, *Schrod.*

A. 2. Formica major, *Offic. Aldrov. de Insect. 517. Formica major Herculeana, ιππομύρμηκας, Charlt. Exer. 57. Formica alata, ιππομύρμηκας*

inprospicuntis Aristoteli, ejusd. major Aristoteli, *inprospicuntis* Jonsf. de Insect. 85. Hippomyrmices. Raii Insect. 70. A. The Horse-Ant. Gal. Fourmi ailée. G. Ross-Ameis. B. Een Mier. Vires. Venerem excitat; oleum per infusionem Podagram & Paralyfin juvat.

In Capite de Gummi Laccæ, Garcie opinione tradidi, nimirum formatum illud esse à magnis quibusdam formicis alatis: contrarias etiam opiniones retuli, ut easdem hic repetere non sit opus. Verum an arbores istæ à formicis prædictis terebrentur, an ab Indica quadam formica tota specie diversa, non ausim determinare.

XIX. De Cicada.

A. Cicada, Offic. Schrod. v. 340. Aldrov. de Insect. 307. Jonsf. de Insect. 22. Mouff. 127. A. The Baulm-Cricket. Gal. Cigale. G. Heuschrecke. B. Een Krekel. In Italia vulgaris notitiæ est, in Anglia autem incognita. Insectum est alatum, Gryllis aliquantulum simile, valde stridulum, rore vivens. In Regno Neapolitano Cicadæ innumerae quotidie exsugunt & depascunt. Ornum seu Fraxinum humiliorem rotundiore folio, ex quorum vulneribus exsudat Manna; sicut in India Orientali Laccæ emanat ex Zizyphi specie, formicis arborem terebrantibus. Ex observatione D. Tancredi Robinson, M. D. Vires. Utimur, inquit Schroderus, cicadis ficcis ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis. Alii assas edendas iis offerunt, quibus affecta vesica est. Cinis insigniter calculum conterit.

XX. De Gryllo.

A. Gryllus, Offic. Mer. Pin. 200. Gryllus domesticus, Schrod. v. 342. Raii Insect. 63. Aldrov. de Insect. 442. Charlt. Exer. 44. Jonsf. de Insect. 65. A. The Cricket. Gal. Criquet, Grillon, Crinon. G. Heime! Heimlinge. B. Een Nagtkrekel. Insectum est alatum, colore ferrugineo, focorum incola, stridulo suo cantu sedulum. Vires. Commendatur ad Diuresin (cinis exhibitus) ad visus imbecillitatem (succus expressus instillatus) consillas lenit affricatus, Schrod.

XXI. De Locusta.

A. Locusta, Offic. Jonsf. de Insect. 62. Schrod. v. 343. Mer. Pin. 200. Aldrov. 404. Mouff. Insect. 117. Charlt. Exer. 44. Locusta Anglica minor, vulgatissima, Raii Insect. 60. A. The Grasshopper. Gal. Sauterelle. G. Heuschrecke. B. Een Sprinkbaan. Insectum alatum, colore viridi, in campestribus degens. Vires. Odoris suffitus urinæ difficultates juvat, præsertim quæ fœminas malè habent, Diosc. Sunt qui appensas collo quartanam sanare ajunt, Schrod.

XXII. De Bombyce.

A. Bombyx, Offic. Schrod. v. 339. Goedart. i. 112. T. xlii. List. Ed. Angl. 41. N. 32. Mar. Eruc. Ort. i. p. 1. Aldrov. de Insect. 278. Jonsf. de Insect. 114. A. The Silk-Worm. Gal. Vers à joye. G. Seiden-Wurm. B. Zydaworm. Albin. Tab. xii. Miram subit Metamorphosin. Ex ovis pusillis calore solis verno tempore producitur Animalculum seu Eruca, Bombyx in Officinis dicta; Eruca hæc Mororum foliis vescitur, donec ad maturitatem pervenit: hinc indita Thecæ chartacæ, textura se cingit folliculo sericeo continuato sæpe replicato, ex ore emisso, colore nunc pallescente, nunc flavescente, magnitudine & figurâ ovi columbini, eaque seipsum recondit, usque dum in chrysalidem seu aureliam transmutatur, & mortua esse videtur: ex qua erumpens, papilionis formâ quadripennis prodit, coituque interveniente triduo, à quo masculus statim moritur, ova parit fœmina quamplurima, ac deficit. Ufu. Eruca integra, Sericum, i. e. textura bombycina, & folliculi sericei. Vires. Bombyces exsiccati & pulverisati inspergantur vertici capitis, ad arcendam vertiginem & convulsionem. Sericum & Folliculi sunt caliditate & frigiditate temperati, corroborant spiritus vitales, naturales & animales reficiunt, Schrod. N. B. Caveatur à folliculis alvi spurcitie fœdatis, vel in quibus adhuc aurelia aut vermis latitat mortuus.

XXIII. De Eruca.

A. **E**ruca, Offic. Schrod. v. 341. Eruca Brassicaria maximè vulgaris, nigro, luteo, & cæruleo coloribus variegata, Raii Insect. 113. A. The Caterpillar. Gal. Chenille. G. Raupe. B. Een Ryp, Rups. Fœtus est cujusdam Papilionis, similemque Metamorphosin subit, quam Bombyx, tandemque in Papilionem abit. Multæ sunt species; quod autem in Officinis nostris usurpari debet, insectum est vulgaris notitiæ, Brassicæ folia depascens. Vires. Erucæ tussæ, earumve pulvis adhibitus, vesicas excitat, ut Cantharides, & cutem denudat. Mouffetus ait eas facere ut dentes ex alveolis excidant. Hippocrates Anginæ conducere tradit.

Pinum Erucæ à Dioscoride absque descriptione nominantur. Hæ à Matthiolo in Pinis Tridentinis frequenter inveniri traduntur: quæ, quantum ex ejus descriptione colligere licet, gregarie sunt, Sepiariarum nonnullarum adinstar, quæ telâ amplâ universæ se includunt.

Insecta Coleoptera seu Vagina-pennia.

XXIV. De Scarabæo.

A. **S**carabæus cornutus, Schrod. v. 345. Scarabæus maximus platyceros, Taurus nonnullis, aliis Cervus volans, Raii Insect. 74. Scarabæus Cervus volans dictus, Mer. Pin. 201. Scarabæus major cornutus, Mouff. Insect. 148. Fons. de Insect. 67. Cervus volans, Aldrov. de Insect. 451. Charl. Exer. 46. A. The Stag-Fly. Gal. Cerf-volant. G. Schyster. B. Een vliegende Hert. Repertur Maio, & æstate in sylvis. Ufu. Ipsi Scarabæi, & cornua. Vires. Scarabæi commendantur ad dolores & contracturas nervorum, ad febrem quartanam amuleti loco impositi. Cornua suspensa de collo infantum urinam cohibere dicuntur, Schrod.

A. 2. Scarabæus pilularis, Schrod. v. 345. Fons. de Insect. 70. Raii Insect. 105. Charl.

Exer. 47. Aldrov. de Insect. 449. Mouff. Insect. 153. Scarabæus pilularis melanocyanus, Mer. Pin. 201. Vires. Commendatur magnopere in procidentia ani, in hæmorrhoidibus cæcis dolorificis leniendis, Schrod.

A. 3. Cantharides, Offic. Schrod. v. 339. Mouff. Insect. 144. Cantharides Dioscoridis, Charl. Exer. 47. Cantharis major, Fons. de Insect. 76. Aldrov. de Insect. 276. Cantharides vulgares Officinarum, Raii Insect. 101. A. Spanish Flies. Gal. Mouches Cantharides. G. Spanische Fliegen / Goldwürmlein. B. Spaanse Vliegen. Scarabæus est oblongus, parvus, aureo fulgore viridans, saporis acris & erodentis. Vires. Calidæ sunt, & siccæ sat valide, adeoque corrosivæ seu vesicatoriæ, diureticæ, emmenagogæ. Hinc usus creberrimi in vesicatoriis. Internus earum usus rarissimus est, quippe inter venena vulgo recensentur: vesicæ nimirum urinariæ adeo infensæ sunt, ut vel extrinsecus cuti alligatæ eam exulcerent. Sunt nihilominus audaculi, qui diureticis eas admiscunt, Schrod.

De usu & abusu Vesicantium consule Dissertat. Bagliivi.

A. 4. Buprestis, Offic. Aldrov. de Insect. 487. Fons. de Insect. 78. Mouff. Insect. 141. Charl. Exer. 48. A. The Burn-Cow. Gal. Buprestis, (comme qui diroit, Mouche, qui brule le bœuf.) G. Ein Qualster. B. een vergiftig gekorve dier in Italie, een soort van een Schalbyter gekende. Ex Cantharidum genere esse videtur, sed oblongiore corpore; elytrum exterius ex viridi flavescit, vel potius aurum imitatur. Longiora item crura habet, & crassiuscula. Oculi globosi, prominentes. Ex fronte juxta oculos, duo cornua oblonga, articulata gerit. Caput parvum. Os patulum, durum, robustum, forcipatum, dentatum, quo crudeliter vulnerat & mordet. Venter non rotundus, sed in longum productus. Vires. Erodere, ulcerare, calorem elicere vim habent, Diosc.

Buprestis, à Dioscoride memoratur his verbis: Simili modo vocantur Buprestes genera quædam Cantharidum. Quæ descriptio adeo brevis est, ut magnas controversias excitaverit inter Auctores Zoologicos. Descriptio, quam hic exhibeo, à D. Pennio desumpta est; qui affirmat, quod circa Heydelbergam frequentes inveniuntur, suntque Capricorni species. Plinius Buprestes in Italia frequentes esse scribit, quas Matthiolus Scarabæi parvum genus esse ait Mouffetus, præter prædictam Buprestin à Pennio descriptam, tres aut quatuor Scarabæorum species meminit, quas pro Buprestium generibus habet. Nonnulli Araneum parvum, ru-

rubicundum, pro Buprestii habent, sed præter rationem. Neque Gryllo-talpæ figura in Anglica editione *Dodonæi* absque censura transeunda est.

A. 5. *Teredo*, *Offic. Schrod.* v. 347. A. *The Wood-Eater*. Gal. *Teigne*. G. *Holk-Wurm*. B. *Houtworm*. De *Teredine* multa inter rei naturalis Auctores est dissensio, alius hoc, alius aliud esse vult. *Aldrovandus* quatuor *Teredinum* genera constituit. Unum in lignis reperitur. Alterum *Vermiculus* dictum. Tertium *Thris*. Quartum *Cossus*. His addit *Jonsonus* quintum ab *Agricola*, quem ab æneo colore A. *Kupfferworm*. Gal. *Teigne*, qui a la couleur de Cuivre. G. *Kupffer-Worm*. B. *Koper-Worm*. vocat. Nos autem hexapoda illud *Scarabæi* minoris arborei productricem, qui in arboribus frequens invenitur, *Teredinem* *Officinis* esse arbitramur. *Ufu*. Excrementa farinacea A. *Powder of Post*. Gal. *Excremens farineux de la Teigne en usage exterieurement en Medecine*. G. *Mehlig dreck von Holk-Wurm*. B. *Meelagtig drek van Hout-worm*. dicta. *Vires*. Exsiccat pulvis iste, unde ulceribus humidis & fluidis feliciter inspergitur, & hoc eodem titulo mulierculis nostratibus admodum familiaris est in excoriationibus infantum exsiccandis, *Schrod.*

A. 6. *Cochinilla* & *Coccinilla*, *Offic.* *Cochenille*, *Duret.* 66. *Cochinilla*, *Laet. Ind.* *Occ.* 229. *Cochinille*, sive *Fici Indici* grana, *Park. Theat.* 1498. *Ficus Indicæ* grana, C. B. *Pin.* 458. *Coccinella*, *Offic.* *Coccus Indicus* tinctorius, *Geof. Tract.* 370. *Nepalnocheztli*, seu *Coccus Indicus* in *Tunis* quibusdam nascens, *Nieremb.* 312. *Hern.* 79. *Cochenilla* *Hispanis*, *Breyn. Hist. Cocc.* 6. *Scarabeolus hemisphæricus Cochineelifer*, *Gaz. Pet. T. i.* *Fig. 5.* *Sloan. Hist. Jam.* ii. 208. *Scarabæus nigricans alarum alias rubicundis limbis*, *Mer-Surin.* 2. *Cochineal*, *Act. Philosph. Lond.* No. 176. 193. A. *Cochineal*. Gal. *Cochenille*. G. *Cocctnill*. B. *Cochinille*. Insectum ipsum ex *Nova Hispania* & *Mexicana* allatum. *Vires*. *Cardiacum* insigne habetur, sudorificum, alexipharmacum, & antifebrile medicamentum, febres omnes quantumvis malignas sanans, ideoque in peste & febribus petechialibus sæpius exhibetur.

De *Cochinilla*, quid sit, non levis est controversia inter Rei *Physicæ* & *Medicæ* Auctores, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli originis vegetabilis esse volunt; è quibus aliqui *Tunæ* seu *Ficus Indicæ* baccam fructumve, alii ejusdem gemmam seu florem nondum

explicitum faciunt: Alii, & quidem rectius, productum quoddam animale esse statuunt, qui quamvis in eo omnes consentiant, quod ad Regnum (ut vocant) Animale pertineat, quid tamen in specie sit, opinionibus inter se diffident; nam alii insecti cujusdam nidum esse aiunt, alii animalculum hexapos *Cimici* simile, alii *Scarabæum* parvum, A. *Lady-Cow*. Gal. *petit Escarbot*. G. *Marien-Würmscin*. B. *kleine Schalbyter*. nostratibus dictum: alii denique, & hi quidem nostrâ sententiâ rectissimè, *Scarabæum* esse affirmant, parvum *Scarabæo* parvo prædicto similem, duobus tantum maculis in vaginis pennarum insignito, cujus præstantissimam iconem nobis exhibuit accuratissimus ille *Anatomicus*, D. *Edwardus Tyson*, M. D. in *Actis Philof. Londinensibus*, No. 176. *Cochinilla* in *Officinis* nostris vulgò venalis insecti corpus duntaxat est; cujus propagandi, & ad usum parandi modus, in eisdem *Actis Philosphicis*, No. 193. describitur, ex observatione *Hispani* cujusdam senioris, *Jamaicæ Insulæ* incolæ, qui in ea parte *Indiæ Occidentalis*, in qua pretiosæ istius mercis magna quotannis copia colligitur, diu vixerat; quam descriptionem in epitomen contractam hîc subjiciemus. Hoc non granum vegetabile esse, ut somniârunt nonnulli, quos inter etiam *Pomettus* est, relatione, ut videtur, fabulosâ seductus, affirmat *Breyn. Hist. Cocc.* 6.

Insectum hoc initio velut vesica quædam exigua, seu tuberculum parvum in *Ficus Indicæ Tunæ* dictæ, furculis, in quibus oritur, apparet, quæ postmodum calore solis in vermiculum aut termitem evadit, qui processu temporis in *Scarabæum* parvum mutatur. *Scarabæos* hosce, cum jam plenam maturitatem adepti sunt, occidunt, fumo crasso, è materia quadam combustibili ex ea parte, unde ventus in frutices, quos Insecta depascuntur, spirat, sita, excitato, substratis prius sub fruticibus linteis. Insecta fumo suffocata, & examinata, levi fruticum concussione in lintea facillè decidunt; adeoque magna copia, nullo fere negotio colliguntur. Deinde super linteam expansam in arenoso quodam aprico loco, aut pavimento saxeo, solis calori tandiu exponunt, donec exsiccantur corpusculis contractis, quæ manibus leniter confricata, in grana abeunt, alis, pedibusque, &c. decedentibus, quæ postea ventilatione, aliòve artificio separanda sunt. Imò, qui dubitat (inquit doctissimus *Paulus Ammannus*) *Cochinellam* Insectum esse, hæc grana putatitia indat aquæ calidæ, & statim videbit crura post aliqualem emollitionem: Interdum etiam apud Mer-

Mercatores integrum Insectum, interdum alæ instar Muscarum reperiuntur.

Quamvis Cochinilla Officinarum Scarabæi, *A. Lady-Cow. Gal. Escarbot Scarabée. G. Marten. Burmlein. B. Schalbyter* nostratibus dicti, species sit; non est tamen noster communis, ut *D. Salmonus* in *Dispensatorio suo & Sepiasario Londinensi* erroneè affirmavit. Nam quamvis octo aut decem species Scarabæi illius in Anglia viderim, nullus tamen ex eis compressus aut contusus delicatum illum Cochinillæ colorem præbuit.

In *Actis Philosoph. Lond. No. 292. D. Leuwenboeck* microscopicas quasdam observationes dedit de Cocconilla ad probandum eam animale substantiam esse, non fructum aut excrescentiam alicujus plantæ, ut Mercator quidem *Amsterdamensis* existimabat. Quod ad argumentum quo utitur ad opinionem suam confirmandam, nimirum, quod Insecta hæc transmutationem non subeant, quia in ovis, quæ ex eorum corporibus exemit, Animalculum sex pedibus præditum semper observaverit; cum ad contrarium probandum æquè inservire possit hoc argumentum: nam cum Scarabæorum genus ova ponit, quæ omnia in hexapoda Animalcula abeunt, quæ in Scarabæos tandem mutantur. His addere liceat, quod ingeniosus ille Rerum Naturalium Exquisitor, *D. Jac. Petiver* in *Gazophylacio suo Tab. i. Fig. 5. Cochinillæ* in omnibus suis formis figuras exhibuit: *Hexapodis, Aureliæ, Scarabæi.*

XXV. De Cicindela.

A. Cicindela, *Offic. Schrod. v. 340. Mouff. Insect. 108. Charlt. Exer. 48. Mer. Pin. 201. Fons. de Insect. 80. Aldrov. de Insect. 492. Noctiluca terrestris, Col. Ecpbr. i. xxxviii. Scarabæus λευκός* fordidè corpore longo & angusto, seu Cicindela mas, *Raii Insect. 78. Cicindela impennis* seu fœmina, *Ejusd. 79. A. The Glow-worm. Gal. Ver luisant. G. Johannes. Stiege. B. Goudworm, Nachtwormje* (dat des nachts blinkt.) *Usu. Insectum ipsum. Vires. Sunt qui in calculo commendant, Schrod. Vim anodynâ ei attribuit Cardan.*

De Cicindela magna inter Auctores dissensio lis est, aliis volantem à reptili sexu tantum, aliis specie differre affirmantibus, in quibus *Julius Scaliger, Exercit. 191. & ingeniosissimus vir D. Richardus Waller, Philosoph. Transact. No. 167. pag. 841. qui propriâ experientiâ Cicindelas volantes utriusque sexus esse*

didicisse aiunt, siquidem coeuntes viderint. De quorum fide quamvis minimè dubitem, *Vintimigliæ* tamen apud *Fab. Columnam par. ult. p. 89. sententiam, etiamque Mouffetti, p. 109. Cicindelas volatiles mares esse, reptiles fœminas, confirmant experimenta nuper facta à vicino nostro D. Benjamine Allen, M. B. hic Braintriæ degenti, qui Cicindelas volantes cum reptilibus coivisse sæpius observavit, volantes inter se nunquam, ut neque reptiles; unde non immerito colligit & concludit (cujus etiam experientiæ nos acquiescimus) volatiles mares esse, reptiles fœminas.*

XXVI. De Proscarabæo.

A. Proscarabæus, *Offic. Mouff. Insect. 162. Fons. de Insect. 74. Mer. Pin. 201. Scarabæus unctuosus, Schrod. v. 345. Pinguiculum, Agric. Meloen, Paracels. A. The Oil-Beetle. Gal. Griburi, ou Scarabée (Sorte d'Escarbot, qui nait au mois de May.) G. Schmalz. Käfer/ May. Burm. B. Een Mey-Kever, een Tor. Maio & Junio juxta vias, & passim in sylvis obrepit. Usu. Ipsum Insectum, & ejus liquor oleosus colore subflavo. Vires. Cantharidum naturam imitatur, urinam pellit & sanguinem, canis rabidi morsum egregiè expugnat, varos dictos, i. e. arthritidem vagam, auctore Wiero, curat pulvis vel conditura exhibita. Extrinsecus expetitur à quibusdam ejus liquor ad vulnera; additur & emplastris in bubone & carbunculo pestilentiali; permiscetur & antidotis, fitque inde oleum ex infuso animalium vivorum in oleo communi, quod loco Olei Sorpionum nonnulli adhibent, Schrod.*

XXVII. De Blatta.

A. Blatta, *Offic. Aldrov. de Insect. 499. Blatta foetida, Mouffet. Insect. 138. Charlt. Exer. 49. Fons. de Insect. 82. Mer. Pin. 202. Scarabæus impennis tardipes, Pet. Gazophylac. Nat. & Art. Tab. 24. Fig. 7. A. The Slow-legg'd Beetle. Gal. Teigne. G. Schabe/ Motte. B. Mot, Motte. In cellis vinariis reperitur. Vires. Cum oleo decocta aurium dolores instillatu mitigant, Diosc.*

S E C T I O S E C U N D A.

De Exanguibus majoribus.

A Nimalia Exanguia majora pleraque Aquatica sunt; & ab *Aristotele Hist. Animal. lib. 4. cap. 1.* commodè dividuntur in tria genera, nimirum *Mollia* sive *Mollusca*, *Crustacea*, & *Testacea*.

Animalia Exanguia majora sunt vel

Mollia sive *Mollusca*: *Sepia*.

Testacea; hæ autem vel sunt

Univalvia, minime tortilia, paululum curva, tenuia, ex utraque parte hiantia, externe

Glabra, colore albo: *Dentalia*.

Striata, colore ex viridi albicante: *Entalia*.

Turbinata, figura.

Breviore testæ apertura clausa operculo

E saliva confecto tantum ad hyemen: *Cochlea terrestris*.

Testaceo:

Oblongo & majore, colore spadiceo, odore gravi: *Blatta Byzantina*.

Rotundiore & minore, colore vario ex rubente & albo: *Umbilicus Marinus*.

Productiore, rostro sinuato, sive canaliculato, ventricoso, & basi, & capite sive rostro productiore, succo

(Purpureo prægnans: *Purpura*.

(Aqueo, seu decolore: *Buccinum*.

Bivalvia, valvis

Similibus non striatis

Asperis, Unionifera: *Mater Perlarum*.

Planis: *Mytilus*.

Dissimilibus asperis: *Ostrea*.

Crustacea, corpore

Productiore, media inter Astacum marinum & Squillam magnitudine: *Astacus Fluvialis*.

Breviore & rotundi ore depresso, colore

Livido, tibiis & brachiis lævioribus: *Cancer Marinus*.

Ex rufio nigricante, tibiis & brachiis asperioribus & rugosioribus: *Cancer Fluvialis*.

Exanguia Mollia sive Mollusca.

Mollia sive Mollusca sunt, quæ cum sanguine careant, extrinsecus habent carnosum seu carniforme corpus, intus autem solidum & firmum, ossi respondens, R. Hist. Animal. p. 52.

Zoophyta sunt, quæ nec animalium, nec plantarum, sed tertiam ex utroque naturam habent, & ut Aristoteles loquitur, τὰ ἡμίφωτα ὅσα φύσιν ἔχουσιν, quæ ambigunt inter plantam & animal, quæ Plantanimalia dici possunt, C. B. Pin.

I. De Sepia.

A. Sepia. Offic. v. 332. Ind. Med. cix. Salv. de Aquat. 165. Mont. Exot. 6. Aldrov. Exang. 44. Charlt. Exer. 51. Jons. Exang. 7. Bellon. de Aquat. 336. Rondel. i. 498. Genf. Aquat 851. Loligo, Sepia, Mer. Pin. 191. A. The Cuttle-Fish. Gal. Seche, Bouffon. G. Black-fisch / Fischelein. B. Zee-schuym. Usu. Os, seu Testa, substantia est testacea, candida & lævis, utrinque tumida; parte supinæ duriuscula, lævi & glabra; inferna, fungosa, mollicula, leviter aspera & friabili, in dorso piscis nata, saporis aliquantulum subacris. Vires. Exsiccat, abstergit, maculis, nævis, scabiei humidæ medetur, oculis convenit, ginivis tumidis subvenit, Astmaticis auxilio est, Gonorrhœam sistit, Calculos pellit, Urinas movet. Humor ater intra vesiculam in corpore repertus, alvum movere dicitur. Ova renes & ureteres abstergunt, menses & urinam cient, Schrod.

II. De Lepore marino.

A. **L**epus marinus, Offic. Charlt. Exer. 51. Rondel. i. 520. Bellon. Aquat. 437. Gefn. Aquat. 475. Lepus marinus primus, Aldrov. Exang. 78. Fons. Exang. 9. A. The Sea-Hare. Gal. Lievre Marin. G. See-Hase. B. Zeebaas. Maris incola est. Loligini parvæ similis est, describente Dioscoride. Vires. Per sese tritus, aut cum Urtica marina illitus capillos evellit, Diosc.

III. De Pulmone marino.

A. **P**ulmo marinus, Offic. Aldrov. Exang. 577. C. B. Pin. 369. Fons. Exang. 56. Bellon. Aquat. 438. Gefn. Aquat. 760. Rondel. Aquat. ii. 131. Charlt. Exer. 68. A. Sea-Lungs. Gal. Poumon marin. G. See-Lunge. B. Zee-long. Mari innatat. Colore est crystalli in modum pellucido, cum cærelis misto, substantia tam fragili, ut vix è mari integer eximi queat. Vires. Podagras pernionesque emendat Pulmo marinus recens tritus & illitus, Diosc.

IV. De Urtica marina.

Urtica dicta, quod admota contrectantis manum pungat, Plin.

A. Urtica marina, Offic. Charlt. Exer. 68. Schonef. Icht. 77. Urtica, Fons. Exang. 54. Urtica marina. 5. & 6. & Roneletii, C. B. Pin. 369. Urtica rubra, Rondel. i. 530. Bellon. Aquat. 342. Gefn. 1039. Aldrov. Exang. 568. Urticæ vel Pulmonis marini species, Mer. Pin. 194. Sea-Blubrer. Gal. Ortie Marine. G. See-Nessel. B. Zeenetelen. Aquis innatat, æstuque maris in litore sæpe rejicitur. Corpora sunt pellucida, rotunda, compressa gelatinæ in modum, cum venis rubris intermixtis. Vires. Cum Lepore marino viribus convenit.

Exanguia Testacea.

Exanguia testacea sunt, quorum intus est carnosæ pars, foris firma, quæ & flexu frangi,

& ictu rumpi, & compressione desjici non possunt, R. Hist. Animal. p. 52.

Hæc autem vel sunt Univalvia vel Bivalvia vel Turbinata.

Univalvia.

V. De Dentalio & Entalio.

A. 1. **D**entalium, Offic. Schrod. v. 328. Charlt. Exer. 63. Mont. Exot. 6. Dentales; Scyll. p. 136. Tab. xviii. n. vii. viii. Dentalium conchæ species, Ind. Med. xiv. Dentale læve, album, altera extremitate, rufescens, List. Hist. Conch. iv. Sect. 11. n. 2. Dentales, Gefn. de Aquat. 345. Tubulus Dentalis lævis, Lang. Meth. Testat. 5. Rondel. de Pisc. ii. 110. Autales dicuntur alii ejusdem formæ, sed minores, Bonan. 91. The Dog-like-tooth shell. Gal. Dentale (petit coquillage, ayant la figure d'une dent de chien). Zahn Schnecken. B. Tand-Slekken. In mari Britannico capiuntur. Tubulus est oblongus, gracilis, teres, nonnihil inflexus sive arcuatus, paulatim angustior, ab imo ad summum concavus, utraque extremitate apertus absque ulla naturali rima aut fissura, albus, altero tamen extremo parum rubescens, exterius lævis admodum & velut politus.

A. 2. Entalium, Offic. Schrod. v. 328. Charlt. Exer. 63. Scyll. 137. Tab. xviii. n. vi. Dentalium primum & quartum, Aldrov. de Aquat. 283. Autales, Gefn. Aquat. 345. Tubulus Dentalis striatus, Lang. Meth. Testat. 5. Tubulus aut Siphunculus, Bonan. 91. Dentale viride striatum, maximis striararum majuscularum admodum extantes, minimis striarum densarum & tenuiores, List. Hist. Conch. iv. Sect. ii n. 1. Denticuli Elephantis, Rumph. 125. Tab. 41, 1. Valent. Mus. Mus. 187. A. The Entaglia. Gal. Entale. G. Purpur-Schnecken. B. Purper-Slakken. Præcedente longior est, & crassior multò, aliàs persimilis, nisi quod hic striatus sit, striis profundis, seu majoribus porcis elatis, & coloris plerumque viridantis. Ex India Orientali transfertur. Vires. Utrumque, etsi in Medicina hæcenus parum usitatum sit, attamen cum aliis testarum generibus ad similes affectus adhiberi posse verisimile est.

Itali moderni lapides, metalla, ligna quæcumque lieneis aut figuris inculpta aut etiam can-

nulata *Entaglie* vocant, unde & à vocis Dentalii proximitate, Entalii nomen ortum habuisse conjectat eruditissimus simul & ingeniosissimus vir, D. *Martinus Listerus*, M. D. Qui plura de Dentalio Entalio desideret, consulat *Acta Philosoph.* N. 197.

Turbinata.

VI. De Cochleis.

A. 1. **C**ochlea terrestris, *Limax terrestris*, *Offic. Cochlea testacea*, *Schrod.* v. 283. Cochlea cinerea maxima, edulis, cujus os operculo crasso, velut gypseo, per hyemem clauditur, *List. Hist. Animal. Angl.* 111. Cochlea cinereo rufescens fasciata, leviter umbellicata, *Ejusd. Hist. Conch.* 1. n. 46. Cochlea edulis *Gesneri*, *Ejusd. Exerc. Anatom.* i. Pomatia, *Gesn. de Aquat.* 255. Cochlea terrestris gypseo obscurata, *Aldrov. de Exang.* 389. A. *The Snail*. Gal. *Limacon.* G. *Eine Schnecke.* B. *Een Slak.* In meridionali Angliæ, parte frequens. *Ufu.* Cochleæ integræ. *Vires.* Cochleæ refrigerant, incrassant, consolidant, leniunt, nervis conveniunt ac palmonibus. Hinc usus precui internè ad tussim, phthisin, excreationem, sanguinolentame aliosque pulmonum affectus; hinc ad Hepatis calorem, & colicum dolorem. Extrinsecus maturant ac rumpunt anthraces, consolidant vulnera, præcipuè nervorum ulcera sanant, inflammationes mitigant, ventrem hydropicorum, hydrocelemque herniosorum detumescere faciunt, hæmorrhagiam cohibent, *Schrod.* Verùm quoniam hoc genus Cochleæ minus frequens, nec ubique obvium est, Officinæ nostræ ejus loco *Cochlea vulgari majori pulla, maculata. & fasciata bortenfi* utuntur, absque ullo, sententiâ nostrâ, gravi aut periculoso errore.

A. 2. Cochlea minor ex luteo & nigro variegata, *Ind. Med.* An cochlea interdum unicolor, interdum variegata, &c. *List. Hist. Conch.* i. n. 54? A. *The Paris Garden Snail.* Gal. *Limaçon des jardins de Paris.* G. *Zaun-Schnecke von Paris.* B. *Een Tuynslak van Parys.* In hortis apud Parisienses invenitur. *Ufu.* Testa. *Vires.* Servantur ad Collyria.

A. 3. Cochlea aquatica, *Offic. Cochlea fusca*, fasciis crebris angustisque prædita, *List. Hist. Animal. Angl.* 162. Cochlea nigricans,

denſe & leviter ſtriata, *Ejusd. Hist. Conch.* iv. *Seçt.* 5. n. 43. A. *The Water-Snail, or Periwinkle.* Gal. *Petoncle, Limaçon de Mer.* G. *Waſer-Schnecke.* B. *Water-slak.* In Catalogo ſimplicium Pharmacopœiæ Londinenſi præfixo inter aquatiliū teſtas invenio *Cochleæ & Buccini* titulos, quæ cū nomina generica ſunt, ſpecies ſub ſe plurimas complectentia, ut *Aldrovandum, Gefnerum, Joſnſonum, Bonanum*, ſed præcipuè celeberrimū noſtrum D. *Martinum Liſterum*, M. D. conſulentibus patebit; quænam ex omnibus deligenda ſit, non auſim determinare, huic tamen piſci id nominis attribui, quoniam in mari noſtro aut ora maritima frequens invenitur; ejuſque caro eaſdem vires habere dicitur, quas Cochlea terreſtris. Quod ad teſtas Cochleæ, Conchæ, Buccini attinet, quæcunque aſſumas & utaris, modò marina ſit, perinde eſt: Sunt enim omnes Alkali & earundem virium participes. At neque *Diſcoridem* aut *Aetium* inter Oſtreum, Purpuram, aut Buccinum in calcem aut cinerem redacta ullam diſtinctionem facere obſervavit eruditiffimus *Liſterus*, verū omnibus eandem vim cauſticam tribuiſſe.

A. 4. Cochlea cælata, *Aldrov. de Exang.* 393. *Joſnſ. de Exang. Tab.* xii. *Gesn. de Aquat.* 240. *Rondel. de Piſc.* ii. 98. *Charlt. Exer.* 62. Cochlea cælata antonomatiçè dicta, *Bonan.* 114. *Tab.* xi. n. 11, 12, 13. Cochlea Trochiformis ſtriata, rugoſa, papilloſa, &c. *Lang. Meth. Teſt.* 51. In mari mediterraneo inveniuntur. *Ufu.* Operculum, Officinis *Umbilicus Marinus* dictum, *Bellon. de Aquat.* 430. *Mont. Exot.* 6. Operculum cochlearum marinarum ſubrotundum in ſe contortum, *Lang. Meth. Teſt.* 56. Subſtantia lapidea, ſuperficie plana, ſphærali linea inſigni, colore fulva; altera parte concava umbilici in modum, colore carneoſo aut igneo, ſapore terreo. *Vires.* Venerem ſtimulat, inquit *Joſnſonus*.

Auguſtinus Scilla; aut ova Cochlearum, aut abbreviata, nondum perfectæ, & ab iſdem cochleis generata hoc operculum eſſe ſibi perſuadet; at ingenioſiſſimus ille vir D. *Joannes Raius*, cum in Italia peregrinatus eſt, ipſum piſcem vivum in teſta ſua huiusmodi operculo tectum, recens è mari extractum Romæ naçtus eſt.

VII. De Blatta Byzantia.

Blatta Byzantina, Offic. Blatta Byzantia, *Schrod.* v. 325. Blatta Byzantia sive Unguis odoratus, *Park. Theat.* 1573. *Ind. Med.* xxi. Blatta Byzantina, Unguis odoratus, *Mont. Exot.* 6. Operculum cochlearum marinarum subrotundum vulgare, *Lang. Meth. Test.* 56. Blatta Byzantia Arabum, *Aldrov. de Exang.* 346. Operculi Conchylii & Buccini, *Rondel. de Pisc.* ii. 86. A. The Constantinople Sweet-Hoof. Gal. Petit coquillage, qu'on appelle Blatta Byzantina, apparemment parce qu'il ressemble à la Teigne, ou à la Motte, dite Blatta, & qu'il vient de Constantinople, qu'on appelloit autrefois Bisance. G. Blatta Byzantina. B. Constantinopolense Blatta, (zeker Scheltje.) Tegumentum est oblongum, quibusdam Testæ Turbinatæ, substantia cornea, colore spadiceo, odore gravi, Aloen Barbad. æmulans. Vires. Interne laxat alvum, splenem emollit, vitiososque humores discutit. Externe excitat suffitu fœminas strangulatu uteri oppressas, comitialesque. In reliquis idem præstare poterit, quod aliæ concharum testæ, *Schrod.*

Testa hæc multæ inter eruditos contentionis materia fuit, *Matthioli* Unguem Odoratum & Blattam Byzantinam pro eadem re à *Serapione* & *Avicenna* aliisque à Græcis recentioribus habita fuisse affirmat. Cui opinioni *Officinae* etiam nostræ, & *Schroderus*, & *Parkinsonus*, atque etiam *Paulus Ammannus* favent: Ut & *Rumphius*, qui Blattam Byzantinam operculum Muricis seu Pseudo-purpuræ in mari Ambonico inventam esse tradit. His contradicit *Fuchsius*, qui Blattam Byzantinam Purpuræ operculum esse ait, & ab *Onyche Dioscoridis*, i. e. ungue odorato, diversum: Quod ab ingeniosissimo *D. Martino Listero*, M. D. literis ad me datis clarius demonstratur, cujus observationes ipsius verbis in Latinum versis accipe:

‘Blattam Byzantinam Ungui odorato successisse, ejusque loco in Officinas illatam fuisse autumo, *Diosc.* temporibus optimus, videlicet pallidissimus & pinguisissimus à mari Rubro advectus est; nigrior minorque à Babylone aut sinu Persico.’ Verum, ut videtur, recentior aetas circa Byzantium inventis contenta est, unde Blatta Officinalis hodierna cognomen obtinuit. Blattæ nomen huic operculo (ut conjicio) inditum est à colore, ut quæ Blatta

pistrinariæ Londini frequentissime colorem obscurè capillaceum referat; partim etiam quod Blatta hæc Scarabæi genus sit latum, & tenue operculi istius instar.

Fatendum equidem est, *Dioscoridem* eundem Unguem dictum operculum fuisse (*πῶμακερχυλίσ*) affirmare Purpuræ piscis operculo simile; suo tempore usitatum intelligit, quando (ut videtur) Unguis Odoratus deperditus fuit, saltem in Europam non illatus. Verum ex eodem *Dioscoride* apparebit Unguem verum operculum minimè fuisse, unde & operæ pretium erit errorem hunc detegere, & consequenter ostendere quantum delirarunt moderni, Turbinis marini operculum pro vero Unge oderato substituendo.

Unguis historiam, prout eam tradit *Dioscorides*, accipe: *In lacubus*, inquit, *nardiferis Indiae reperitur; quapropter, & Conchyliis Nardum depascentibus, aromaticus evadit* (seu odoramenta redolet) *colligitur verò postquam æstivis caloribus lacus inaruerint.* Concludit Conchylium ipsum ustum seu calcinatum eadem quæ Purpuram & Buccinum efficere. Et in capite da Nardo, Indicam *Nardum prope fluvium Gangem nasci scribit*, hoc est, in lacubus quibusdam, quos fluminis istius inundatio efficit. Hinc apparet (1.) Unguem odoratum aquarum dulcium Conchylii partem fuisse. (2.) Si in lacubus Nardiferis ad fluvium Gangem colligeretur, quid sit, tut idem à mari Rubro aut Babylone adferretur? Deinde, cur testa ipsa, inutilis sarcina, tam longo itinere à Gange fluvio ad Græciam usque deportaretur, si solius operculi (quod decimam partem ipsius testæ pondere raro excedit) usus esset. Quod si adferri & venundari non soleret, quorsum vires ejus adjicerentur, aut quomodo earum experimentum fieri posset? Hinc conjicio Unguem odoratum verum nonnihil similem fuisse dimidiæ testæ *Pectunculi* istius fluviatilis in fluvio *Thamesi* frequentissimi, pollicaris unguis magnitudine & crassitie, idque ob sequentes rationes.

1. Quod Unguis odoratus pisciculus Bivalvis, seu Mytulus, aquarum dulcium alumnus esse videtur, cum lacuum ad fluvium Gangem exsiccationem expectarent antequam eos colligerent. Jam vero Bivalvia arena & limo reconduntur, nec unquam in summas aquas emergunt, iisque innatant & fluitant, ut Turbinata solent (quibus solis operculum proprium est) ideoque quovis tempore facile capiuntur. 2. Animalculum hoc Conchylium vocat, & generali illo nomine ab aliis omnibus speciebus speciebus, de quibus variis capitibus agit, distinguit; quod quamvis utriusque Generi tam turbinatoquam bivalvi commune sit, peculiariter tamen

& maxime proprie Concham seu Bivalve denotat. 3. Onyx difertis versis à *Plinio* inter Bivalvia recensetur. Siquidem (*l. 32. c. 11.*) synonyma illi sunt *Solen*, *Aulos*, *Donax*, *Onyx*, *Dactylus*. Et expressius adhuc (*lib. 9. cap. 61.*) Concharum genera sunt Dactyli ab humanorum unguum similitudine appellati. Unde verissimum est Onychem odoratum à lacubus aquæ dulcis, qui ad Gangem Indiæ flumen sunt, olim adjectum non absimilem fuisse vulgari Onychi maris Mediterranei, qui è Solenum genere fuit. Hæc omnia *Listerus*. Ex quibus Vir ille doctissimus recte infert, & concludit Blattam Byzantinam Officinarum Unguem Odoratum Veterum (quocum confunditur) non fuisse; quem ob difficilem ex India in Europam transitum olim deperditum, & oblivioni traditum esse magna probabilitatis specie conjectatur. Illud certè nobis constat, operculo illi quod in Officinis nostris Blattæ Byzantinæ nomine venditur è notis characteristicis Unguis odorati Veterum nullam convenire, quem medicamentum probum & efficax fuisse credibile est ab odore quem obtinuit aromatico, qui in pulveribus nostris testaceis desideratur.

VII. De Buccino.

A. **B**uccinum, *Offic.* Buccinum album, læve, maximum, septem minimum spirarum, *List. Hist. A. A. 155.* Buccinum rostratum majus crassum orbibus paululum pulvinatis, *Ejusd. Hist. Conch. iv. Sect. xiv. n. 4.* A. *The Whelk.* Gal. *Pourcelaine.* Buccine. G. *Hornschnecke/ Rineckhorn.* B. *Ringboorn.* In alto mari ea piscantur. Nomen est genericum sub se plurimas species complectens, ut in Cochlea aquatica ostendimus. *Usu.* Testa. *Cionia*, *Offic.* est media pars circa quam testa volumen claviculatim intorquet. *Vires.* Cremata simili modo Purpuris Buccinisque facultatem urendi consequuntur. Testa cum Ostrea & reliquis testis viribus convenit.

IX. De Purpura.

A. **P**urpura, *Offic.* Purpura nostras violacea, *Col. de Purp. 1.* Purpura violacea *Fab. Columnæ*, *List. Hist. Conch. iv. Sect. xv. n. 1.* ex Tarentino sinu allata, *Bonan. 150. n. 172.* A. *The Purple Fish.* Gal. *Pourpre* G. *Purper.* Schnecken. B. *Purperwisch.* In mari Me-

diterraneo frequens. *Usu.* In Officinis testa valida, rugosa, striata, tuberculis brevibus inæqualis, inter Mechanicos Sanies purpurea ad tingendum olim in usu fuit. *Vires.* Alkali est, & cum reliquis testis viribus convenit.

In Purpura describenda adeo breves & obscuri fuere Veteres, ut quodnam Conchylium sit Recentioribus litigandi occasionem dederint, à quibus variæ producuntur species, purpuream saniem gignentem. Verum *Fab. Columna* litem determinavit, veram Purpuram demonstrando. Quamvis autem hodie purpura genuina Officinis nostris vix cognita sit, purpurei tamen succi cognitio adnotante ingeniosissimo illo & eruditissimo viro jam antea laudato, D. Martino Lister, ab antiquis usque temporibus ad sæculum nostrum traditione saltem transmissa & derivata est; in hisce etiam Insulis; inter Arcana tamen habita & studiose celata; donec D. Guill. Cole eam arripuit & publico exhibuit, *Act. Philos. Lond. N. 178. p. 1278.* quo Lectorem refero. Quinteam D. Robertus Southwell, E. A. Regiæ Societatis tunc Præses dignissimus, multos ante annos D. Listero retulit, matrem suam in Hibernia dum viveret celebrem fuisse sudariis piscis cujusdam succo indelibilibus notis, quæque elui nequirent signandis. Quin & Bedæ temporibus Ars purpuram tingendi in Anglia usitata summoque in pretio habita erat. Sunt Cochleæ (inquit *Hist. Eccl. Gentis Angliæ, lib. 1. cap. 1.*) satis superque abundantes, quibus Tinctura coccinei coloris conficitur. Cujus rubor pulcherrimus nullo unquam solis ardore valet pluviarum injuria pallescere; sed quo vetustior eo solet esse venustior.

X. De Concha venerea.

A. **C**oncha venerea, Conchula Cytheriaca, *Mont. Exot. 6.* An Venerea in mari Siculo, & Tarentino frequens, ubi vulgò vocatur Porcelletta, *Bonan. 145. n. 251.* *Usu.* Testa. *Vires.* Edulcorat, *Mont. 31.* In Officinis nostris est incognita.

Bivalvia.

XI. De Ostrea.

A. **O**streum, *Offic.* Ostreum vulgare, *Ind. Med.* lxxxvii. Ostreum striatum striis peculiaribus, *Lang. Meth. Test.* 82. Ostreum vulgare maximum intus argenteo quodam splendore albescens, *List. Hist. A. A.* 176. Ostrea, *Schrod.* v. 531. *Charlt. Exer.* 66. *Rondel.* ii. 37. *Schonef. Ichth.* 54. *Gesn. Aquat.* 645. *Jonsf. Exang.* 44. *Mer. Pin.* 193. Ostreae Rondeletii marina, *Aldrov. Exang.* 482. Ostrea major fulcata inæqualiter utrinque ad cardinem denticulata, *List. Hist. Conch.* iii. 20. Concha satis nota in cœnis Ostrea Latine dicta non Ostreum, *Bonan.* 108. *Tab.* 70. A. The Oyster. *Gal. Huitre.* G. Dester. B. Oester. Plurimis locis in nostro mari capiuntur. *Usu.* 1. Testa. 2. Margaritæ Scotiæ *Offic.* *Mont. Exot.* 6. Margaritæ spuria sive Ostrearum, *Ind. Med.* lxxii. Sunt substantiæ lapideæ rotundæ albæ, Viciæ vel Pisi ferè magnitudine, saporis terrei. 3. Caro in culinis frequentissima est. 4. Foetus, i. e. Vesicaria marina, *Offic.* *J. B.* iii. 818. *Cbab.* 580. *Raii Cat. Angl.* 302. Pila marina velut ex ampullis constans ad spumæ similitudinem, *C. B. Pin.* 368. A. Sea Balls. *Gal. Pelotte de Mer.* G. Ein See-Ball. B. Een Zee-bal. Hæ æstu maris in litora sæpe rejiciuntur. 5. Testa petrificata, i. e. Ostracites, *Offic.* Ostracites, *Boet. de Lap.* 393. *Laet. de Lap.* 124. *Gesn. de Lap.* 84. *Plot. Hist. Oxon.* 105. *Morton Noribampt.* 189. Ostracites maximus rugosus & asper, *List. Hist. A. A.* 236. *An n.* 37. *Ejusd. Hist. Conch. App. lib.* iii. Ostracites maximus globatior admodum crassius in argillaceis delitescens, *Luid. Litbogr.* 26. *N.* 471. Ostracites rugosus & undatus mediocris subcinereus subrotundus, *Lang. Hist. Lap. Fig.* 151. *Tab.* 47. 2. Ostrea labris non crenatis, *Woodw. Att.* ii. 43. *N. f.* 142 A. *Hobgoblins Claw.* *Gal. Huitre Jans bord, dentelé.* G. Dester mit ungespaltenen Rand. Oester met een rand of boord, die niet zaagswyze is afgesnede. à vulgo vocatur. Testæ similitudinem habet crustosus & in laminas fissilis. In fodinis & glareosis reperitur. *Vires.* Testæ vim habent exsiccandi, sudorem movendi, abstergendi, &c. hinc utus earum internus præcipue est in febribus quibus interve-

niente sudore medentur. Externè conveniunt in dentifricis absterforiis, in mariscis & condylomatis ani reprimendis. Ostrea pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt, *Schrod.* Margaritæ cum Orientalibus viribus conveniunt. Ostratice utuntur mulieres pumicis loco ad pilos auferendos. Potus in vino menses fluentes sistit. A purgatione sumptus conceptionem prohibet. Ad nomas, & mammarum inflammationes imponitur utiliter, *Diosc.* Cum floribus Chamæmeli sumptus Lithontripticum insigne æstimatur.

XII. De Matre Perlarum.

A. **M**ater Perlarum, *Offic.* *Schrod.* v. 530. Concha Margaritifera, *Mont. Exot.* 6. *Jonsf. Exang. Tab.* 13. *Bellon. Aquat.* 402. *Aldrov. Exang.* 418. *Charlt. Exer.* 64. Concha Mater Unionum, *Rondel. Aquat.* ii. 33. Concha Mater Unionum dicta aut Margaritifera; *Bonan.* 93. *II. n.* 1. Concha Margaritifera plerisque, Berberis Antiquis Indis dicta, *List. Hist. Conch.* iii. *n.* 56. Concha valvis æqualibus inæquilatera mediocriter vel leviter umbonata, &c. *Lang. Meth. Test.* 69. A. Mother of Pearl. *Gal. Nacre de Perles, Mere de Perles.* G. Perlen-Mutter. B. Paarlemoer. In mari Mediterraneo & alibi inveniuntur. *Usu.* Testa est, valida & ponderosa, extus rugosa, & aspera, non striata, intus lævis, argenteo colore, saporis terrei. *Margaritæ, Offic.* A. Pearls. *Gal. Perles.* G. Perlen. R. Paarden. Sunt substantiæ lapideæ, rotundæ, aut angulosæ, granulatæ, albæ, pellucidæ, saporis terrei, ex perittomate eodem quo testæ generantur productæ. Duplices censentur, Orientales & Occidentales: Illæ splendiores sunt, adeoque cæteris præferuntur, & præsertim Persicæ. *Vires.* Testæ præter vires concharum communes (quas videsis in Ostreo) sunt qui vim cordialem huic attribunt, verum quo successu, videant ipsimet. Margaritæ Cordiale præbent nobilissimum, quo balsamum vitæ oppressum, viresque exolutae insigniter recreantur ac confortantur, proinde venenis, pesti, & putredini resistunt, animum exhilarant, &c. *Schrod.*

N. B. Margaritas non tantum in hoc genus conchis reperiri, sed etiam in aliis multis, ut Ostreis, Mitylis, &c.

Plinius *Hist. Nat. lib.* 9. *cap.* 35. Margaritas è rore genitas esse tradit; cui à Petro Joan. Fabro

Fabro contradicitur, qui Quod ipsæ Margaritæ sint nihil aliud, quàm lepra concharum affirmat: Dicit enim, Conchæ omnes sunt leprose. Nobis autem ejusdem naturæ & qualitatis esse videntur cum concharum in quibus inveniuntur testis, quarum morbosæ quædam excrescentiæ sunt, non roscidi conceptus: Earum vires tantopere celebratæ, non aliæ sunt quam quæ conchis omnibus communes.

XIII. De Mytulo.

A. Mytulus, *Offic. Schonef. Ichth. 54. Bellon. de Aquat. 397. Gesn. de Aquat. 277. Rondel. de Aquat. ii. 48. Mytuli, Mer. Pin. 193. Mytulus Rondeletii, Aldrov. de Exang. 512. List. Hist. Conch. iii. n. 200. Musculus ex caeruleo niger, Ejusd. Hist. Animal. Ang. 182. Musculus, Bonan. 102. n. 30. A. The Muscle. Gal. Moucle, Moule, Cayeu. G. Muschel. B. Mossel. In mari nostro capiuntur. Ufu. Testa. Vires. Alkalini sunt, & cum reliquis testis viribus conveniunt.*

XIV. De Farragine.

A. Farrago, *Offic. Aristot. Farago Australis, Alcyonium secundum Dioscoridis, C. B. Pin. 368. Vesicaria marina nigra, Farrago Aristotelis quorundam, J. B. iii. 818. Chab. 588. Mytulorum aliorumve testaceorum fœtura nobis videtur.*

XV. De Ungue Odorato.

A. Unguis Odoratus, *Offic. Onyx, Dioscorid. A. The Sweet Hoof. Gal. Petit Coquillage ressemblant à l'ongle ou à la griffe de quelque animal. G. Indianische Schnecke. B. Indiaanse Slek. Quid sit Officinis nostris ignoratur, cujus in loco Blattam Byzantinam substituunt, ut in capite de Blatta Byzantina ex observationibus eruditissimi D. Martini Lister demonstravimus, quo Lectorem refero. Qui plura de ea velit consulat, Act. Philosoph. n. 192. p. 642.*

XVI. De Concha.

A. Concha, *Offic. Schrod. v. 32. Concha longa lataque, in mediis cardinibus, cavitate quadam pyriformi insignita, List. Hist. A. A. 170. A. Sbell - Fish. Gal. Poisson à coquille. G. Muscheln. B. Fisch met schelpen bedekt. Ufu. Testa. Vires. Ostreis & reliquis testaceis convenit. Ut Cochleæ & Buccini, ita & Conchæ nomen genericum esse, sub se plurimas species complectens, in capite de Cochleis ostendimus, quo lectorem refero.*

XVII. De Pectunculo.

A. Pectunculus, *Offic. Schonef. Ichth. 55. Pectunculus vulgaris, albidus, rotundus, circiter 26. striis majusculis, & planioribus donatus, List. Hist. A. A. 189. Capite minore, rotundiore, & magis æquali margine, Ejusd. Hist. Conch. iii. n. 171. Concha striata altera, Rondel. de Aquat. ii. 21. Concha striata altera Rondeletii, Aldrov. de Exang. 449. Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito striato, Lang. Meth. Test. 60. A. The Cockle. Gal. Petuncle, Petoucle. G. Eine Muschel. B. Een Mossel. Passim in littore arenoso magna copia reperiuntur. Ufu. Caro in culinis, testa in Officinis. Vires. Caro gratissimi saporis est, tam cruda quàm cocta; ex testa usta & in cinerem redacta dentrifricia optima conficiuntur.*

XXIII. De Tellina.

A. Tellina, *Offic. Jons. Exang. 48. Tellina secunda, Rondel. de Aquat. ii. 7. Aldrov. de Exang. 518. Gesn. Aquat. 940. Tellina, Charlt. Exang. 67. Bellon. de Aquat. 403. Maris Italici, Bonan. 104. n. 57. Tellina intus ex viola purpurascens, in ambitu serrata, List. Hist. A. A. 190. Subfusca angustior intus purpurascens, Ejusd. Hist. Conch. iii. n. 217. A. The Limpin. Gal. Flion. G. Bräunliche kleine Schnecke. B. Een bruinagtige kleine Slek. In mari capiuntur. Vires. Recentibus alvo utiles, sed maximè jus earum. Salitæ*

litæ uruntur, tritæque in cinerem & cum cedria instillatæ, avulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur, Diosc.

XIX. De Chama.

A. **C**hama, Offic. Charlt. Exer. 65. Bellon. de Aquat. 403. Ab altero tantum latere ferè naturaliter hiantibus, List. Hist. Conch. iii. n. 258. Chama, alio nomine Glycymerides magna, hoc est, Chama magna dulcis, Bonan. 106. n. 59. Chama Glycymeris, Aldrov. de Exang. 473. Rondel. ii. 13. Fons. Exang. Tab. 14. Gesn. de Aquat. 71. A. Bastard Cockle. Gal. Petoncle batard. G. Große Muschel / Bastard Muschel. B. Grote Mossel, Bastaert Mossel. In mari Iberico reperitur. Vires. Chamarum aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum jus, alvum ciet; id cum vino assumitur, Diosc.

Exanguia Crustacea.

Exanguia crustacea sunt, quæ firmas suas partes extus habent, intus autem carneam molli-
tiam. Partes quoque illæ firmæ non potius frangi, quàm disjici compressæ dici debent, Ravi Symp. Animal. p. 52.

XX. De Astaco marino.

A. **A**stacus, Offic. Gesn. de Aquat. 91. Rondel. de Aquat. i. 538. Astacus verus, Aldrov. Exang. 112. Astacus marinus communis, Fons. Exang. 13. Astacus marinus, Mer. Pin. 191. Charlt. Exer. 55. Schonef. Ichth. 23. A. The Lobster. Gal. Hommar, (Ecrevisse de Mer.) G. See-Krebs / Humber. B. Zee-Kreeft. In mari capiuntur. Vires. Caro multum nutrit, undè in Phthisi commendatur. Crusta seu Testa cremata in vino pota Renes expurgat, & Calculos frangit.

XXI. De Astaco fluviatili.

A. **A**stacus fluviatilis, Offic. Rondel. de Pisc. ii. 210. Schonef. Ichth. 24. Gesn. Aquat. 104. Mer. Pin. 192. Charlt. Exer. 56. Aldrov. de Exang. 129. Fons. Exang. 15. Cammarus, Bellon. de Pisc. 355. Cancer, Schrod. v. 325. A. The Crayfish, or Crevis. Gal. Ecrevisse de riviere. G. Bach-Krebs. B. Rivier-Kreeft. In fluviis invenitur. Usu. Caro, Lapilli, Oculi Canceri, Offic. Oculi Cancrorum, Charlt. Exer. Oculi Cancrorum seu potius Lapilli Astacorum fluviatilium, Ind. Med. lxxxiv. A. Crabs-Eyes. Gal. Yeux d'Ecrevisses. G. Krebs-Augen. B. Kreeft-Oogen. In capite, ut quidam asserunt, seu potius stomacho, duos gerunt lapillos, albos, rotundosque, lenticulari figura singulari seu orbiculari, pisi majoris magnitudine, una parte compressi, & sinuati acetabuli in modum, alterâ convexi laminati, saporis terrei. Usu. Putamen. Istorum saepe occurrit genus factitium ex Cimolio albo in illam formam confectum, quod pro illis venditur, sed fraus istum frangendo detegi potest: namque veri Cancrorum oculi laminati sunt in parte gibbosi, quâ factitii carent. Vires. Caro refrigerat, humectat, dolorem sedat, multum nutrit in Atrophia. Lapilli refrigerant, siccant, abstergunt, discutunt, tartarum & sanguinem coagulatum resolvunt, calculum atterunt. Hinc usus magni in Nephritide, Pleuritide, Asthmate, dolore Colico, &c. inserviunt dentibus abstergendis. Putamen seu Testa eadem cum Lapillis vires obtinet. Insuper scabiem puerorum ex falsis humoribus sanat; febrium intermittentium paroxysmos arcet, Schrod.

XXII. De Cancelllo.

A. **C**ancellus Astaci marini species, Ind. Med. xxvi. Cancellus, Rondel. de Pisc. i. 553. Aldrov. de Exang. 218. Gesn. de Aquat. 161. Bellon. de Aquat. 362. Fons. Exang. 24. Cancellus quibusdam Bernhardus Eremita dictus, Charlt. Exer. 58. Cancer in Testis degens, Mer. Pin. 192. A. The Wrong Heir. Gal. Hermite, Bernard l'Hermite. G. Bernhard Heremiter. B. Kreeftje genaamt Bernard Heremyt. Usu. Animal. Vires. O-
Ec e leum

leum ejus ex America adhibetur pro Rheumatismis.

XXIII. De Squilla.

A. 1. **S**quilla, Offic. Squilla gibba, Schonef. Icht. 72. Rondel. de Pis. i. 549. Squilla parva, Mer. Pin. 192. Squilla gibba Rondeletii, Aldrov. de Exang. 150. A. The Sbrimp. Gal. Chevrette, Sallicoque. G. kleine See-Krebs oder Krabbe. B. Garnaal, Garnaat. In mari capiuntur. Vires. Cum Astaco viribus convenit.

A. 2. Crangon, Offic. Squilla Crangon, Aldrov. de Exang. 149. Rondel. de Pis. i. 547. Gefn. Aquat. 906. Fons. Exang. 17. Alia Squilla, Bellon. de Pis. 359. A. The Prawn. Gal. Langoustin (petit poisson de Mer.) G. Ein ander See-Krebs. B. Nog een ander Garnaal. Maris incola est. Usu. Animal. Vires. In culinis frequens, multum nutrit, unde in Phthisi laudatur.

XXIV. De Cancro marino.

A. **C**ancer, Offic. Schonef. Icht. 30. Canceri marini maximi apicibus Chelarum nigricantibus, Ind. Med. xxv. Pagurus, Bellon. de Aquat. 368. Aldrov. de Exang. 186. Fons. de Exang. 21. Gefn. de Aquat. 155. Mer. Pin. 192. Charlt. Exer. 57. Cancer Mæas, Rondel. i. 560. quoad figuram & descriptionem, sed nomina sunt transposita. A. The Sea Crab. Gal. Cancro, (sorte d'Ecrevisse de mer.) G. Falschen-Krebs / Meer-Krebs. B. Zee-Crabbe. In mari capiuntur. Usu. Ungulæ seu Chelæ Officinis dictæ, & Testa. Vires. Easdem cum Conchis vires obtinent. Insuper Scabiem puerorum ex falsis humoribus sanant, febrium intermittentium paroxysmos arcant, Scbrod. Præferuntur apices nigri Ungularum. Cancer integer, i. e. substantia edulis in cibus laudatur. In Medicina, Phthificis prodesse Rondeletium experientia docuit. Stranguriam sanant, Fons.

XXV. De Cancro Fluviatili.

A. **C**ancer fluviatilis, Offic. Fons. de Exang. 23. Charlt. Exer. 57. Bellon. de Aquat. 365. Rondel. ii. 208. Gefn. de A-

quat. 137. Matth. 307. Cancer fluviatilis Matthioli, Aldrov. de Exang. 207. A. The River Crab. Gal. Cancro de Riviere. G. Krebs. B. Rivier-Crabbe. In Græcia, Creta, Sicilia, &c. inveniuntur, carent Galli & Germani, unde non sine errore Astacos fluviatiles in Cancrosum usum usurpant. Vires. Refrigerant, humectant, dolorem sedant, ferocientes spiritus figunt. Hinc usus præcipui in æstu, ac dolore capitis & renum, in Angina, Atrophia; extrinsecus valent in igne Perfico ac ambustis.

XXVI. De Echino marino.

A. 1. **E**chinus, Offic. Fons. Exang. 39. Aldrov. de Exang. 403. Bellon. de Aquat. 384. Charlt. Exer. 62. Echinus marinus, List. Hist. A. A. 169. Mer. Pin. 192. Echinus major, Gefn. Aquat. 350. Echinus Ovarius, Riolan. i. 578. Echinus Ovarius rotularis dictus, subflavescens, viginti striis, quarum decem e papillis, & aliæ decem e transversis lineolis conflatae sunt, interstitia striarum punctulis minimis occupantibus, Lang. Hist. Lap. 124. Tab. 35. Echinus Cidaris miliaris basi pulvinata; rarioribus & minoribus eminentiis, Klein. Echinod. 17. Tab. ii. C. D. Echinus Ovarius secundus, Mort. North. 231. Tab. 10. Fig. 3. Echinus Ovarius. Plot. Hist. Oxon. 107. Tab. v. n. 5. List. Hist. A. A. 222. Tab. 7. n. 23. Echinus ex alterâ parte planus, ex alterâ subsphæricus purpurascens, aculeorum vestigiis parum eminentibus, Ejusd. App. 27. A. The Sea Hedge-Hog. Gal. Herisson de mer. G. Ein See-Igel / Hechel. B. Een Zee-Egel. In alto mari capiuntur. Vires. Stomacho ventrique utilis est: Urinam ciet, Hujus testa cruda inassata commodè medicamentis admiscetur, quæ Psoras abstergunt. Crematæ verò cinis sordida ulcera expurgat, luxuriantem carnem reprimat, Diosc.

A. 2. Echinus Ovarius, Plot. Hist. Oxon. 126. Tab. v. Fig. 4. Mort. Woodw. Attempt. Tom. 1. p. 11. n. 178. North. 232. Tab. 10. Fig. 5. Echinometra circinata papillis maximis, Breyn. Sched. 55. Tab. 1. Fig. 1, 2. Echinus spoliatus a spinis suis, Aldrov. Exang. 403. Fons. Exang. Aquat. Tab. xii. Echinites albus cinereus, List. Hist. A. A. 221. Tab. 7. n. 22. Echinites Ovarius subluteus major quinque striis incurvatis è duplici serie transversarum lineolarum conflatis, quolibet interstitium striarum decem scutillis, reliquum verò spatium innumeris minimis papillis occupantibus, Lang.

Lang. Hist. Lap. Helv. 123. Tab. 35. F. 1. Echinites orbiculatus laticlavus medius, Luid. Lithop. Brit. 45. n. 915. Echinites cidaris mammillata 11. Klein. Echinod. 19. Tab. vii. A. Itrice dimare petrificato, Scill. le vana Specul. 148. Tab. xxiv. An Ovum agrinum, Boet. de Lap. 347. Laet. de Dap. 106. A. The great Sea Urchin. Gal. Grand Herisson de mer. G. Große See-Igel. B. Een groote See-Egel. Usu. Glandula seu Spica, Lapis Judaicus Offic. dictus, vide pag. 44. antea; cujus synonymus est Radiolus glandularius subcinereus major, partim tenuissimè striatus, partim punctulatus, Lang. de Lapid. 127. Tab. 36. f. 2. Radiolus glandularius, seu Lapis Judaicus Boetii, Luid. Lithop. Brit. 49. N. 998.

Hic Lapis mihi esse videtur spina Echinidis Ovarii petrefacta, sed speciei multo majoris eâ quam hîc exhibeo. De lapide prius tractavi, p. 44. ubi inveniat Lector.

CLASSIS SECUNDA,

DE

Animalibus Sanguineis.

SECTIO PRIMA.

De Piscibus.

Sanguinem voco liquorem illum rubicundum, vitæ sedem fontemque, caloris nativi pabulum & vehiculum, qui circulari motu jugi & indefinente per arterias & venas fluit, R. Synop. Animal. p. 50.

Non sum nescius (inquit doctissimus Raius) Piscis nomen à nonnullis quàm latissimè extendi ad Aquatilia omnia significanda, tam sanguinea, quam exanguia majora. Quin & vulgus nostrum hæc omnia pro Piscibus habet: verum nobis definientibus, Piscis Animal est aquatile, sanguineum, pedibus carens, vel squamis vel cute nuda contextum, pinnis natans, in aquis perpetuo degens, nec sponte unquam in siccum exiens. Vid. Willoughb. Ichthyograph. 1.

Pisces sunt vel

Branchiis respirantes corde unico ventriculo prædito, iique vel

Ovipari (i.e. ova non intus foventes, sed in aquas ejicientes, ubi calore solis foveantur, & excluduntur) dorso erecto natantes, vel corpore

Longo & lubrico, squamis quoque carente, pinnis

Ad branchias obtinentes, ventralibus destituti: *Anguilla*.

Utroque pari donati, i.e. branchiali & ventrali

Duabus in dorso pinnis: *Mustela fluviatilis*.

Unica in dorso pinna: *Lupus Marinus*.

Contractiore, vel saltem non admodum lubrico, pinnis

Non aculeatis, quibus

Unica in dorso pinna,

Marini, quorum pinna dorsalis aut

Gravitatis centro apponitur; linea in ima ventris carina è squamis composita.

Serrata: *Halec*.

Non ferrata: *Encrasicolus*.

Non longe è cauda sita

Squamosus, corpore pentagono: *Sturio*.

Non squamosus: *Ichthyocola*.

Fluviatiles & lacustres

(Dentati: *Lucius*

(Edentuli, squamis

Maximis: *Carpio* sive *Cyprinus*.

Mediæ magnitudinis: *Barbus*.

Minimis, tenuibus, viscido connexis: *Tinca*.

Duæ in dorso pinnæ eriguntur

Edentuli: *Aschia*, sive *Tbymallus*.

Dentati: *Trutta*.

Aculeatis, duabus in dorso pinnis, anteriore autem spinis radiata,

Marina: *Mugil*.

Fluviatilis: *Perca*.

Vivipari, i.e. qui ova intus concipiunt majuscula, avium modo, eaque in utero foveant, cartilaginei

Longi: *Galeus*.

Plani: *Raia*, &c.

^a
 (Pulmone respirantes, corde duobus ventri-
 culis prædito, iisque vel
 Dentati { fistulosi: *Cetus*.
 non fistulosi: *Monoceros*.
 Edentuli: *Balæna*.

“ Nos ne à communi hominum opinione
 “ (inquit doctissimus *Raius*) nimis recedamus;
 “ & ut affectatæ novitatis notam evitemus, ce-
 “ taceum Aquatilium genus, quamvis cum
 “ Quadrupedibus Viviparis in omnibus ferè,
 “ præterquam in pilis & pedibus, & elemen-
 “ to, in quo degunt, convenire videantur,
 “ Piscibus enumerabimus, „ *Synop. Animal.*
 p. 55.

II. De Serpente Marino.

A. *Serpens marinus*, *Offic. Aldrov. de Pisc.*
 346. *Gesn. de Aquat.* 864. *Rondel. de*
Pisc. 409. *Bellon. de Aquat.* 157. *Salv. de Aquat.* 58.
Jonsf. de Pisc. 9. *Charlt. de Pisc.* 6. *Raii Ichth.* 107.
Eusd. Synop. Pisc. 36. *Serpens marinus quin-*
decim pedes longus, Jonsf. Iter. Cant. 4to,
 1632. p. 17. A. *The Sea-Serpent.* Gal. *Ser-*
pent de mer. G. *Eine See-Schlange.* B.
Een Zee-slang. In mari Mediterraneo reperitur.
Ufu. Caro. *Vires.* Cum radice Liliæ urinæ
 incontinentiam juvat. *Plin.*

III. De Anguilla.

De Piscibus Anguilliformibus, seu lævibus, lubricis.

Pisces Anguilliformes vocamus, qui corpore sunt
lubrico, & squamis carente, Raii Ichthy.
 pag. 103.

I. De Lampetra.

Lampetra, figura oris rotunda seu ovali, fora-
mine in summo rostro, pinnarumque tum ven-
traliū, tum branchialium carentia ab aliis omni-
bus sui generis, hoc est, longis & lubricis piscibus,
facile distinguitur, R. Ichthy. p. 104.

A. *Lampetra*, *Offic. Rondel. de Pisc.* i 398.
Jonsf. de Pisc. 79. *Schonef. Ichth.* 40. *Charlt.*
de Pisc. 34. *Mer. Pin.* 188. *Lampetra Ron-*
deletii, Raii Ichth. 105. *Ejusd. Synop. Pisc.* 35.
Lampetra major, Aldrov. de Pisc. 539. *Salv.*
de Aquat. 63. *Mustela sive Lampetra, Bellon.*
de Aquat. 75. *Gesn. de Aquat.* 590. A. *The*
Lamprey, or Lamprey-Eel. Gal. *Lamproye.* G.
Eine Lamprete. B. *Lamprey.* In fluminibus
 majoribus, quæ à mari subeunt, frequens repe-
 ritur. *Ufu.* Caro. *Vires.* Caro venerem sti-
 mulat, multum nutrit.

A. *Anguilla*, *Offic. Schrod.* 325. *Mer. Pin.*
 188. *Aldrov. de Pisc.* 544. *Gesn. de*
Aquat. 40. *Charlt. de Pisc.* 34. *Salv. de Aquat.*
 75. *Rondel. de Pisc.* ii. 198. *Schonef. Ichth.* 14.
Bellon. de Aquat. 295. *Raii Ichth.* 109. *Ejusd.*
Synop. Pisc. 37. *Jonsf. de Pisc.* 81. A. *The Eel.*
 Gal. *Anguille.* G. *Hal.* B. *Een Ael.* In la-
 cubus, fluviis, stagnis, &c. vivit. *Ufu.* Pin-
 guedo. *Vires.* Vulneraria est, capillos gene-
 rat, in alopecia illita: auditum restituit auri
 instillata; hæmorrhoides mitigat, *Schrod.*

IV. De Remora.

A. *Remora*, *Offic. Aldrov. de Pisc.* 335.
Bellon. de Aquat. 440. *Charlt. de Pisc.*
 6. *Jonsf. de Pisc.* 7. *Raii Synop. Pisc.* 71. I-
 peruquiba & Piraquiba Brasiliensibus, *Marcg.*
 180. *Raii Ichth.* 119. *Echenei seu Remora,*
Imperat. 684. A. *The Sucking-Fish.* Gal. *Re-*
more. G. *Saugend Fisch / Schiff-halter.*
 B. *Remora, een soort van Zee-visje, de kragt bebbende*
(zo men zegt) om een schip onder volle zeilen stil te
bouden. In alto mari reperitur. Vires. Ve-
 nerem inhibet, abortus prohibet, foetum-
 que ad maturitatem continere creditur, *Al-*
drov.

V. De Mustela.

A. **M**ustela, Offic. Schrod. 330. Mer. Pin. 190. Bellon. de Aquat. 130. Mustela fluviatilis, Aldrov. de Pisc. 577. Gesn. de Aquat. 601. Charlt. de Pisc. 40. Raii Synop. Pisc. 61. Mustela fluviatilis, nostratibus Eelpout nomine à Belgis mutuato, & Burbot Gallico vocabulo dicta, Ejusd. Ichth. p. 125. Mustela altera, Schonef. Ichth. 49. A. The Eelpout or Burbot. Gal. Barbote, Lote, Motelle. G. Altraupe / Quappe. B. Aalpunt. In fluviis. Ufu. Hepar, ventriculus, & spina. Vires. Hepar in vitro suspensum, calorique expositum, in liquorem liquefit flavum admodum utilem oculorum hebetudini ac nubeculis. Ventriculus commendatur summè ad affectus uterinos, præcipue autem fertur secundinas pellere, colicisque dolores abigere, potus. Spina pulverisata morbum caducum expugnare fertur, Schrod.

VI. De Siluro.

A. **S**ilurus, Offic. Schw. Theriot. Sil. 444. Schonef. Ichth. 69. Rondelet. de Pisc. ii. 180. Silurus Rondeletii, Raii Ichth. 128. Ejusd. Synop. Pisc. 70. Gesn. de Aquat. 867. Glanis, Aldrov. de Pisc. 567. Salv. 210. Charlt. de Pisc. 40. Fons. de Pisc. 101. A. The Shoar-fish. Gal. Glanis, (Grand poisson de riviere). G. Wells / Scheid. B. Glanis, (een soort van een Viscb, die het aas afbyt, zonder de boek in te zwelgen.) In Danubio flumine, &c. reperitur. Ufu. Caro. Vires. Recens in cibo nutrit, & facilem præbet alvum, sale verò conditus, minimum suppeditat alimentum: arteriam expurgat, & vocem expedit. Illita saliti caro aculeos & infixâ corpori spicula extrahit. Muria ejus incipientibus dysenteriiis prodest, si in desidentium fatus adjiciatur: fluxiones siquidem ad summa cutis elicit: ischiadicis infusa medetur, Diosc.

VII. De Lupo Marino.

A. **L**upus marinus, Schonf. Ichth. 45 Charlt. Pisc. 31. Lupus marinus Schonfeldii, Fons. Tab. xlvii. Lupus marinus nostras &

Schonfeldii, Raii Ichth. 130. Ejusd. Synop. Pisc. 40. Anarrhicas, Genf. Paralip. 4. A. The Sea-Wolf, or Woolf. Gal. Loup marin. G. See Wolff. B. Zee-Wolf. In mari capiuntur. Ufu. Dentes molares, Lapis Bufonites Officinis dicta, A. The Toad-Stone. Gal. Crapaudine. G. Krectenstein. B. Padde-Steen. Bufonites. Lapis, Ind. Med. xxiii. Bufonites majusculus atro-rubens instar capsulæ glandis quercinæ, Act. Reg. Soc. No. 200. p. 750. Luid. Lithop. Brit. 70. Mort. North. 244. Bufonius, Mer. Pin. 210. Lapidis Bufonitis varietas prima, Boet. de Lap. 301. Batrachitæ vel Crapodinæ, Gesn. de Lap. 161. Sunt bullæ instar, altera parte cava, altera convexa, coloris ex fusco pallentis, aliquando fusci, interdum nigri, albi, viridis, versicoloris. Vires. Commendatur ad pestem, & venena, ceu remedium præstantissimum, &c. Schrod.

D. Merret in Pinace Rerum Naturalium Britannia, Lapides Bufonios dictos, & pro Gemmis habitos, nihil aliud esse quàm dentes molares hujus Piscis his verbis ostendit: "Bufonius falsò dictus, demonstravi enim coram majestate regia (in Collegio nostro, qui interesse dignatus est exquisitissimis prælectionibus ornatissimi collegæ Doctoris Georgii Ent, quem titulo Equitis Aurati merito honoravit) hunc esse dentes molares Piscis Lupi, quem vide apud Schwenckfeld. & Fons. de Piscibus, Tab. 17., Et Aurifices summa cum admiratione confessi sunt, hosce molares esse veros Lapides Bufonios ab iis divenditos, Mer. Pin.

Ex hac origine Lapides Alectorios esse existimo, de quibus in Materia Medica mentio fit. Utrum verò ex hoc, an ex alio Piscium genere orti sint, haud mihi liquet. Dicuntur (sed falsò) in Caponii vel Galli stomacho inveniri. Lapides quidem in Alitibus generis gallinacei reperiri experientia quotidiana demonstrat; sed hi isthic non generantur, verùm ab Alitibus illis deglutiuntur, ut cibum suum comminuant, & digerant, & postmodum inter excrementa ejiciuntur.

Quæ priùs scripsimus pag. 44. hujus Operis de Lapide Chelidonio, quoad originem ejus huc referri debent.

De Piscibus corpore contractiore, vel saltem non admodum lubrico, qui pinnis ventralibus carent.

VIII. De Hippocampo.

A. **H**ippocampus, *Offic. Rondel de Pisc. ii. 114. Bellon. de Aquat. 446. Charl. Exer. 63. Salv. de Aquat. 72. C. Fons. de Pisc. 77. Mouff. Insect. fol. ult. Aldrov. de Insect. 736. Raii Ichth. 157. Ejusd. Synop. Pisc. 45. A. The Sea-Horse. Gal. Cheval marin. G. See-Ross. B. Zee-paart. In Mari Mediterraneo capiuntur. Vires. Cremati cinis exceptus cum liquida pice, Axungia, seu Amaracino Unguento illitus, alopecias replet, Diosc. Remedium adversus canis rabidi morsum, *Ælian.**

IX. De Acu.

A. **A**cus *Aristot.* Acus secunda species, *Rondel. de Pisc. i. 229. Acus secunda species Rondeletii, Gesn. de Aquat. 9. Acus Aristotelis, Aldrov. de Pisc. 103. Fons. de Pisc. 36. Acus vii. Salv. 68. Acus Aristotelis, seu Acus secunda species Rondeletii, Raii Ichth. 158. Ejusd. Synop. Pisc. 46. Acus altera species, sive Acus Aristotelis, Blennus aliquibus dicta, Schonf. Ichth. 11. Typhle marina, Bellon. de Aquat. 446. Petimbuaba, Charl. Pisc. 16. A. The Tobacco-Pipe-fish. Gal. Aiguille d'Aristote. G. Horn-Fisch / Pfeffer-Fisch. B. Hoorn-Visch. In Mari Adriatico invenitur. Vires. Cinerem in potu ad stillicidium urinae commendat *Galen.**

Pisces non aculeati tribus in dorso pinnis donati.

X. De Afello.

A. 1. **A**sellus, *Offic. Fons. de Pisc. 1. A. sellus major, Charl. de Pisc. 2.*

Schonf. Ichth. 38. Afellus major vulgaris, Raii Synop. Pisc. 53. Afellus major vulgaris, Belgis Cabeliau Ejusd. Ichth. 165. Afellus, Merlucius, Cabeliau, Mer. Pin. 184. Genf de Aquat. 84. Morhua vulgaris (maxima Afellorum species) Bellon. de Pisc. 118. Morhua vel Molva altera, Aldrov. de Pisc. 289. Molva Rondel. de Pisc. i. 280. Molva vel Morhua altera minor Rondeletii, Gesn. de Aquat. 88. A. The Cod-fish, or Keeling. Gal. Sorte de Merlus. G. Frischer Cabeliau / Stock-fisch. B. Cabeljaauw. In culinis, Caro salita, & non salita: In Officinis officula è capite exempta, Pharmacopolis nostris Lapides Dentales dicta, fortè quod dentata sint: longa sunt & tenuia, colore albicante, ab uno latere convexa, & velut characteribus notata, ab altero nonnihil concava, & striata, marginibus dentatis, colore exalbido. Vires. Viribus cum officulis capitum Perca & Cyprini piscium convenit, ad quos lectorem remitto.

A. 2. Afellus marinus sive Merlangius, *Ind. Med. xv. Marlangus altera Afellorum species, Bellon. de Aquat. 124. Merlangius, Fons. de Pisc. 1. Merlanus secunda Afellorum species, Rondel. de Pisc. i. 276. Afellus minor alter, Aldrov. de Pisc. 287. An Afellus mollis minor, sive Afellus omnium minimus, Raii Ichth. 171? Ejusd. Synop. Pisc. 56.*

Quamvis lapides seu officula Dentalio in Officinis Pharmacopolarum similia in capitibus Afini Antiquorum dicti observentur, ut & Afelli mollis; & ut opinor, in reliquis hujus generis omnibus: verum tamen seu genuinum ex hoc Afello desumitur.

A. 3. Oniscus, *Offic. Afellus mollis major, seu albus, Raii Ichth. 170. Ejusd. Synop. Pisc. 55. Afellus minor & mollis, Charl. de Pisc. 3. Afellus mollis, Fons. Tab. 2. Mer. Pin. 184. Merlangus altera Afellorum species, Bellon. de Aquat. 124. Secunda Afellorum species, Rondel. de Pisc. i. 276. Secunda Afellorum species Merlangus Rondeletii, Gesn. de Aquat. 85. Afellus minor alter, Aldrov. de Pisc. 287. A. The Whitting. Gal. Merlus, Merlue. G. Whettings / kleine Kotschier. B. Wyting. In mari reperitur. Usu. Caro, jecur. Vires. Carnem omnes gentes & judicant, & sentiunt esse saluberrimam, Turn. Jecur in phthisi commendatur.*

Pisces non aculeati, quibus unica in dorso pinna, marini.

XI. De Harengiformibus.

Horum nota characteristic est linea serrata, e squamis composita in ima ventris carina, color in lateribus & ventre argenteus, splendens; squamæ grandes, & faciliè deciduæ, Raii Ichthy. pag. 218.

A. 1. Halec, Offic. Schrod. v. 329. Charl. de Pisc. 4. Harengus, Rondel. de Pisc. i. 222. Schonef. Ichth. 36. Gesn. de Aquat. 402. Fons. de Pisc. 2. Raii Ichth. 219. Ejusd. Synop. Pisc. 103. Mer. Pin. 185. Harengus Flandricus, Aldrov. de Pisc. 294. Harengus Chalcididis species, Bellon. de Aquat. 271. A. The Herring. Gal. Harang. G. Håring. B. Haaring. Piscis est marinus, Germanico Oceano, & alibi familiaris. Ufu. Vesiculæ Animæ Halecis dictæ; integrum Halec, Muria seu Garum, vel Brodium, quo Halec fuerit conditum. Vires. Integrum Halec salitum imponitur plantis pedum, ad humores à capite derivandos, æstumque febrilem domandum. Animæ exhibitæ urinam ciere dicuntur. Muria inservit clysteribus, in coxendicum dolore, & hydrope, mundificat ulcera foetida, gangrænam cohibet, strumas dissipat, ad anginas valet cum melle illitus, Schrod.

A. 2. Encrasicholus, Offic. Aldrov. de Pisc. 214. Charl. de Pisc. 24. Rondel. de Pisc. i. 211. Fons. de Pisc. 51. Raii Ichth. 225. Ejusd. Synop. Pisc. 107. Encrasicholus, quos alii Engraules, alii Lycostomos appellant Rondeletii, Gesn. de Aquat. 68. Halecula, Bellon. de Aquat. 169. A. The Anchovy. Gal. Enchois, Anchois. G. Anchovies. B. Ansjovis. Sale conditæ in doliolis asservantur. Ufu. Integer Piscis, Garum. Vires. Pisces conditæ imponantur ut Harengi plantis pedum. Garum iisdem usibus inservit, quibus muria Halecis.

XII. De Sturione.

A. **S**turio, Offic. Schrod. v. 333. Aldrov. de Pisc. 517. Bellon. de Aquat. 101. Gesn. de Aquat. 931. Fons. de Pisc. 75. Raii Ichth. 239. Ejusd. Synop. Pisc. 112. Acipenser, Rondel. de Pisc. i. 410. Charl. de Pisc. 34. Acipenser, five Sturio, Schonf. Ichth. 9. Acipenser, Sturio, Mer. Pin. 188. Sturio five Silurus, Salv. de Aquat. 113. A. The Sturgeon. Gal. Eturgeon. G. Ein Stör/ Stur. B. Een Steur. Maria eum gignunt, sed flumina maxime nobilitant. Ufu. Ossa, & caviarium, quod est massa, saponem Hamburgensem viridem colore & substantiâ referens, advehiturque magna copia ex Muscovia in Italiam & alibi cujus condiendi modum sic Gesnerus refert: Ova exemptis quibusdam nervis, qui intererant, lota ex aceto aut vino albo, in tabulam extendes, ut exsiccentur. Salita deinde in vase aliquo, aut involuta sale, manu, non tudicula, refringantur; in succum raræ texturæ, ut inde humor exeat, conjicies. Postremo vero in seriam in fundo perforatam, ut siquid humoris inest, inde exeat, in usum repones, bene premendo & operculando. Vires. Ossa commendantur in arthritide vaga, ut & in colicis doloribus discutiendis exhibita. Schrod. Caviarium nutrit, semen auget, libidinem excitat.

XIII. De Ichthyocolla.

A. **I**chthyocolla, Offic. Bellon. de Pisc. 104. Rondel. de Pisc. ii. 177. Gesn. de Aquat. 50. Raii Ichth. 244. Ejusd. Synop. Pisc. 114. Aldrov. de Pisc. 567. Huso Ichthyocolla, Schrod. v. 329. A. The Isinglass - fish. Gal. Poisson, dont on tire la Colle du Levant. G. Hausen / ein Leimichter Fisch ohne Graten. B. Zeker Vis daar men Huisblas of Vislym van trekt. In fluviis magnis. Ufu. Gluten Ichthyocolla dictum; substantia est ex albo fiavescens, in spiras coacta, saporis glutinosi, odoris nullius, ex corio, intestinis, ventriculo, pinnis & cauda hujus piscis confecta, hoc modo: Partes dictæ in frustula tenuissima sectæ macerantur in aqua calida quanta sufficit; hinc coquuntur lento igne ad consistentiam pultis, malaxanturque antequam refrigerint in massam, &

& in pelliculas deducta. *Vires.* Siccat, explet, quadantenus mollit, *Schrod.* Increffat sanguinem, & anodynum est; usurpatur etiam in exulceratione pulmonum, & faucium, in fluore albo exhibetur cum successu: sunt qui exhibent in dysenteriam. Externe conglutinat.

Ichthyocolla ex vesica Hufonis fit, ut D. *Willoughby* affirmat, at *Schroderus* ex corio ejus, &c. præparatum esse vult, *Scottus* ex pisce *Ichthyocolla* fieri statuit; hinc patet ex diversis piscibus fieri, nimirum ex Hufone, & pisce hic descripto sub *Ichthyocollæ* titulo, & fortasse etiam (inquit clarissimus & doctissimus vir D. *Joannes Raius*) aliis nonnullis.

Pisces non aculeati, quibus unica in dorso pinna, fluviatiles, dentati.

XIV. De Lucio.

Fluviatiliū nomine aquarum dulcium incolas intelligimus, tam lacustres, quam fluviatiles, *Raii Ichthy.* p. 245.

A. **B** Ufo, *Offic. Schrod. v. 272.* *Mer. Pin. 169.* *Rondel. de Aquat. ii. 221.* *Aldrov. de Quad. Ovip. 609.* *Fons. de Quad. 131.* *Charlt. Exer. 27.* Bufo sive Rubeta, *Raii Synop. A. 252.* *Ind. Med. xxiii.* Bufo terrestris major, *Schw. Rept. 159.* Rana rubeta, tum palustris, tum terrestris, *Gesn. de Quad. Ovip. 64.* A. The Toad. Gal. Crapaud. G. Kröte / Taasche. B. Een Padde. *Ufu.* Bufones siccantur in aëre. *Vires.* Internè pulvere ejus hydropicorum aquas per urinam educi; desperatus quidam expertus est Hydropicus, qui præter spem attentatæ necis sanitatem illo acquisivit. Extrinsecus imponitur Bufo, parte qua venter est, anthracibus (in aceto parum maceratus) ad eliciendum scilicet venenum; ingreditur itidem amuleta aëri contagioso arcendo dicata, Hæmorrhagiam narium certo experimento sistit. Idem & cinis sive pulvis præstare perhibetur, loco affecto inspersus, &c.

XIV. De Rana.

A: 1. **R**ana viridis, *Offic. Aldrov. de Quad. Ovip. 622.* Rana nostra viridis, *Ind. Med. xcvi.* Rana aquatica viridis, *Schw. Rept. 158.* Ranunculus viridis, *Schrod. v. 305.* *Fons. Quad. 133.* Ranunculus Viridis sive Dryopetes, *Gesn. de Quad. Ovip. 60.* Agredula, *Isidor. A. The Tree-Frog. Gal. Grenouille verte, Rayne. G. Laub. Frosch. B. Een groene Kikvorsch. Usu. Rana & Sanguis. Vires.* Animal convenit viribus cum Rana aquatica, ejusque cinis vulneribus inspersus mirifice sanguinem cohibere dicitur. Sanguis peculiariter pro Philtro commendatur, *Schrod.*

A. 2. Rana, *Offic. Mer. Pin. 169. Bellon. de Aquat. 54. Schonef. Icht. 59. Rondel. de Aquat. ii. 218. Charlt. Exer. 27. Aldrov. de Quad. Ovip. 89.* Rana aquatica, *Schrod. v. 331. Fons. de Quad. 130. Schw. Rept. 155. Raii Synop. A. 247.* Rana aquatica & innoxia, *Gesn. de Quad. Ovip. 46. A. The Common Frog. Gal. Grenouille commune. G. Wasser. Frosch. B. Water-Kikvorsch.* Præfertur ex aquaticis, quæ in fluviis puris ac fontibus reperitur. *Usu.* Ipsæ Ranæ, Sperma. *Vires.* Ranæ ipsæ contra omnium serpentium venena *Dioscoridi* pro Antidoto sunt. Valent & adversus inveteratos tendinum rigores. Viva Anthraci pestilenti imposita, donec moriatur, venenum elicit. Sperma refrigerat, constipat, incrassat, dolores mitigat, manuum scabiem curat, paronychias & herpes interficit, erysipelati & ambustis, aliisque inflammationibus succurrit, faciei ruborem curat, &c. *Schrod.*

SECTIO QUARTA.

De Quadrupedibus.

Quadrupedum notæ sunt, Cor duobus ventriculis instructum, pulmo solutus, cutis pilosa, terrestria vel saltem amphibia esse, & gressilia, denique vivipara, quod Cetaceo etiam Piscium generi commune est.

Quadrupedia ab Aristotele, quem omnes ferè *Historiæ Naturalis Scriptores* secuti sunt, dividuntur, in 1. Solidipeda aut Solidungula. 2. Bifulca. 3. Fissipeda seu digitata.

Ad hæc etiam referimus Manati, quod Animal est viviparum, pilosum, pulmone respirans, cum duplici etiam in corde ventriculo, sed binis tantum pedibus instructum.

Quadrupeda sunt vel

Ungulata; eaque vel

Solidipeda, auriculis

(Minoribus, juba longiore: *Equus.*

(Majoribus, juba non adeo promissa,

(Manfuetum: *Asinus.*

(Ferum: *Onager.*

Bifulca seu ungulâ bifidâ, quæ vel

Ruminantia, cornibus

Perpetuis

{ Aequalibus & minime rugosis, papillis quatuor sibi mutuo proximis sub imo ventre, corpore

{ Majore, cute durissima, cornibus etiam magnis, crassiss, intortis, & nigris: *Bubalus.*

{ Minore, cornibus albis, apicibus nigris: *Bos.*

Rugosis

{ Recurvis & in spiras convolutis, lanigeræ: *Ovis.*

{ Rectioribus, non lanigeræ, suntque vel

{ Barbata, odore gravi & ingrato: *Hircus.*

{ Imberbia, cornibus

{ Longis, rectis, prope caput annulatis: *Gazella Indica.*

{ Brevioribus, extremo aduncis seu hamatis: *Rupicapra.*

Deciduis, iisque vel

Teretiformibus

{ Maximis, ramosissimis, ramis in acutos mucrones desinentibus: *Cervus.*

{ Minoribus & brevibus, ramulis obtusis: *Capreolus.*

Palmatis, Animali ipso

{ Maximo & altissimo: *Alce.*

{ Minore: *Animal Bezoarticum Occidentale.*

Non Ruminantia, auriculis externis

a b

Tro.

- a b
- { Troglodytes, in hoc genere maximum: *Mus Alpinus*.
 - { Foramina pedibus non excavans, Majus: *Rattus domesticus*.
 - { Minus: *Mus domesticus*.
 - { Amphibia, cauda nuda, lata: *Castor*.
 - { Quaternis, carnivora, rostro
 - { Brevi, capite rotundiore, cauda
 - { Longa, pelle
 - { Unicolore, seu maculis carente, in hoc genere maximum: *Leo*.
 - { Maculosa,
 - { Majus: *Pardus*.
 - { Mediae magnitudinis: *Lynx*.
 - { Minus: *Felis*, *Catus*.
 - { Brevissima, Pilis longis undique vestita: *Ursus*.
 - { Productiore, quæ vel
 - { Terrestria, folliculis odoriferis
 - { Carentia, cauda
 - { Productiore, pilis
 - { Densis & longis vestita, auriculis erectis,
 - { (Major: *Lupus*.
 - { (Minor: *Vulpes*.
 - { Brevibus & rarioribus: *Canis*.
 - { Brevi, cruribus brevibus, pilo rigido longo: *Taxus*.
 - { Prædita, cauda producta: *Animal Zibeticum*.
 - { Amphibia: *Lutra*.
 - { Pluribus aut incerto numero, rostro productiore cute, &c.

lum, Lac, Stercus, Lichen; Testes, Pinguedo, Ungulæ, Pili, Saliva, Dens, Lapis Hippolithus dictus in ventriculo aut intestinis reperiuntur, uti Lapidi Bezoar Occidentali, figura & laminea structura non absimilis est. *Vires*. Sanguis admiscetur septicis ac causticis. Coagulum (*Hippacen* vocant) privatim coeliacis, Dysenteriacisque convenit, Lac utile censetur Epilepticis, Phthificis, Tussientibus, Asthmaticis. Stercus extrinsecus sanguinis eruptiones cohibet, foetum mortuum, ac secundinas expellit. Internè propinatur in dolore colico, ac strangulatu uteri, in pleuritide, & similiter in foetu mortuo, & secundinis expellendis. N. Præstat ex Equo non castrato. *Lichenes* laudantur peculiariter in uterinas suffocationes, ut & ad morbum comitalem & calculum. *Testes*, ad secundinas pellendas remedium præsentissimum; commendatur quoque in doloribus colicis. *Pinguedo* illinitur commodè articulis luxatis. *Ungula* partus mortuos exturbat, pediculos fugat. *Pili* sanguinis fluxum reprimunt. *Saliva* spuma oris triduo pota tussim sanat, fervorem faucium contundit. *Dentes* primum nascentes dentitionem facilitare dicuntur. Lapis (Hippolithus dictus) cum Lapidi Bezoar Occidentali viribus eundem æmulari statuitur, Schrod.

II. De Asino.

A Nimal est Equo minus, ignavius, tardius, stupidius, auriculis longioribus, juba non adeo promissa, cauda longiore, in extremo tantum setosa: frigoris minus patiens, R. Synop. Animal.

A. Asinus, Offic. Schrod. v. 269. Mer. Pin. 166. Schw. Quad. 61. Raii Synop. A. 63. Aldrov. de Quad. 295. Fons. de Quad. 12. Charlt. Exer. 4. Gesn. de Quad. 1. A. The As. Gal. Ane. G. Escl. B. Escl. Usu. Ungula, Sanguis, Lac, Urina, Stercus. Vires. Ungula in Morbo comitali ungulæ Alcis vicaria censetur. Extrinsecus commendatur cinis ad discutiendas strumas; & sanandos per-niones, ad rimas cutis consolidandas, apostemata discutienda, pterygium oculorum tollendum, ad foetum mortuum eliminandum, ad Epilepticas & Hystericas excitandas. Sanguis sudorem ciet; Pulli asini sanguis Icterus curat. Lac nutrit, abstergit fortiter; hinc utile in Phthisi, in morbis ventriculi, renum abscessu, vesicæ lithiasi, arthriticis doloribus, laxat

De Quadrupedibus Ungulatis.

Quadrupeda Solidungula.

I. De Equo.

A B Asino differt magnitudine, qua eum excellit, auriculis minoribus, juba longiore, caudâ undique setis prælongis obsita, Raii Synop. A. 62.

A. Equus, Offic. Schrod. v. 285. Aldrov. de Quad. 12. Mer. Pin. 166. Gesn. de Quad. 403. Fons. de Quad. 1. Schw. Quad. 89. Raii Synop. A. 62. A. The Horse. Gal. Cheval. G. Pferd. B. Paard. Usu. Sanguis, Coagu-

laxat nimirum alvum, abstergit vias urinarias; ciet menses. Extrinsecus adhibitum, stabilit gingivas, compescit dolores podagricos, faciei que gratum conciliat pallorem. *Urina* medetur peculiariter morbis renum (inquit *Dioscorides*) tum & scabiei, verrucis & callis, membrorum atrophie & paralyti, podagricisque doloribus, &c. *Stercus* sanguinem sistit, *Schrod.*

III. De Mulo.

A. **M**ulus, *Offic. Schrod. v. 302. Aldrov. de Quad. 358. Gesn. de Quad. 702. Charlt. Exer. 4. Mer. Pin. 166. Fons. de Quad. 15. Schw. Quad. 62. Raii Synop. A. 64. A. The Mule. Gal. Mulet. G. Maul-Esel. B. Muil-Esel. Non est certa & constans Animalis species, sed hybrida & spuria, ab Asino Equam ineunte genita, Raii Synop. A. Ufu. Ungula, Urina, Stercus. Vires. Ungula suffitu menses nimium fluentes sistit. Cinis potus steriles reddit; illitus Alopecie subvenit. Urina cum luto suo pedum clavos curat. Stercus mensium fluxum sistit, & Dysenterie opitulatur, dolori Lienis subvenit, *Schrod.**

IV. De Onagra.

A. **O**nager, Raii Synop. A. 63. Aldrov. de Quad. 352. Fons. de Quad. 14. Charlt. Exer. 4. Onager sive Asinus sylvestris, Gesn. de Quad. 21. A. The Wild Ass. Gal. Ane sauvage. G. Wald-Esel. B. Een Wild Esel. Sunt qui ab Asino domestico non aliter differre existimant, quam ut ferum & sylvestrem a cicuri & mansueto: Alii pro diversa specie habent. In usum medicum non venit, eorum autem pelles apud mechanicos *Chagrin* vocatur.

Quadrupeda Bisulca.

V. De Bove.

A Reliquis bujus generis differt magnitudine, cornibus æqualibus & minimè rugosis, paleari sub collo dependente, papillis quatuor sibi mutuo proximis sub imo ventre, R. Synop. Animal. p. 70.

A. Bos, *Offic. Schrod. v. 269. Schw. Quad. 63. Aldrov. de Quad. Bisul. 13. Gesn. de Quad. 25. Bos domesticus, Fons. de Quad. 26. Charlt. Exer. 8. Raii Synop. A. 70. Mas Taurus. A. The Bull. Gal. Taureau. G. Etier. B. Stier. dicitur, foemina Vacca. A. The Cow. Gal. Vache. G. Kuh. B. Koe. Foetus Vitulus. A. The Calf. Gal. Veau. G. Kalb. B. Kalf. Animal est vulgo notissimum. Ufu. Cornu, Fel, Jecur, Splen, Sanguis, Medulla, Sebum, Axungia seu oleum ex pedibus, Ungulae, Urina, Stercus, Lapilli, Lac, Butyrum, Caseus, Priapus, Ossa, Vires. Cornu rari usus est: Vidi tamen scobem exhiberi contra Epilepsiam; adhibetur quoque in suffitu, ad aërem contagiosum corrigendum. Fel bubulum præstat fere omnium quadrupedum fellibus; specificè aurium medetur fuluro, ac dolori, alvum movet. (Lumbricos necat.) Jecur rari usus est; ejus loco vituli hepar, pro hepate scilicet corroborando, in decoctis adhiberi fere solet. Splen inservit potissimum decoctioni ac extractioni pro arcenda splenis duritie, mensiumque suppressione. Sunt & qui extrinsecus spleni illinunt. Sanguis, intrinsecus singularem opem fert dysenteriacis, mensium & internis hæmorrhagiis. Extrinsecus discutit & emollit tumores, faciem extergit. Medulla vitulina post cervinam locum primum bonitatis obtinet, vim habet indurata & Scirrhusa corpora emolliendi, sive musculus, sive tendinibus, sive ligamentis, sive etiam visceribus ipsis durities acciderit. Quin pessi quoque inde confiant, uterum emollientes. Bovinum proximum bonitatis locum habet: Præterque vires generales, trementia membra reficit, nervis induratis confert. Sebum, præter vires generales, usurpatur specialiter ad mortificationem intestinorum & tenesimum, ut, & ad ulcera & rimas la-*

labiorum, podagricis & Scirrhis affectibus medetur. Oleum ex pedibus usitata vulgò est in molliendis tumoribus, leniendis doloribus, luxationeque articularum. Ungulæ adhiberi solent in suffumigio ad arcendum aerem malignum. Urina, aurium dolores lenit. Stercus vaccinum refrigerat, siccaturque moderate, discutit, dolores insigniter mitigat. Vitulus Erysipelati convenit. Lapillus ex ventriculo extractus medetur Ictericæ; specificè comminuit ac consumit calculum. Lapillus Felle in pulverem redactus errhinum exhibet egregium. Lac Vaccinum crassum est, nutrit benè, Renum & Vesicæ dolori convenit, Diarrhœæ, Dysentericæ, Tenesmo erosioneque intestinorum succurrit. Butyrum, calfacit moderate, emollit, digerit, lenit, resolvit, laxat, oculorum hebetudini prodest. Caseus recens, mollis podagricorum dolores lenit, hepatis æstum mitigat. Exomphalo Infantum succurrit. Priapus Tauri dysenteriacis prodest. Ossa ad corroboranda viscera, & ad arcendam Epilepsiam à nonnullis adhibentur, Schrod.

VI. De Bubalo.

Bove domestico major est, corpore crassiore, cute durissima, cornibus magnis seu crassis, intortis, & nigris, R. Synop. Animal. p. 72.

A. Bubalus, Offic. Schrod. v. 272. Gesn. de Quad. 122. Bubalus Italici Bufalo, Raii Synop. A. 72. Buffelus, Bellon. Obs. edit. Clus. 102. Fons. de Quad. 38. Buffalus sive Bubulus vulgaris, Aldrov. de Quad. Bisul. 365. A. The Buffal. Gal. Buffle. G. Büffel. B. Een Buffel. Ufu. Cornua & Ungulæ, Sevum, Stercus, &c. Vires. Cornua & Ungulæ medentur spasmo. Sevum, Stercus, &c. eisdem cum Bovino pollet, Schrod.

Veterum Bubalum esse hoc Animal Historiæ Quadrupedum scriptores negant; sed potius Bovem illum sylvestrem Indicum Aristoteli, sine nomine descriptum, & Arachotis adscriptum, Hist. 2. cap. 1. Nobis tamen (inquit doctissimus & clarissimus Raius) verisimile videtur, Bubali nomen una cum Animali ipso in Italiam migrasse; Proinde loco suo natali, qui India est, aut Asia, Bubalum fuisse dictum, R. Synop. Animal. Bovem Africanum pro Bubalo veterum habet Bellonius, Obs. lib. 2. cap. 50.

VII. De Ove.

Ovis Animal est lanigerum, rostro quàm Bos angustior; cornibus rugosis, recurvis, & in spiras convolutis, papillis binis, Raii Synop. Animal. p. 73.

A. Ovis, Offic. Schrod. v. 303. Schw. de Quad. 57. Fons. de Quad. 38. Gesn. de Quad. 770. Aldrov. de Quad. Bisul. 370. Ovis domestica, Raii Synop. A. 73. Mas Aries dicitur, foetus Agnus. A. The Sheep. Gal. Brebis. G. Schaaff. B. Schaap. Ufu. Cerebrum, Fel, Oesypus, Lana succida, Sevum, Pulmones, Omentum, Stercus, Urina, Vesica, Caput, Pedes, Ossa incinerata, Coagulum. Vires. Cerebrum Arietis prodesse aiunt in somno immoderate arcendo, in morbis epidemicis, facilitate dentitionum. Fel solvit alvum, carcinoma exterius sanat, auribus purulentis auxilio est. Fel Agni ad morbum comitalem exhibetur. Oesypus emollit, resolvit, calefacit, dolores sedat; luxatis, contusis & similibus convenit. Lana Agnina colli tumoribus leniendis ac molliendis confert. Lana succida calfacit, emollit, lenit, viribusque cum Oesyppo convenit. Sevum datum cum vino rubro, sanguinem sistit; diarrhœam, dysenteriam & tormina ventris curat. Pulmones capiti impositi dolores & æstum mitigant, ferocesque spiritus sopiunt: Hinc usus præcipui in phrenitide, vigiliis, &c. Omentum calidum colico medetur dolori. Stercus vim habet refrigerandi, exsiccandi, aperiendi, & discutiendi: Hinc maximi usus in aurigine, &c. Extrinsecus convenit in tumore splenis, in thymis, clavis, verruca, tumoribus cutaneis, &c. maximi itidem solaminis est in ambustis. Urina sumpta aquam intercutem abigit. Vesica cremata, & exhibita iis, qui urinam invitè reddunt, succurrit, Caput & Pedes Vervæcis in aqua fluente optime decocta, atrophiciæ & contracturæ subveniunt. Ossa incinerata Agni consolidationem vulnerum, etiam eorum, quæ difficilioris sunt consolidationis, promovent. Coagulum valet ad venena, ad lac coagulatum, ad morsus venenatos, Schrod.

VIII. De Caprino Genere.

A B Ove differt, quod pilis, non lana vestitur, cornua rectiora, nec adeo contorta obtineat, R. Synop. Animal. p. 77.

A. 1. Caper, Offic. Schrod. v. 275. Mer. Pin. 166. Aldrov. de Quad. Bisul. 619. Charlt. Exer. 9. Fons. de Quad. 46. Gesn. de Quad. 265. Schw. de Quad. 98. Capra domestica, Raii Synop. A. 77. Mas Hircus dicitur, foemina Capra, foetus Hædus. A. The Goat. Gal. Chevre. G. Geiß / Ziege. B. Geit. Locis arduis gaudet. Ufu. Sanguis, Medulla, Sevum, Lac, Serum lactis, Lapilli, Stercus, Urina Vesica, Omentum, Pellis, Fel. Vires. Sanguis hircinus habetur alexipharmacus, obstruit, dysentericis convenit, sanguinem concretum resolvit, calculum atterit. Medulla hircina acrior est ac sicciore reliquis, ideoque & efficacior. Sevum hircinum validissime discutit, podagricis auxiliatur, stranguriam tollit, hæmorrhoidum dolores lenit. Lac caprinum nutrit, abstergit, febris hectica laborantibus & phthisicis, consumptisque ac emaciatis optime convenit. Serum ejus præstat reliquis feris, aperit, abstergit, incidit, laxat: hinc frequenti usu ad infusiones purgandæ melancholiciæ recipitur. Lapilli in ventriculis & felle repentini commendantur vi diaphoretica & resolutiva. Stercus calcificat, siccat, abstergit, digerit, aperit, acrisque est facultatis: hinc usus præcipui in duris tumoribus lienis, & aliarum partium, in parotidibus, ac bubonibus, in ulceribus desperatis consolidandis, in hydrope, in coxendicæ dolore; ustum tenuioris est substantiæ, congruitque ad omnia vitia, quæ extergi debent, ut ad alopecias, lichenas, &c. Intrinsecus convenit Splenetici; exhibetur item in ictero, menstribus retentis, & morbis similibus. Urina Hirci commendatur præ reliquis omnibus urinæ ad calculi attritionem, urinæque expulsionem; hinc convenit in hydrope, &c. Vesica urinaria exsiccata, ac pulverisata, urinæ incontinentiam peculiariter curare dicitur. Omentum calidè impositum mitigat feroces & ebullientes spiritus: hinc prodest in doloribus colicis, in mania, &c. Pellis sedat diarrhœam, sistit hæmorrhagias, & præcipue narium. Fel febrem quotidianam curat, Schrod.

A. 2. Ibex, Offic. Aldrov. de Quad. Bisul. 730. Gesn. de Quad. 303. Charlt. Exer. 10. Fons. de Quad. 53. Raii Synop. A. 77. Hircus ferus, Bellon. Obs. ed. Clus. 20. A. The Stone-Buck.

Gal. Bouc-Etain. G. Ein Steinbock / Eibisch-Geiß. B. Een Steenbok. Summarum Alpium incola est. Ufu. Sanguis, Fimus. Vires. Sanguinem in vino sumptum ad calculum commendat Gesn. Fimum in ischiadicis & arthriticis laudat Marcel. Coagulum easdem cum leporino vires habet, Seraph.

A. 3. Capra Alpina, Offic. Capra Alpina five Rubi-capra, Schrod. v. 276. Rupicapra, Bellon. Obs. ed. Clus. 57. Fons. de Quad. 52. Gesn. de Quad. 292. Charlt. Exer. 9. Raii Synop. A. 78. Dorcas five Rupicapra, Aldrov. de Quad. Bisul. 725. A. The Chamois or Gems. Gal. Rjard, Chamois. G. Gemß. B. Alpise Geit, (wilde Geit.) In Alpibus Helveticis, & Rhæticis frequens. Caprarum genus sylvestre est, magnitudine ac figura domesticis conforme, cornibus brevibus, extremo aduncis seu hamatis. Ufu. Sanguis, Sevum, Jecur, Fel, Stercus. Lapis Ægagropilus dictus, Ægagropila, Bezoar Germanicum, Mont. Exot. 5. in ventriculo repertus, varius & maximus, ad juglandis magnitudinem ascendens, ex triplici substantia quasi compositus; quarum interior germina, aut fibras radicum, aut filamenta, aut cauliculos plantarum succo concretos compacta refert. Exterior coriaceam cutem, interdum tamen lignosum corticem quandam coloris aut cinerici, aut nigri, ponderis levissimi. Vires. Sanguis recens vertiginis est medela. Sevum phthisi, exulcerationique pulmonum succurrit. Jecur alvi fluxum sistit. Fel oculorum nubeculæ nyctalopiæque auxilio est. Stercus calculum atterit, & expellit. Ægagropila, hujus vires experientia docuit inignes esse ad febres malignas, venena, pestem, & similia, unde alii Bezoar Germanicum vocant, Schrod. Laudantur potissimum in partu difficili, & in omnibus fere morbis malignis, Ammannus. Qui plura de Ægagropilis velit, consulat Georgium Velecbium.

A. 4. Antilopus, Offic. Gazella Africana, Raii Synop. A. 79. Capra strepsiceros, Aldrov. de Quad. Bisul. 740. Charlt. Exer. 10. Strepsiceros, Bellon. Obs. ed. Clus. 21. Cail de Animal. 56. Gesn. de Quad. 294. A. The Antelope. Gal. Gazelle d'Afrique dite Antilope, (Bête sauvage engendrée d'un Cerf & d'une chevre.) G. Eine Indianische Geiß / Antilope. B. Een Indiaanse Geit. Africæ incola est. Ufu. Ungula, Cornua. Vires. Antepileptica & antihysterica esse existimatur.

A. 5. Capra five Gazella Bezoardica Orientalis, Offic. Gazella, rectis, longissimis, nigris, prope caput tantum annulatis, Raii Synop. A. 79. Capri-cerva Orientalis, è qua Lapis Bezoar Orientalis,

lis, *Schrod.* v. 277. Caper sive Hircus Bezoarticus, *Aldrov. de Quad. Bisul.* 755. Capra sive Hircus Bezoarticus, vel potius Pazaharticus, *Jonsf. de Quad.* 56. Hircus Bezorticus, *Charlt. Exer.* 11. A. *The Bezoar-Goat*, *Gal. Gazelle.* G. Bezoar-Geiß. B. Een Oostindise Bezoardise Geit. à Persis *Paser* nominata. Animal est in Persia & India Orientali degens. *Usu.* Lapis in ventriculo repertus, *Bezoar Orientalis* dictus, *Offic.* Bezoard Orientalis, *Ind. Med.* xxi. Bezoar Orientale, *Mont. Exot.* 5. Lapis Bezoar Orientalis verus & pretiosus, *Kemph. Amoen. Exot.* 398. Figura scilicet variante ovali, rotunda, sessili, lævi, & splendente, intus interdum cava; substantia à laminis instar cæparum sibi invicem incumbentibus compacta; variante etiam colore, sed plerumque sunt atro-virente, pallescente, &c. odore nullo, magnitudine & pondere variant. Frequenter adulteratur, notas ergo bonitatis ab Auctoribus passim descriptas, apud *Schroderum* videsis, quo lectorem remitto. *Vires.* Corroborat, sudores ciet, alexipharma est, ideoque utilis in vertigine, epilepsia, lipothymia, palpitatione cordis, ictero, colica, dysenteria, vermificatione, calculo, mensibus obstructis, partu difficili, melancholia. Præcipue autem in peste, febribus malignis, venenis assumptis, &c. *Schrod.* Nonnulli, & inter eos nuper *Fredericus Slare*, M. D. existimant plerosque nostras Lapides *Bezoar* factitios esse, quod tantus eorum numerus quotannis in Europam importetur. Hæc opinio nobis ex eo oritur, quod unum Animal unum vel alterum tantum lapidem habere putetur; attamen *P. Camillus* asserit, in cervo quodam emaciato Lapides sexaginta inventos esse, quorum plerique fuerunt magnitudinis Nucis Avellanæ.

IX. De Cervino Genere.

Cervinum Genus cornibus quotannis deciduis, solidis, ramosis, ab aliis Ruminantibus Cornigeris abundè distinguitur, ut alias notas conquerere non sit opus, *Raii Synop.* A.

A. 1. Cervus, *Offic.* *Schrod.* v. 281. *Aldrov. de Quad. Bisul.* 769. *Gesn. de Quad.* 326. *Charlt. Ex.* 11. *Schav. de Quad.* 81. *Raii Synop.* A. 84. *Jonsf. de Quad.* 68. Mas. A. a Stag vel Hart, *Gal. Cerf.* G. Hirsch. B. Hart. fœmina A. a Hind. *Gal. Biche.* G. Hinde. B. Hinde. fœtus. A. a Calf. *Gal. Faon, Fan.* G. Rehe / Rehe. *Kalb.* B. Ree, *Rbee-kalf.* In Vivariis passim enutri-

tur. *Usu.* Cornu. Os de Corde est arteriarum in basi cordis concursus, inquit *Schroderus*, qui cum ætate, & imprimis turgescentiæ tempore, durior fit, & in Os degenerat; Priapus, Testiculi, Sanguis, Lachrymæ, Medulla, Sevum, Astragalus, & Lapis. *Vires.* Cornu crudum resistit putredini, malignitatem corrigit, sudorem ciet, balsamum humanum corroborat. Hinc usus ejus proficuus in variolis, morbillis, febribus putridis, & malignis, aliisque morbis, ubi sudore opus est. Os Cordis peculiariter cordi convenit, idque à malignitate tuetur, custodit partum, & prægnantibus mirè conducit. *Priapus* diureticus est, *Venerem* stimulat, dysentericis, colique dolore correptis auxiliatur. *Testiculi* concubitus cum voluptate excitant. *Sanguis* dysenterias & celiacorum profluvia sistit; est & efficax contra toxica; commendatur ad dolores coxendicis & lateris. *Lachrymæ* siccant, astringunt, corroborant, sudorem ciet, ideoque adversus venena, morbosque contagiosos quàm summe celebrantur, ut vel cum *Lapide Bezoar* viribus certare dicantur. Profunt quoque in difficultate partus, adeo ut earum vis nuper adhuc sit comperta in mortuo etiam fœtu expellendo. *Medulla* fere omnium laudatissima est, præstat quoque præ reliquis in ulceribus malignis, &c. *Sevum* commendatur præ aliis in tumoribus molliendis, vulneribus astringendis: perniones persanat, dolores sedat. *Astragalus* utilis est dysentericis. Lapis in ventriculo repertus cum *Lapide Bezoar* viribus suis convenire dicitur, *Schrod.* An Ossa, quæ in Officinis pro *Ossibus Cordis Cervi* venduntur, semper sunt genuina, inter Auctores magna est dissensio; nec immerito in dubium venit, quia in Bobus etiam reperiuntur, ut à quibusdam affirmatur. *Plempius* pleraque *Ossa Cordis Cervi* putat esse *Ossa Hyoidea*; figura enim iisdem fere eadem est.

A. 2. Cervus minor Americanus Bezoarticus, *Offic.* Capri cerva Occidentalis, *Schrod.* v. 278. Mazama seu Cervus, *Hern.* 324. Caguacu-ete, *Mareg.* 235. Caguacu-apara, *Ejusd.* Sive mas & fœmina, *Raii Synop.* A. 90. *Pis.* (edit. 1658.) 98. A. *The lesser American Deer.* *Gal. Espece de Chevre sauvage, dont on tire le Bezoar Occidental.* G. Bezoar Thier. B. Een West-Indise Bezoardise Dier. Animal mas à *Pisone* bene depingitur. Americæ incola est. *Usu.* Lapis in ventriculo reperta, *Bezoar Occidentalis*, *Offic.* dictus, *Lapis Bezoar Peruvianus Monardi*, *Clus. Exot.* 327. Substantia est lapidea, *Bezoar Orientali* fragilior, & laxior, foris scabra, & minus lævi, colore cinericeo, tunicata, forma rotunda, magnitudi-

ne varia, res heterogeneas in medio continens. *Vires.* Iisdem viribus celebris est cum Orientali, cujus tamen bonitati non parum cedit, &c. *Schrod.*

Nuperrimè mihi ex Carolina Australi transmissus est à Pronepote meo, *Thoma Dale*, M. D. *Lapis Bezoar*, qui in Cervi Americani supra citati ventriculo inventus est, magnitudinis ovi columbini; accrevit quatuor distinctis laminis, fusci coloris, nuclei magnæ Glandis Americanæ, & omnes nuclei istius impressiones intus habuit, quod Lapidem genuinum esse mihi plene persuasit.

A. 3. Rangifer, *Offic. Fons. de Quad.* 64. *Charlt. Exer.* 12. Cervus Rangifer, *Raii Synop.* A. 88. Tarandus, *Aldrov. de Quad. Bisul.* 859. Tarandus seu Rangifer, *Gesn. de Quad.* 840. Tarandus, *Agricol. Eliot. A. The Rain-Deer.* Gal. Rangier, *Rennes. G. Eine Reiner / Kenneschier.* B. Een Ren-Dier. In Lapponia invenitur. *Ufu.* Cornu, Ungula. *Vires.* In spasmaticis profunt, *Fons.*

A. 4. Capreolus, *Offic. Schrod. v.* 278. *Schw. de Quad.* 78. *Mer. Pin.* 166. Caprea Plinii, *Fons. de Quad.* 54. Caprea Plinii, Capreolus, *Aldrov. de Quad. Bisul.* 738. *Raii Synop.* A. 89. Caprea sive Capreolus, *Gesn. de Quad.* 296. Dorcas, Capreolus, *Charlt. Exer.* 12. A. The Roe-Buck. Gal. Chevreuil. G. Ein Rehebock. B. Een klein Reebok, (een wilt Geitje). Habetur in Scotia. *Ufu.* Coagulum, Jecur, Fel, Stercus. *Vires.* Coagulum diarrhoeæ, & dysenteriae convenit. Jecur oculorum aciem reficere creditur, sanguinis hæmorrhagiam, & præcipue narium sistit. Fel maculas faciei abstergit, oculorum albugines, & nubeculas, aliosque affectus curat, aurium tinnitus reprimat, odontalgiam mitigat. Stercus icterum solvit, *Schrod.*

A. 5. Dama, *Offic. Bellon. Obs. ed. Clus.* 57. Dama vulgaris, *Mer. Pin.* 166. *Aldrov. de Quad. Bisul.* 741. *Fons. de Quad.* 55. Dama vulgaris sive Recentiorum, *Gesn. de Quad.* 307. Cervus Platyceros, vel Platyceros simpliciter dictus Plinio; Dama vulgaris, *Raii Synop.* A. 85. Mas A. the Buck. Gal. Daim. G. Ein Dam Hirsch / Dam-Thier. B. Een Das. Fœmina A. the Doe. Gal. Chamois. G. Dam-Hinde. B. 't Wyfje van een Das. Hinnulus A. the Fawn dicta the Fallow-Deer. Gal. Fân. G. Rehe-Kalb. B. Ree-Kalf. In vivariis. *Ufu.* Cornua. *Vires.* Cum cornibus Cervi viribus convenit.

A. 6. Alce, *Offic. Schrod. v.* 267. *Schw. de Quad.* 53. *Gesn. de Quad.* 1. *Aldrov. de Quad. Bisul.* 866. *Charlt. Exer.* 12. *Fons. de*

Quad. 65. *Raii Synop.* A. 86. A. The Elk. Gal. Elan. G. Eland. B. Eland. Animal est gregarium, bisulcum, cornibus palmatis in hoc genere maximum. *Ufu.* Ungula, Nervi. *Vires.* Ungula specifica virtute celebratur adversus epilepsiam, tum provocando tum curando, idque usu tam interno, quam externo. Internè propinatur scobs. Externè includitur particula annulo, gestaturque digito, qui minimo proximus est, ut palmam respiciat: Inditur itidem pugno, applicatur pulsui, immittitur in aurem sinistram, suspenditur de collo, ut cutim attingat. Nervi circumligantur membris spasmo obnoxiiis, *Schrod.*

X. De Porco.

Porcinum genus sunt Quadrupeda bisulca, non ruminantia, pilis rigidis, rostro oblongo, in planum rotundum terminato, in quo nares, papillis plurimis multipara.

A. 1. Porcus, *Offic.* Porcus domesticus sive Sus, *Raii Synop.* A. 92. Sus, *Aldrov. de Quad. Bisul.* 937. *Gesn. de Quad.* 872. *Fons. de Quad.* 70. *Charlt. Exer.* 13. *Schw. de Quad.* 123. Mas Aper, A. the Boar. Gal. Port. G. Schwein. B. Een Zwyn, Varken. Fœmina Sus, A. the Sow. Gal. Truie. G. Sau. B. Sog. Fœtus Porcellus, A. a Pig The tame Swine or Hog. Gal. Jeune Cochon. G. Fehlin / abgeseuates Fehlin. B. Speen Varken, een Bigge. *Ufu.* Axungia, Fel, Stercus, Pulmo, Astragalus, Vesica. *Vires.* Axungia calfacit minus, ideoque in unguenta refrigerantia infertur, inveteratos dolores lumborum & articularum sedat. Fel suillum contra aurium ulcera, reliquaque omnia magno successu adhiberi, scribit *Dioscorides.* Pilorum proventum impedit. Stercus emollit, discutit: hinc prodest in prurigne, exanthematibus, clavis pedum, aliisque tuberculis duris; ictibus medetur animalium venenatorum, hæmorrhagiam narium sistit. Pulmo mirificè prodest impositus attritui à calceamentis contracto. Astragalus commendatur ad fracturas ossium, ut & ad coli capitique dolores Vesica juvat eos, qui inviti lotium reddunt, *Schrod.* Eadem præstat pubi imposita. Urinam ciere fertur, *Plin.*

A. 2. Aper, *Offic. Schrod. v.* 268. *Schw. de Quad.* 54. *Aldrov. de Quad. Bisul.* 1013. *Gesn. de Quad.* 918. *Fons. de Quad.* 74. *Charlt. Exer.* 13. *Raii Synop.* A. 96. A. The Wild Swi-

Swine, or Boar. Gal. Sanglier, Porc sauvage. G. Wild-Schwein / Eber. B. Een Wild-Varken. Usu. Adeps, Dens, Priapus, Fel, Stercus, Urina. Vires. Adeps, ut domestico cognatus est, ita & vires communes obtinet, sed fortiores. Dens specificè in pleuritide exhibetur: cynanchen curat. Priapus, & Testiculi ad veneris impotentiam ac proliferationem faciunt. Fel strumas discutit. Stercus aridum rejectiones sanguinis sistere creditur, id quod etiam præstat extrinsecus admotum. Urina comminuit specificè vesicæ calculos, eosque expellit, Schrod.

Quadrupeda Quadrifulca.

A Nimalia, quæ Quadrifulca appellamus, quatuor habent ungulas antrorsum sitas, saltem exteriores ad latus mediarum, velut in eadem peripheria circulari, non retro tantopere ab anterioribus remotas & reductas, ut in Bisulcis, nec reliquis tanto minores, Raii Synop. A. 121.

XI. De Rhinocrote.

Magnitudine Elephanti æmula, cruribus tamen brevioribus, ut minus conspicuum sit animal; imo in nare cornu, ab aliis omnibus Quadrupedibus abundè distinguitur, Raii Synop. A.

A. Rhinoceros, Offic. Schrod. v. 305. Raii Synop. A. 122. Mont. Exot. 5. Aldrov. de Quad. Bisul. 878. Charlt. Exer. 12. Gesn. de Quad. 842. Fons. de Quad. 66. Abada sive Rhinoceros, Bont. A. The Rhinoceros. Gal. Rhinoceros. G. Rhinocer. B. Neusborendier, of Rhinoceros. Usu. Cornu nigrum, fissile, cubitum longum, pyramidale, Bubali cornu forma sua repræsentans, solidum sine cavitate. Vires. Commendatur ad venena contagiosa, aliosque affectus sudore opus habentes; ideoque loco Unicornu in hujus defectu esse poterit, Schrod. Alexipharmaca, cordialia, stomachica, diaphoretica, & edulcorans esse scribit Mont.

Quamvis Auctores varia Animalium Quadrupedum Monocerotum genera describant, nostrâ tamen sententiâ, omnia præter Rhinocerotem factitia sunt; qui solus inter quadrupeda Monoceros est, & fortasse veterum ille, cujus cornu

Ælianus nigrum esse affirmat. Quin & Schroderus, alique cornu Monocerotis vires Rhinocerotis cornu attribuunt.

XII. De Hippopotamo.

Hippopotamus magnitudine sua, crurum brevitate ungulâ quadrifidâ, cum Rhinocrote convenit, Raii Synop. A.

A. Hippopotamus, Offic. Aldrov. de Quad. Digit. 181. Gesn. de Quad. Digit. 493. Charlt. Exer. 14. Fons. de Quad. 76. Raii Synop. A. 123. Mont. Exot. 5. Bellon. de Aquat. 25. A. The Sea-Horse. Gal. Hippopotame. G. Ein See-Pferd / Meer-Ross. B. Een rivier of water-Paard. Usu. Testes, Dentes. Vires. Testes exsiccati ac triti contra serpentium morsus bibuntur, Diosc. Dentes in annulos tornati, plurimum valere creduntur adversus spasimum flatulentum, Charlt.

XIII. De Animali Moschifero.

A. A Nimal Moschiferum, Offic. Raii Synop. A. 127. Moschus sive Moschi Capreolus, Schrod. v. 301. Capra Moschus, Aldrov. de Quad. Bisul. 743. Fons. de Quad. 55. Capreolus Moschi, Ejusd. Tab. xxix. Gesn. de Quad. 695. Capra Mosch, aliis Cervus odoratus, Charlt. Exer. 10. A. The Musk-Animal. Gal. Gazelle. G. Bisam-Thier. B. Muscus-Dier, Muscus-Kat. Neque è Caprino, neque è Cervino genere esse videtur. Usu. Moschus, Offic. A. Musk. Gal. Musc. G. Bisam. B. Muscus. Est substantia grumosa pinguis, & unctiosa, sanguini congrumato similis, ex ferrugineo nigricans, saporis subacris, & subamaricantis, odoris fragrantis & grati, collecta ex folliculis prope umbilicum sitis. Vires. Calfacit, siccit, attenuat, discutit, cordialis est, & alexipharmacus, hinc & cephalicus. Usus præcipui in omnibus affectionibus cordis, palpitatione, &c. spiritus nimirum vitales fovet, suscitât, recreat: Hinc in affectionibus capitis & nervorum, à frigore & crassis humoribus oriundis, tum & in dolore colico, &c. Externè detergit tenues oculorum albugines, & humiditas defluxiones exsiccat, ad venerem concitat, auditum imminutum restituit, Schrod.

Moschi ortus seu generatio controversias non leves inter Auctores excitavit, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli enim humorem purulentum & excrementitium esse volunt, concoctum, & in folliculum prope Animalis umbilicum collectum. Animal autem, inquit, æstu venereo turgens & lasciviens ventrem petris aut arboribus affricando folliculum dilacerat, & humori prædicto exitum præbet, quæ aëre & sole coagulata, in hujusmodi corpus concrevit. Alii Moschum non dilaceratione aliqua è folliculo emitti contendunt, sed per proprium meatum excretorium sponte effluere. Alii affirmant Moschum folliculos duntaxat esse ex Animalibus occisis exsectos: quorum opinionem Mercatores nostri confirmant, qui folliculo suo naturali contentum plerumque emunt. Alii sanguinem extravasatum, & in Apostemata collectum, tumoribus & abscessibus Animal tundendo excitatis, esse credunt, locis contusis, ligamento quasi in folliculos constrictis, & excisis. Alii denique omnes Animalis partes Moschum præbere opinantur. Nobis Moschus sanguis excrementitius esse videtur, varias coctiones & alterationes in proprio suo folliculo passus, & vel naturâ secretus, & humanâ industriâ collectus, vel in Animalis idonea tempestate occisi, folliculo abscesso contentus. At versipelles mercatores ex sanguine, pellibus, aliisque Animalis exuviis Moscho additis, marsupia, quæ pellis Animalis subministrat, inferciunt, ac tanquam vera & genuina venditant: Fucus tamen non latet peritiores. Si enim adustum evaporat, verum esse creditur, quod si carbonis ad instar quidpiam adustum remaneat, adulterato actu contaminatum est. Qui plura de Moscho velit, consulat *Schrockii Historiam Moschi*.

De Quadrupedibus Viviparis, Unguiculatis.

Quadrupeda vivipara, unguiculata sunt vel digitis non divisis, seu separatis, sed sibi invicem coherentibus, & communi cuti tectis, eorum tantum extremis in margine pedis extantibus, & unguibus obtusis minutis, *Raii Synop. A. 131.*

XIV. De Elephante.

A. Elephas, *Offic. Schrod. v. 285. Schw. de Quad. 87. Raii Synop. A. 131. Aldrov. de Quad. 418. Fons. de Quad. 17. Gesn. de Quad. 376. Charlt. Exer. 4. A. The Elephant. Gal. Elephant. G. Elephant. B. Een Olyfant. Usu. Dentes bini è maxilla superiore egressi, intus albi, extus fusci. Ebur, Offic. Mont. Exot. 5. Ind. Med. xlvii. A. Ivory. Gal. Yvoire. G. Elffenbein. B. Yvoor, Olyfants-tand. Vires. Ebur refrigerat, & siccatur, moderatè astringit, incidit, viscera roborat, albas mulierum fluxiones sistit, ictero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obstructionibus confert, stomachi dolores & imbecillitatem abigit, epilepsiæ medetur, melancholiam arcet, putredini ac venenis resistit, *Schrod. Præp. Ebur ustum, Offic. Spodium Arabum, Spodium ex Ebore, Ebur ustum, Mont. Exot. 5. Spodium seu Ebur ustum, Ind. Med. A. Burnt Ivory. Gal. Yvoire brûlé. G. Gebrannt Elffenbein. B. Verbrandt Yvoor. Vires. Astringit Ebur fossile, Dens Elephantis petrefactus, Unicornu fossile, Mont. Exot. Ebur fossile, Ind. Med. xlvii. Unicornu seu Ebur fossile, Ejusd. cxxv. Ex eo calcinato fit Turquesia factitia, ibid. Vires. Astringit, alexipharmacum, cordiale, stomachicum, diaphoreticum, & edulcorans est, Mont. Exot. Turchois, Offic. Worm. Mus. 106. Charlt. Foss. 39. Boet. 265. De Laet. de Lap. 87. Turchesia, Aldrov. Mus. Metall. 902. A. The Turquois. Gal. Turquoise. G. Turchois. B. Turchois. Fossile, aliis gemma est opaca, ex viridi, albo, & cæruleo quasi composita, viride æris referens: quidam Jaspidis speciem esse putant. Vires. Ad casum mirabiles ejus vires plurimi experti sunt. Imprimis memorandum exemplum, quod *Boetius* de seipso refert, p. 266. Ichthiodontis species esse vult *Scylla*. *D. Woodwardus* opinatur corpora ista, quæ *Gemmarii Lapides A. Turquoise* vocitant, haud alia esse quàm ossium fragmenta, cæruleo colore imbuta ex Cupri venis, in quibus inveniuntur. Hæc *Gemmarii* poliunt, & annulis inserunt, *Woodw. Attempt. T. ii. P. ii. p. 18. n. 154. Brown's Trav. 61. Turcois d'Auvern.***

*Quadrupeda Unguiculata pedibus
bifidis.*

XV. De Camelo.

A. **C**amelus, Offic. Aldrov. de Quad. Biful. 880. Fons. de Quad. 67. Camelus caprinus, Charlt. Exer. 13. Camelus Dromos, Gesn. de Quad. 59. Camelus unico in dorso gibbo, Raii Synop. A. 143. A. The Camel. or Dromedary. Gal. Chameau. G. Ein Cameel oder Dromedarius. B. Een Kemel, Kameel. In Asia & Africa invenitur. Usu. Sanguis, Fel, Fimus, Urina. Vires. Sanguis dysenteriam juvat, conceptioni auxiliatur, epilepsiam curat. Fel opthalmicum est. Fimus in apoplexia commendatur. Urina ad dentes dealbandos & purgandos vim habere creditur, Plin.

Plurimum inter se dissentiunt Auctores de Camelo & Dromedario. Parisiani, celeberrimisque Joann. Raius, alique, Dromedarium vocant Animal, quod in tergo unum tantum angulum seu gibbum habet, Camelum vero duos. Mihi autem narravit vir ingeniosus, qui & Asiam & Africam nuperrimè invisit, cui concordat Fons. Camelum esse Animal, quod unum gibbum in tergo habet, Dromedarium vero duos; hocque rarissimum esse Animal, quo Magnates foli celeritatis causa utuntur, quum Camelus in itineribus perficiendis maxime in usu sit.

& Hippopotamus falsò dictus, Raii Synop. A. 191. Ros marus, Fons. de Pisc. Tab. xlv. Valeus alius Mors, Charlt. de Pisc. 49. Mors seu Morfz, vel Rosmarus, Gesn. de Aquat. 211. A. The Sea-borse. Gal. Cheval marin. G. Wall-Ross. B. Zee-Paart. Usu. Priapus osseus est, & rotundus, cubitum & amplius longus, crassius, ponderosus, & solidus, in fine prope glandem longè crassior & rotundior. Dentes, Dens Ceti marini Mors dicti, Aldrov. de Pisc. 687. magni, longi, ac crassi, ponderosi, concavi, colore albo. Vires. Priapus, hujus pulvis ad pellendum calculum in usu est. Dentes, usus & pretium Ebori comparatur, ex quibus varia conficiunt, ut annulos ad spasum, &c.

XVII. De Manati.

A. Nimal est amphibium, magnum, bipes, auriculis externis carens, phytivorum.

Manati, Offic. Schrod. v. 327. Hern. 323. Charlt. de Pisc. 49. Manati Indorum, Aldrov. de Pisc. 728. Fons. de Pisc. 156. Rondel. de Pisc. i. 490. Manati Phocæ genus, Clus. Exot. 132. Manati seu Vacca marina, Raii Synop. A. 193. Sloan. Jam. ii. 329. A. The Sea-Cow. Gal. Vache-marine, Lamentin. G. See - Kuh. B. Zee-Koe. Usu. Os crustaceum, album, Ebori simile, ex capite exemptum, idque varia forma. Vires. Summè commendatur ad calculos renum & vesicæ comminuendos, dolores nephriticos ac colicos sedandos. Schrod.

XVIII. De Phoca.

A. **P**hoca, Offic. Charlt. de Pisc. 48. Phoca seu Vitulus marinus, Raii Synop. A. 189. Schonef. Ichth. 56. Aldrov. de Pisc. 722. Fons. de Pisc. 156. Gesn. de Aquat. 702. Vitulus marinus, Bellon. de Aquat. 19. Rondell. de Pisc. i. 453. Mer. Pin. 167. A. The Soile, or Sea-Calf. Gal. Veau marin. G. Ein Meer-Kalbl. Meer-Schwein. B. Zee-Kalf. Usu. Caro, Adeps. Vires. Caro in epilepsia & suffocatione Uteri commendat Avicen. Adeps ad morbos mulierum laudat Hippocrat.

Quadrupeda Vivipara, Amphibia, auriculis externis carentia.

XVI. De Equo Marino.

A. Nimal est amphibium, magnum, auriculis externis carens, duobus dentibus magnis & recurvis præditum.

A. Equus marinus, Offic. Equus marinus.

Quadrupeda Unguiculata pedibus multifidis.

Anthropomorpha.

XIX. De Simia.

A. *Simia*, Raii Synop. A. 148. Aldrov. de Quad. Digit. 225. Fons. de Quad. 96. Schw. de Quad. 121. Charlt. Exer. 16. Gesn. de Quad. Digit. 147. A. *The Ape*. Gal. Singe. G. Ein Affe. B. *Een Aap*. In ventriculo interdum invenitur Lapis seu Bezoar Simiæ, Ind. Med. lxx. Usu. Cor, Caro. Vires. Cor assum, & cum melicrato coctum memoriam acuit. Caro frigida & sicca est, austera, & humoris pessimi, cibo inutilis, Schw.

Quadrupeda vivipara pede multifido, herbivora, binis prælongis dentibus anterioribus in utraque maxilla.

Leporinum Genus.

XX. De Lepore.

A. *Lepus*, Offic. Schrod. v. 299. Schw. Quad. 103. Mer. Pin. 168. Raii Synop. A. 204. Aldrov. de Quad. Digit. 247. Fons. de Quad. 109. Gesn. de Quad. Digit. 605. Charlt. Exer. 23. A. *The Hare*. Gal. Lièvre. G. Hase. B. *Een Haas*. Usu. Cinis, Caput, Oculi, Sanguis, Pulmo, Cerebrum, Cor, Jecur, Fel, Renes, Testiculi, Uterus, Coagulum, Astragalus, Adeps, Stercus, Pili. Vires. Cinis fit ex Lepore integro combusto, vel ex pelle tota ad nigredinem cinereumve colorem incinerata. Præstantissimum medica-

mentum est in calculo. Alopecii item & perionibus extrinsecus medetur. Caput alopeciæ subvenit, dentes dealbat. Oculi valent ad partum difficilem, secundinas & molam propellendum. Sanguis cutis vitia in facie, uti lentigines, vitiliginemque sanat; dysenterias, & celiacorum profluvia sistit, calculum comminuit. Pulmo suspiriosas juvat; epilepsiam curare dicitur; perniones sanat. Cerebrum gingivis infantum astrictum, dentitionem faciliat; tremores artuum emendat. Cor dicitur itidem epilepsiam curare, dolores uterinos arcere, quartanæ peculiariter mederi. Jecur fluxum sedat alvi, jecinorosisque opem fert. Fel ophthalmicum & odontalgicum insigne exhibet. Renes, & Testiculi calculosis propinquantur, conceptum juvant, mictionem involuntariam corrigunt, vesicæ morbis subveniunt. Uterus itidem conceptionem promovet. Coagulum sanguinem concretum discutit, conceptionem promovet, epilepsiam arcet, &c. Astragalus commendatur ad arenulas, colicam, epilepsiam, partusque enixionem. Adeps extrinsecus applicata, maximè si vetusta sit, tanta pollet attrahendi vi, ut vel spiculæ cuti infixæ eliciat; insuper abscissus rumpit, dolori dentium medetur. Stercus calculosis prodesse dicitur, dysentericæ convenit, ambustis medetur. Pili linimentis sanguinem sistentibus miscentur, Schrod.

XXI. De Cuniculo.

Quoad figuram corporis externam in omnibus fere cum Lepore convenit, magnitudine excepta, quæ illi cedit; carnis tamen colore albo ab eo differre, & proprietate foramina in terra effodiendi, Raii Synop. A.

A. Cuniculus, Offic. Schrod. v. 284. Raii Synop. A. 205. Mer. Pin. 168. Aldrov. de Quad. Digit. 382. Schw. de Quad. 86. Fons. de Quad. 111. Gesn. de Quad. Digit. 362. Charlt. Exer. 23. A. *The Rabbit or Coney*. Gal. Lapin. G. Kunglup / Kaninichen. B. Conyn. Usu. Integer ustus, Axungia, Cerebrum. Vires. Cuniculus exustus medetur anginæ sive faucium inflammationibus. Axungia articulis & nervis induratis utilis est. Cerebrum venenis resistere creditur. Alioquin leporinæ correspondens, Schrod.

XXII. De Hystrice.

A. Hystrix, Offic. Charl. Exer. 19. Aldrov. de Quad. Digit. 471. Gesn. de Quad. 563. Fons. de Quad. 119. Raii Synop. A. 206. Balatnamerinic, Indis. A. The Porcupine. Gal. Porc-épi. G. Ein Stachel. Schwein. B. Een Stekel-verken, een Egel. Reperitur in Provincia Caraga magnitudinis Porcelli octimestris. Usu. Animal ipsum. Lapis Pedro del Porco dictus, in vesicula fellis inventa. Bezoar Hystricum, Lapis Hystricis, Lapis Malacensis, Lapis Porcinus, Mont. Exot. 5. Lapis seu Pila Hystricis, Ind. Med. lxx. Ægagropilus potius, quam Lapis dicendus; constat enim ex tomento, fibrillis, & materia friabili, subrufa, amaricante, & deforis quibusdam in partibus, cetaceis, & subnigris quasi unguibus co-opertus; nec laminatus, aut tunicatus, neque ponderosus, aut politus, ut Bezoar, sed levis, & asperiusculus, ut Ægagropila. Vires. Animal iisdem affectibus conducere videtur ut Erinaceus, Fons. Æstimatur ut maximum Alexipharmacum ex Obs. D. Tancred. Robinson, M. D.

XXIII. De Castore.

A. Nimal est amphibium, caudâ latâ, oculis parvis, subnigris, auriculis externis minutis, brevibus, rotundis.

A. 1. Castor, Offic. Schrod. v. 279. Aldrov. de Quad. Digit. 276. Charl. Exer. 18. Ron-del. de Aquat. ii. 236. Fons. de Quad. 102. Gesn. de Quad. Digit. 309. Castor sive Fiber, Raii Synop. A. 209. Fiber, Bellon de Aquat. 30. Fiber sive Castor, Schonef. Ichth. 34. A. The Beaver. Gal. Bièvre, Castor. G. Bieher. B. Een Bever. Utriusque Indiæ indigena est. Usu. Axungia, Glandulæ odoratæ (quæ Castoreum vocantur) oblongæ, rotundæ, crassæ, ovi magnitudine, natæ in inguinibus sub testiculis pelliculâ crassâ vestitæ, liquore oleoso & cetoso impletæ, tractu temporis seipsum exsiccante, saporis acris, amaricantis, nauseosi, odoris gravis, & fragrantis. Præferuntur, quæ ex Russia adferuntur. Pellis. Differentia inter formam & magnitudinem Glandularum odoriferarum Fibris sive Castoris Americani

& Russiaci, non solum differentia est inter hæc duo Castorum genera quoad formam Glandularum, verum etiam quoad vires, in quibus Russiacus alterum longè antecellit, ac etiam in odore; unde suspicionem mihi dederunt, quod licet externè quædam similitudo inter Animalia utriusque gentis sit, haud omnino eadem tamen sint Animalia. Aliæ quædam differentiae inter hæc observari possent, si vir peritus anatomiam utriusque exhibere vellet.

Postquam quæ supra allata sunt scripseram, figura Castoris Russiaci ex ipso Animalis in Russia depicta, mihi communicata est, valde quidem diversa ab imagine Castoris Canadensis, cujus delineatio mihi eodem tempore facta est.

D. Geoffroy in Tractatu suo pluries jam laudato, etsi Gallus fuit, Castorem Canadensem planè inutilem esse agnoscit, quanquam is solus sit Castor, cujus mentionem facit Auctor Indicis Medicamentorum in Pharmacopœia Parisiensi Anno 1732. editam. Vires. Axungia peculiariter nervoso generi ac utero convenit, adeoque morbo comitiali, membris resolutis, convulsis, apoplexiæ, &c. Castoreum calfacit, siccatur, attenuatur, aperit, flatum discutit, nervos, nervosâsque partes; adeoque caput roborat, spiritus animales torpidos excitat, venenis resistit, sternutationem ciet, anodynum est, menses promovet: hinc proficuum est in lethargo, apoplexia, epilepsia, paralyti, vertiginè, artuum tremore, defluxionibus ad articulos, strangulatu uteri, dolore colico: idque usu tum externo, tum interno, Insuper tinnitus aurium ac difficultatem audiendi corrigit, dentiumque dolori succurrit. Opii virulentiam corrigit. Pellis opem fert podagricis, & paralyticis, Schrod.

Quid sit Castoreum, ab extraneis nationibus vix sciri potest, inquit Blancardus, quia Mercatores nostri illud emunt à nationibus, quæ illud iterum ab aliis habent. Inter eruditos quoque magna est controversia; alii enim Testiculos, alii Glandulas odoríferas esse affirmant. Anatomia detexit non esse Testiculos, qui Gallorum testes vix superant; sed Glandulas duas, quæ tam in maribus, quam in fœminis utrinque in inguinibus statim sub cute, ovorum gallinaceorum magnitudine, & sæpe majores conspiciuntur, ex quibus liquor oleosus & gravi odore emanat, quem Animal lingua lambit.

A. 2. Castor Canadensis, Ind. Med. xxx.

XXIV. De Mure Alpino.

A. **M**US Alpinus, *Offic. Schrod. v. 303.* *Aldr. de Quad. Digit. 445.* *Gesn. de Quad. Digit. 743.* *Fons. de Quad. 117.* Mus Alpinus, Marmota, *Charlt. Exer. 19.* Mus Alpinus Plinii, Marmota Italis, *Raii Synop. A. 221.* *A. The Mountain-Mouse. Gal. Rat d'Alpes, Marmote. G. Murmeltshier. B. Marmeldier, Alpiſe Rot, Rat. In altissimis Alpium degit. Uſu, Adeps. Vires. Commendatur ad genus nervosum, & articulos contractos rigidos, &c. Schrod.*

XXV. De Mure.

A Uriculis erectis tenuibus, caudâ longissimâ, raris pilis obsitâ à reliquis differt.

A. 1. Mus major, *Offic. Mus domesticus major, Schw. Quad. 115.* Mus major, sive Sorex, *Mer. Pin. 167.* *Fons. de Quad. 115.* *Aldrov. de Quad. Digit. 417.* Mus major, Rattus, *Schrod. v. 303.* Mus domesticus major sive Rattus, *Raii Synop. A. 217.* Sorex domesticus, *Charlt. Exer. 25.* *A. The Rat. Gal. Rat. G. Ratze. B. Een Rot, Rat. Uſu. Stercus. Vires. Stercora murium majorum novem numero deglutita mulierculis nonnullis singulare habentur experimentum, quo mensibus obstructis succurrere moliantur, Plater.*

A. 2. Mus, *Offic. Gesn. de Quad. Digit. 714.* *Charlt. Exer. 25.* Mus domesticus, *Schrod. v. 303.* *Mer. Pin. 167.* *Fons. de Quad. 115.* Mus domesticus minor, *Aldrov. de Quad. Digit. 417.* *Schw. de Quad. 114.* Mus domesticus vulgaris seu minor, *Raii Synop. A. 218.* *A. The Mouse. Gal. Souris. G. Maus. B. Een Muis. Uſu. Mus ipse, Stercus. Vires. Mus vivus, dissectus, & impositus, extrahit aculeos, spicula, sagittas, &c. curat ictus scorpionum, extrahit venenum. Cinis mictioni involuntariæ sive nocturnæ medetur. Stercus movet alvum infantum, inservit clysteribus, alopecie succurrit, furfuresque capitis abstergit, calculos renum & vesicæ atterit; condylomata, omnisque generis verrucas, ficus, mariscas, &c. ani tollit, *Schrod.**

XXVI. De Glire

A. **G**LIS, *Offic. Gesn. de Quad. Digit. 550.* *Aldrov. de Quad. Digit. 409.* *Fons. de Quad. 114.* *Charlt. Exer. 25.* Glis Gesneri & aliorum, *Raii Synop. A. 229.* *A. The Rell, or Rell-Mouse. Gal. Loir, Loirrot, Loiron, Liron, Rat velu. G. Ratze / Zell, mauf. B. Een Veldmuis, Relmuis. Uſu. Caro, Pinguedo, Excrementa, cinis. Vires. Carnis esu Bulimo laborantes liberantur. Pinguedo ad conciliandum somnum plantis pedum injungitur. Excrementa in liquore aliquo pota calculos discutiunt: Eadem cum aceto & rore marino Alopeciam sanant. Cinis combusti ad claritatem oculorum prodest, *Plin.**

Quadrupeda vivipara, unguiculata, multifida, carnivora, capite brevior, seu,

Genus Felinum.

HOC genus Ferarum Felinum voco, ob similitudinem cum Fele Animali domestico & notissimo, *Raii Synop. A. 162.*

XXVII. De Leone

A Nimal est fortissimum generosissimum, & ferarum Princeps, capite crasso, fronte quadrata, *Raii Synop. A.*

A. Leo, Offic. Aldrov. de Quad. Digit. 2. *Gesn. de Quad. Digit. 572.* *Fons. de Quad. 78.* *Charlt. Exer. 14.* *Schw. Quad. 101.* *Raii Synop. A. 162.* *A. The Lion. Gal. Lion. G. Löwe. B. Een Leeuw. Uſu. Adeps. Vires. Ductu Dioscoridis lotus aurium dolores immixtus sistit, & membris à frigore adustis felici succed.*

cessu illinitur. Eodem quidem in Scirrhis & pernionibus utuntur, *Jonsf.*

XXVIII. De Tigredine.

A. **T**igris, *Offic.* *Aldrov. de Quad. Digit.* 101. *Gesn. de Quad. Digit.* 936. *Jonsf. de Quad.* 84. *Charlt. Exer.* 14. *Schw. Quad.* 130. *Raii Synop. A.* 165. *A. The Tiger.* *Gal. Tigre.* *G. Ein Tiegcr / Tiegcr-Thier.* *B. Een Tyger.* *Ufu.* Adeps. *Vires.* Cum Adipe canino viribus convenire creditur.

XXIX. De Pardo.

A. **P**ardus, *Offic.* *Jonsf. de Quad.* 81. *Aldrov. de Quad. Digit.* 64. *Charlt. Exer.* 14. *Pantherus, Pardalis, Pardus, Leopardus, Gesn. de Quad. Digit.* 824. *Pardalis, Raii Synop. A.* 166. *A. The Leopard.* *Gal. Leopard, Panthere.* *G. Panther-Thier.* *B. Een Luipard.* *Ufu.* Adeps. *Vires.* Inter præstantissima Cosmetica censetur, *Jonsf.*

XXX. De Lynce.

A. **L**ynx, *Offic.* *Schrod. v.* 301. *Raii Synop. A.* 166. *Aldrov. de Quad. Digit.* 90. *Jonsf. de Quad.* 82. *Charlt. Exer.* 14. *Lupus cervarius, Gesn. de Quad. Digit.* 677. *Unica, Caius de Animal.* 42. *A. The Ounce.* *Gal. Loup Cervier.* *G. Leopard / Panther-Thier.* *B. Een gespikkeld dier, van een zeer scherp, en doordringend gezigt, na 't gezeg der oude.* *Ufu.* Axungia, Unguis. *Vires.* Axungia convenit articulis resolutis, convulsis, luxatis. Unguis argento & auro includitur, gestaturque adversus morbum Comitalem & Spasmodum, loco amuleti, *Schrod.*

XXXI. De Cato seu Fele.

A. **F**elis, Catus, *Offic.* Catus domesticus & sylvestris, *Schrod. v.* 280. *Schw. Quad.* 79. *Felis, Aldrov. de Quad. Digit.* 564.

Jonsf. de Quad. 126. *Charlt. Exer.* 20. *Felis, Catus, Mer. Pin.* 169. *Felis domestica seu Catus, Raii Synop. A.* 170. *Catus seu Felis, Gesn. de Quad. Digit.* 317. *A. The Cat.* *Gal. Chat.* *G. Katze.* *B. Een Kat.* *Ufu.* Axungia, Sanguis, Caput, Stercus, Pellis, Secundina. *Vires.* Axungia Cati sylvestris calfacit, emollit, discutit, mirificè articulorum affectibus prodest. Sanguis Herpetem curat. Caput Catinigri incineratum ad oculorum vitia, unguem, nubeculam, albuginem, &c. remedium præstantissimum est. Stercus alopecias curat, & podagricos juvat. Pellis gestatur ad calfaciendum ventriculum, articuloſque contractos. Secundinam de collo suspendunt ad oculorum affectus arcendos, *Schrod.*

XXXII. De Urſo.

A. **U**rsus, *Offic.* *Schrod. v.* 312. *Raii Synop. A.* 171. *Schw. Quad.* 131. *Aldrov. de Quad. Digit.* 117. *Jonsf. de Quad.* 86. *Charlt. Exer.* 14. *Gesn. de Quad. Digit.* 941. *A. The Bear.* *Gal. Ours.* *G. Bär.* *B. Een Beer.* *Ufu.* Pinguedo, Fel. *Vires.* Pinguedo calefacit, emollit, discutit, &c. Usus præcipuè in Alopecia, medetur doloribus Arthriticis, Parotidibus, tumoribus aliis, ulceræ crurum tibiærumque sanat. Fel commendatur intrinsecus ad morbum comitalem, ad Asthma, & Icterus. Extrinsecus ad ulcera cancræ ac serpentia, ad Odontalgiam, oculorum hebetudinem, &c. *Schrod.* Pellis à cane rabido demorsis utiliter substernitur. Hyberno tempore peregrinantibus stragulo vicem supplet, *Schw.*

Quadrupeda vivipara, unguiculata, multifida, carnivora, capite longiore, seu

Genus Caninum.

HOC genus animalia non tantum rostro productiore à præcedentibus differunt, sed quod Plus est, Dentium numero & situ summe quadragin-

ginta habent, claviculis insuper carent, & officula in pene habent, quæ notæ ad distinctionem sufficiunt, Raii Synop. A. 173.

XXXIII. De Lupo.

HUJUS generis Animal maximum est & ferocissimum, Cani persimile, Raii Synop. A. A. Lupus, Offic. Schrod. v. 301. Schw. Quad. 106. Gesn. de Quad. Digit. 634. Charlt. Exer. 15. Raii Synop. A. 173. Aldrov. de Quad. Digit. 144. Fons. de Quad. 89. A. The Wolf. Gal. Loup. G. Wolff. B. Een Wolf. Ufu. Dentes, Cor, Hepar, Intestina, Axungia, Ossa, Stercus, Pellis. Vires. Dentes argento inclusi infantulis familiares sunt, quibus gingivas scilicet fricant, dentibusque erupturis patescere faciunt. Cor, Comitialibus prodesse fertur. Hepar Hepatis vitii confert, ideoque & Hydropicis ac emaciat, necnon & tussientibus. Intestina imprimis ad colicos dantur dolores, quos itidem arcere dicunt circumligata: Hoc item fertur de corio. Axungia non vilioris virtutis est quam canina: Calfacit, digerit, articularibus morbis medetur, oculorum lipitudini confert. Ossa ad morbum intercostalem, ut & ad ictus puncturasque valent. Stercus colicis confert, Pellis commendatur itidem ad dolores colicos mitigandos, Schrod.

XXXIV. De Canis.

A. **C**ANIS, Offic. Schrod. v. 274. Ind. Med. xxvi. Schw. Quad. 73. Aldrov. de Quad. Digit. 482. Fons. de Quad. 122. Mer. Pin. 168. Charlt. Exer. 26. Raii Synop. A. 175. Gesn. de Quad. Digit. 213. A. The Dog. Gal. Chien. G. Hund. B. Een Hondt. Ufu. Catulus, Caput, Axungia, Fel, Sanguis, Stercus, Album Græcum, Offic. Album Græcum vel Stercus Canis, Ind. Med. vi. Spodium Græcorum, Nihil album, Album canis, Album Græcum, Mont. Exot. 5. dictum, Urina, Dens, Pellis, Pilus. Vires. Catulus vivus ventri impositus, dolores colicos mitigat. Paralytica membra confortat. Caput sive Calvaria incinerata deficcit ulcera, curat vitia sedis, rhagades & testiculorum tumores. Intrinsecus Icterus sanat. Axungia canina reliquis calidior est, adhibeturque internè in vulneribus & exulcerationibus abstergendis, consolidandis, adeoque & in Phthisi & cruore ex casu

dissolvendo. Externè in Podagricis, auriumque dissolribus leniendis, lendibus capitis arcendis, auditu difficili reparando, scabie & pruritu corrigendo. Fel catuli nigri Epilepsiam mirè curat. Extrinsecus abstergit maculas faciei, oculorum albugini medetur. Sanguis contra Veneficarum venenum commendatur, bibique cum successu dicitur, contra morsum rabiosæ Bestiæ ac Toxicum. Stercus siccatur, abstergit, discutit, aperit apostemata rumpit, exulcerationes abstergit; hinc utile est in Dysenteria, dolore colico, & similibus. Extrinsecus medetur Anginæ, ulceribus malignis; tumores duros emollit, aquas trahit hydropicas, verrucas abigit. Urina ulcera capitis manantia, fursuresque abstergit, verrucas abigit. Dentium cinis infantium dentitionem faciliat, odontalgiam sedat. Pellis parata manuum lenit pruritum, nervosque emollit contractos. Pilus moribus canis medetur, Schrod.

XXXV. De Vulpe.

EST Animal astutissimum, naturæ caninæ quodammodo particeps, Schrod.

A. Vulpes, Offic. Schrod. v. 312. Aldrov. de Quad. Digit. 195. Raii Synop. A. 177. Schw. Quad. 133. Ind. Med. cxxv. Fons. de Quad. 92. Charlt. Exer. 15. Gesn. de Quad. Digit. 966. Mer. Pin. 167. A. The Fox. Gal. Renard. G. Fuchs. B. Een Vos. Ufu. Pinguedo, Pulmo, Jecur, Fel, Lien, Pellis, Sanguis, Animalintegrum, Stercus. Vires. Pinguedo auxilio est convulsionibus, contracturis, tremoribus, &c. aurium doloribus, vulneribusque capitis & alopeciis. Pulmo consolidat, abstergit, hinc valet ad vitia pulmonum, & angustiam pectoris. Jecur Hepati & Splenetis confert. Fel Oculorum Pterygio succurrit. Lien Lienis duritiei ac tumori medetur. Pellis pilosa membris refrigeratis, ac articulari morbo infestatis feliciter imponitur. Sanguis arefactus & tritus calculo Renum & Vesicæ medetur: Idem felicius præstare perhibetur sanguis recens. Vulpes integra vel Caro ejus combusta, ad vitia pectoris commendatur. Vulpes in aqua vel oleo cocta, nervinis affectibus, ideoque contracturis ac doloribus articularum medetur. Stercus scabritiem cutis sanat, Schrod.

XXXVI.

XXXVI. De Animalis Zibethico.

A. **A** Nimal Zibethicum, Offic. Raii Synop. A. 178. Animal Zibethi, Caius de Animal. 43. Charlt. Exer. 20. Aldrov. de Quad. Digit. 340. Fons. de Quad. 101. Catus Zibethinus, Schrod. v. 280. Catus Zibethicus, Pitfield. Mem. 98. Zibethicum Animal Americanum, Rech. in Hern. Hyæna veterum, Bellon. Obs. ed. Clus. 94. A. The Civet Cat. Gal. Civette, (animal). G. Zibeth. Kase. B. Civet-Kat. Ufu. Zibethum. A. Civet. Gal. Civette, (matiere). G. Zibeth. B. Civet. Substantia est pinguis & unctuosâ, consistentiam mellis seu butyri habens, odoris fragrantissimi & grati. Vires. Calidum, humidum est, atque anodynum. Usus crebri in dolore colico, inungitur umbilico, in dolore ventris infantum, in strangulatu uteri applicatur Vulvæ, vel cavernulæ umbilici, Schrod.

Zibethum non est semen Animalis Zibethici, nec fudor, nec testiculi aut scrotum, ut nonnulli affirmant, quia nihil olent; sed est excrementum proprium à naturâ secretum, collectum in folliculis substantiæ glandulosæ, in mare inter penem & testes, in foemina, inter uterum & anum sitis. Modum colligendi Zibethum videtis apud Fabrum Notis in Animalia Novæ Hispaniæ. Præfertur pallida in Anglia collecta, non Butyro sophisticata, rejiciatur nigrum ex India Orientali transportatum. Qui plura de Zibetho velit, consulat Hyænam Odoriferam Petri Castelli.

XXXVII. De Taxo.

A. **T** Axis, Offic. Schrod. v. 308. Schw. Quad. 130. Ind. Med. cxv. Aldrov. de Quad. Digit. 264. Fons. de Quad. 101. Taxus etiam Daxus, Charlt. Exer. 18. Taxus fuillus, Meles, Mer. Pin. 168. Taxus sive Meles, Raii Synop. A. 185. Meles, Gesn. de Quad. Digit. 686. A. The Badger. Gal. Blaireau, Taillon. G. Dachs. B. Een Das, een Wilde-Kat. Ufu. Integer incineratus, Sanguis, Adeps. Vires. Incineratus cum successe exhibetur pulmoniacis, sanguinem excreantibus. Sanguis pulverisatus lepræ convenire dicitur, destillatusque pesti subvenire. Adeps,

qui uti paulò crassior, ita & paulo calidior ac efficacior est fuillo. Renum doloribus auxiliatur à calculo subortis, febrilem æstum mitigat, contracturis & imbecillitatibus artuum succurrit, Schrod. Contractos seu rigentes nervos emollit, Schw.

XXXVIII. De Lutra.

C Astore minor est, corpore etiam graciliore & longiore, cauda pilosa, Raii Synop. A. A. Lutra, Offic. Bellon. Aquat. 31. Aldrov. de Quad. Digit. 294. Fons. de Quad. 104. Charlt. Exer. 18. Schw. Quad. 107. Gesn. de Quad. Digit. 683. Mer. Pin. 167. Raii Synop. A. 186. Schonef. Ichth. 46. A. The Otter. Gal. Loutre. G. Otter. B. Otter. In fluviis majoribus reperitur. Ufu. Adeps. Vires. Medicamentis digerentibus infarctus & exassatus ad tollenda articulorum vitia perutilis est, Holler.

Quadrupeda vivipara pede unguiculato, multifido, rostro productiore, carnivora, minora, seu

Genus Mustelinum, Vermineumve.

HOC genus ab aliis quadrupedum rapacium generibus differat, 1. Parvitate sua. 2. Corporis figura gracili, longa, capite parvo, sublongo, pedibus brevioribus. 3. Intestinorum brevitate & simplicitate. 4. Dentium numero, Raii Synop. A. 193.

XXXIX. De Mustela.

A. **1.** **M**ustela, Offic. Charlt. Exer. 20. Gesn. de Quad. Digit. 752. Mer. Pin. 167. Schw. Quad. 116. Mustela vulgaris, Aldrov. de Quad. Digit. 307. Fons. de Quad. 105. Raii Synop. A. 195. A. The Weasel. Gal. Belette commune (espece de Fouine). G. Ein We-

Wiesel / Wieselchen. B. Een Wiesel. *Ufu.* Animal ambustum exenteratur & inveteratum fale in umbra siccatum, *Ventriculus.* *Vires.* Animal ut supra præparatum ad drachmas duas cum vino potum, adversus omnia serpentium venena præsentaneo est remedio: Toxico simili modo sumpta resistit. *Ventriculus* Coriandro farctus, inveteratusque, percussis à Serpente & comitialibus potu auxiliatur. Cremata in fistili podagricis confert: Cinere ex aceto illito, Sanguine perunctæ strumæ juvantur: Comitialibus etiam prodest, *Diosc.*

A. 2. *Viverra, Offic.* *Charlt. Exer.* 20: *Viverra, Ictis, Furo, Mer. Pin.* 167. *Mustela sylvestris, Gesn. de Quad. Digit.* 762. *Aldrov. de Quad. Digit.* 327. *Fons. de Quad.* 107. *Mustela sylvestris Viverra dicta, Raii Synop. A.* 198. A. *The Ferret. Gal. Furet. G. Ein Yltie.* B. *Fret,* (zeker beesje, dat men in Konyne bolen zet, om die daar uyt te jagen). *Ufu.* Caro, *El. Vires.* Utraque in Epilepsia commendatur.

XL. De Ichneumone.

A. **I**chneumon, *Offic. Raii Synop. A.* 202. *Charlt. Exer.* 19. *Gesn. de Quad. Digit.* 568. *Fons. de Quad.* 105. *Aldrov. de Quad. Digit.* 300. *Bellon. de Aquat.* 44. *Ejusd. Obs. ed. Clus.* 96. A. *The Egyptian Rat. Gal. Rat d'Egypte, Rat d'Inde. G. Indianische oder Egyptische Rase.* B. *Een Oostindische Rat.* *Ufu.* Fimus. *Vires.* Cum seminibus, Sinapi & Aceto Podagram juvat, & Alopeciam curat.

Quadrupeda vivipara rostro productiore, dentibus pluribus, incerto numero.

XLI. De Erinaceo.

A **N**imal est terrestre, echinatum, byeme in cavernis arborum latitans.

A. *Erinaceus, Offic. Schrod. v.* 286. *Charlt. Exer.* 19. *Herinaceus, Schw. Quad.* 96. *Herinaceus & Erinaceus, Mer. Pin.* 167. *Echinus terrestris, Fons. de Quad.* 119. *Aldrov. de*

Quad. Digit. 459. *Gesn. de Quad. Digit.* 368. *Echinus live Erinaceus terrestris, Raii Synop. A.* 231. A. *The Hedge-hog, or Urbin. Gal. Herisson. G. Zaet / Hoehel.* B. *Een Egel.* In vepretis & sepibus. *Ufu.* Animal ipsum. *Jecur, Axungia, Ventriculus. Vires.* Echinus vel coctus, vel incineratus, involuntariè mingentibus auxiliatur, stomacho gratus est, alvum & urinam movet, *Forest.* Extrinsecus illitus alopeciae subvenit. *Jecur,* vel corpus exsiccatum, atque cum Oxymelite sumptum, renum vitiis auxilio est, medetur Cachexiae, Hydropi, Convulsionibus, & Elephantiae; viscerum fluxiones exsiccat, *Diosc.* Axungia felicissime Herniis medetur. *Hartm. Ventriculi tunicam internam commendat ad dolores colicos, Schrod.* Decoctum carnis Hydropicis est utilissimum, Urinam enimpellit, *Barth. Act. Med. A.* 1. p. 49.

XLII. De Talpa.

A **N**imal est subterraneum coloris nigri, pilis molissimis, rostro suillo, oculis minimis, cruribus brevissimis.

A. *Talpa, Offic. Schrod. v.* 308. *Mer. Pin.* 168. *Schw. Quad.* 128. *Aldrov. de Quad. Digit.* 451. *Charlt. Exer.* 25. *Gesn. de Quad. Digit.* 931. *Fons. de Quad.* 118. *Raii Synop. A.* 236. A. *The Mole. Gal. Taupe. G. Maulwurpff.* B. *Een Mol.* Sub terra in cuniculis vivit. *Ufu.* Talpa ipsa, Cor, Sanguis. *Vires.* Cinis confert Lepris, strumis, ac fistulis: Intrinsecus cum Cerevisia aut Vino potus curat Arthritidem vagam dictam, & Scrophulas. Cor Herniam sanat. Sanguis recens illitus capillis calvitium decorat, *Schrod.*

XLIII. De Mure Araneo.

A **M**ure domestico minore differt, quod minor est, rostro porrectiore Porci instar, oculis minoribus, auriculis brevioribus.

A. *Mus Araneus, Offic. Schrod. v.* 303. *Raii Synop. A.* 239. *Aldrov. de Quad. Digit.* 441. *Charlt. Exer.* 25. *Gesn. de Quad. Digit.* 747. *Fons. de Quad.* 116. *Schw. Quad.* 114. *Mer. Pin.* 167. A. *The Erd-sbrow, Hardy-sbrow, or Sbrow-mouse. Gal. Musaraigne. G. Spitz-Maus.* B. *Spits-Muis.* Invenitur in agris.

agris. *Vires*. Affectibus sedis peculiari experimento utilis est,ustus & illitus cum axungia anserina, *Schrod.*

XLIV. De Vespertilione.

A. **V**espertilio, *Offic.* *Aldrov. Ornith. i.* 571. *Bellon. des Oyse.* 147. *Gesn. de Avib.* 694. *Jonsf. de Avib.* 34. *Charlt. Exer.* 80. *Raii Synop. A.* 243. *Sloan. Hist. Jam. ii.* 330. *Andira, Pis.* (ed. 1658.) 290. *Andira acu, Marcg.* 213. *Andhura, De Lait. Ind. Occid.* 615. A. The Bat, or Flitter-Mouse. *Gal. Chauve-Souri, Rat Pennade. G. Eine Fleder*

oder Spect-Maus. B. Een Vleermuis. *Vesper*i apparet Æstate; Hyeme verò latet in cryptis, rupibus, &c. *Usu.* Caro, Sanguis. *Vires.* Caro præparata Scirrho & Podagræ adhibetur. Sanguis in alopecia conducit, *Galen.* Benè observat eruditissimus ille vir D. J. *Raius*, hoc Animal malè à nonnullis inter Aves accenseri, ob alas & volatum, cum nec pennatum sit, nec rostratum, nec oviparum.

Hic etiam omisi *Bestias* aliquas à D. *Salmon* memoratas in duobus Libris prædictis, Ex. gr. *Bubalum, Martem, & Putorium*, aliasque nonnullas, quibus nullus, quod sciam, *Auctor* vires aliquas adscripsit; alias suspectas aut saltem controversas, ut *Gulonem, Hyenam, & Satyram.*





PHARMACOLOGIÆ


SEU

MANUDUCTIONIS

AD

MATERIAM MEDICAM

LIBER QUARTUS.



De Anthropologia.



Anthropologia est pars Pharmacopœiæ, quæ Medicamenta ex humano corpore desumpta recenset.

Reliquis omnibus materiæ medicæ partibus absolutis, superest tantum ut de Homine agamus, totius universi compendio,

ultima ordine non dignitate hexæmeræ creationis parte, cujus gratia reliqua omnia facta

fuisse creduntur; de quo in genere agere, aut universalem tractatum edere mihi in animo non est. Sed ut in præcedentibus tribus hujus opusculi libris, seu partibus, ad ea duntaxat, quorum aliquis in medicina usus est, tractanda memet restrinxi, ita etiam hoc in loco de iis solummodo in homine agam, quæ homini ipsi medendo utilia sunt: Ea autem vel à vivo corpore desumuntur, vel à mortuo.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

*De medicamentis simplicibus in Officinis
usitatis, quæ ab humano corpore ad-
huc vivente desumuntur.*

Simplicia Officialia ex partibus humani corporis adhuc viventis desumpta sunt; Capilli, Ungues, Saliva, Aurium fordes, Sudor, Lac, Menses, Secundinæ, Urina, Stercus, Semen, Sanguis, Calculi ex vesica, calculi è vesica humana Bezoar Microcosmi, *Mont. Exot.* 5. Membrana caput foetus cingens. *Vires.* Capilli commendantur ad capillorum productionem, ad icterum, ad membra luxata, ad hæmorrhagiam vulnerum. *Ungues* cient vomitum, aquas Hydropicorum ducere dicuntur. *Saliva* jejuni commendatur ad venenatos morsus serpentis, canis rabidi, & similia. *Aurium fordes* colicâ laborantibus præsentissimum perhibentur remedium. Extrinsecus medentur ictibus Scorpionum, conglutinant vulnera, fissuras & scissuras cutis. *Sudor* usus proficui esse dicitur contra scrophulas, si cum herba radiceque verbasci mixtus folio involvatur, inque cineribus calefactus imponatur. *Lac* refrigerat, lenit, maturat, oculorum rubedini subvenit. *Sanguis menstruus*, *Zenith juvenculæ* exsiccat, commendatur intrinsecus ad calculum & Epilepsiam. Extrinsecus sopit dolores podagricos, conducere item dicitur in Peste, apostematibus, carbunculisque, Erysipelata extinguit, pustulas faciei abstergit. *Secundina* magni fit ad strumas gutturis tollendas, ad Epilepsiam & philtrea compescenda, ad molam & foetum exterminandum, necnon ad animalia enecanda, etiam ea quæ maleficio in homine extiterint. *Urina* calfacit, exsiccat, resolvit, abstergit, discutit, mundificat, putredini resistit, ideoque usus est præcipui intrinsecus in obstructione Hepatis, Lienis, Vesicæ biliaræ, Pestis præservatione, Hydrope, Ictero. Quin & mariti urina hausta (mulierculis Aqua Castoris dicta) partum difficilem facilitare dicitur. Extrinsecus siccat scabiem, resolvit tumores, mundificat vulnera etiam venenata, arceet gangrænâ, solvit alvum, abstergit furfures

capitis, compescit febriles insultus, exulceratas aures sanat, oculorum rubedini subvenit, artuum tremorem tollit, uvulæ tumorem discutit, Lienis dolores sedat. *Præp.* Sal Armoniacum, *A. Salt Armoniack.* *Gal. Sel Ammoniac.* *G. Salt Ammoniac.* *B. Ammoniac-Zout.* Sal est artificiale striatum, in placentulas coactum, colore ex albo, sapore amaricante pungente, ex Urina, fuligine & sale communi coctum. Eligatur candidum ac purum.

N.B. Vestigia Salis Armoniaci naturalis superesse videntur in Dioscoride & Plinio, aliisque à majoribus descripti, sub arenis Libycis inventi; verum in Officinis nostris hodiè ignoratur. Vide Matthiolum in Dioscoridem. *Vires.* Interne vim habet diaphoreticam, præcipuè in febribus resistit putredini. Externe adhibetur in Gangrænâ carne putrida absumenda. Quinimo Tonsores aquam suam cœruleam inde conficiunt ad albuginem oculorum tollendam. *Stercus* emollit, maturat, anodynum est. Ea propter magni usus ad mitigandos dolores incantatione introductos, ad anthraces pestilentiales maturandos, ad phlegmonem, E. g. gutturis sive Anginam curandam, ad inflammationes vulnerum arcendas. Quin & intrinsecus à nonnullis adhibetur in Angina, in Febribus ad paroxysmos profligandos, in Epilepsia. *Semen* sive *Sperma* non modo comperimus per se à nonnullis ad Veneris scilicet ligaturam maleficam dissolvendam adhiberi, sed & Mumiam magneticam inde fieri, quo amoris conciliatur fervor. *Sanguis* recens adhuc & calide potus conferre dicitur ad Epilepsiam, si scilicet potum motus excipiat vehementior, cursusque celerior ad sudoris usque prurptionem; Hæmorrhagiam quamcunque sedat. Quin & extrinsecus sanguinis eruptioni medetur, & præcipuè narium hæmorrhagiæ, *Calculus* Tartarum sive calculos in omnibus partibus solvit, & expelli facit, ideoque omnibus obstructionibus subvenit. *Membrana*, quæ caput nonnullorum foetuum cingit, maximam vim habere dicitur adversus colicum dolorem, *Schrod.*

S E C T I O S E C U N D A.

*De Medicamentis simplicibus in Officinis
usitatis, quæ ab humano corpore jam
mortuo desumuntur.*

Simplicia Officinalia ex Cadavere desumpta sunt Mumia, *Mont. Exot.* 5. Substantia est resinosa, indurata, nigra, splendens, saporis subacris, subamaricantis, odoris fragrantis, communiterque quatuor denotat. 1. *Mumiam Arabum*, quæ est liquamen, sive liquor concretus exudans in sepulchro è cadaveribus Aloe, Myrrha, Balsamoque conditis. Quæ, si vera haberi potest, præ cæteris speciebus erit æstimanda. 2. *Mumiam Ægyptiorum*, quæ est liquamen ex cadaveribus pissaspbalto con-

ditis. 3. *Pissaspbaltum* factitium, id est, mixtum Pici Bitumen, quod pro Mumia venditant. 4. *Cadaver* sub arena Solis æstu torrefactum, sed raro apud nos invenitur. Cutis, Pinguedo, Ossa, Cranium, Cor. *Vires.* Mumia resolvit sanguinem coagulatum, conferreque dicitur purgationi capitis, punctioni Lienis, tussi, inflationi corporis, mensibus obstructis, aliisque affectibus uterinis, & similibus. Extrinsecus adhibetur vulneribus consolidandis. *Cutis*, commendatur in difficili partu & affectibus hysteris, in aridura & contractura articularum. *Pinguedo* roborat, discutit, mulcet dolores, removet contracturas, cicatricum duritiem lenit, foveas post morbillos relictas explet. *Ossa* exsiccant, discutunt, astringunt, fluxus quoscunque sistunt, adeoque utilia sunt in Catarrho, fluxu mensium, Dysenteria, Lienteria; Insuper articularum dolores compescunt. *Medulla* commendatur summe ad contracturas membrorum. *Cranium* ad capitis morbos conferre compertum est, & nominatim ad Epilepsiam, unde & varias passim compositiones Antepilepticas ingreditur. Laudatur autem præcipue *Os triquetrum* temporum ceu peculiare Epilepsiæ specificum. *Cor* Epilepsiæ medetur, *Schrod.*



A D

PHARMACOLOGIAM

S E U

MANUDUCTIONEM

A D

MATERIAM MEDICAM
APPENDIX.

Pag. 34. Col. 1.



Quandoquidem malè cohærent, quæ de *Vitriolo albo* dictæ sunt, quod notæ in Manuscripto confusæ erant, Lector orandus est, ut deleat, quæ sequuntur lin. 4. a fin. post verbum *translucidum*, usque ad verbum *Vitrioli*, lin. 8. col. 2. & eorum loco ita legat:

Quæ solvunt in aqua, & coquant ad consistentiam Sacchari albi, quod grumis majusculis constabit eidem Saccharo similibus. Quod aëri expositum subflavum externè induit colorem. Ergo errare eos existimat, qui, cum *Tournefortio*, affirmant id factum esse à *Vitriolo Anglico*, in igne reverbitorio donec album colorem obtineat. *Vires*. Cum priore viribus convenit, & præ reliquis usum habet in Collyriis: præparatur quoque ex eo in aqua soluto, & crystallizato, vo-

mitus eximius, qui *Sal Vitrioli* nominatur, *Geoff. Prælect.* p. 106.

Pag. 78. col. 2. lin. 33. adde,

In Itinerario suo per *Muscoviam*, &c. Vol. i. p. 188. *Versionis Anglicanæ*, edidit descriptionem & usum, & *Tab. 73.* figuram foliorum, & radicum Plantæ cujusdam, nomine *Rbabarbari*; sed tam imperfectè, ut dubium sit, an unquam viderit verum *Rbabarbarum*; nec inde liquet, ad quam Plantarum tribum referri debeat. *Pometus* se nil certo scire de *Rbabarbaro* fatetur; & describit Plantam, quam *Rbabarbarum Americanum* vocat, eamque dicit à *D. Toisy* in hortos Gallicos importatam, & in ripa *Rhodani* prope *Lugdunum* etiam nasci: sed utrum hoc sit *Lapathum hortense latifolium*, *C. B. Pin. 115.* i. e. *A. Monks - Rhubarb.* *Gal. Rubarbe des Moines.* *G. München - Rhabarber.* *B. Monnik - Rhabarber.* vel Planta non multum ab-

M m m mi

milis, quam sub nomine *Acetosi*, ex Virginia pluribus abhinc annis misit Amicus meus *Marcus Catesby*, haud constat; sperandum autem est, Plantam, quam ex Russia missam nomine *Rhabbarbari* in horto *Physico-Chelaeiano* mihi ostendit amicissimus *Isaacus Rand*, ejusdem horti Praefectus, & quæ, ut ex semine patet, ad *Lapathorum* tribum pertinet, patefacturam, quid sit verum *Rhabbarbarum*, de quo tanta inter doctos lis fuit.

Pag. 98. col. 2. post lin. 18. pro *secunda specie Senecionis*, adde:

A. 2. Pseudo-china, China supposita, *Offic.* Senecio Madraspatanus Rapi folio, floribus maximis, cujus radix à nonnullis China dicitur, *Pet. Mus.* 680. *Hort. Elth.* 345. Tab. cclviii. Senecio Asiaticus Jacobææ folio, radice lignosa, China *Offic.* dicta, *Commel. Plant. Usu.* (ed. 1724.) 94. *Ind. Med.* xxxv. *Catal. Simpl.* 9. Senecio Sinensis folio Dentis leonis, flore aureo, radice crassa, nodosa, quæ China *Offic.* *Swalve de China Offic.* 17. Hieracio similis Indiæ Orientalis umbellatis floribus, radice crassa & carnosa, *Pluk. Mant.* 102. *Raii Hist.* iii. 140. *Parin-Chakka*, *Act. Philosoph.* Lond. N°. 274. p. 943. A. *Bastard-China*. Gal. *Quinquina batard.* G. *Utrecht China.* B. *Bastert China.* In Regno Mallabarico invenitur.

Hæc est Planta, quæ pluribus abhinc annis ad Societatem Indiæ Orientalis Londini missa fuit, nomine *Parin-chakka* Malab. à *Samuele Brown*; cujus descriptionem à Doct. *Dillenio* Latine versam, in *Horto suo Elthamensi* hic referam: *Hæc Planta hoc in loco (Madraspatam) vocatur Radix China; sed longè differt ab ea, quam Spinosa dicis (i. e. Petiver) D. Ingram à multis annis hætica laborans, eâ curatus est in Castello Novo. Bipedali est altitudine, radicem habet Chinæ similem. Si quid ulterior experientia suppeditaverit, te certiore faciam.* Hujus Plantæ specimina a Societate supradicta donata sunt Regiæ Societati Londini, quæ ea anno 1702, in *Actis suis Philosophicis*, N°. 274. p. 943. cum observationibus edidit. Post annos paucos eandem Plantam accepit clarissimus *Gasparus Commelinus*, M. D. qui descriptionem vulgavit in *Hort. Medic. Amstelod. Plant. Usual. Catal.* nomine *Senecio Asiaticus Jacobææ folio, radice lignosa, China Offic. dicta*, cum sequente nota, *Hanc mecum communicavit Anno 1712. dexterimus Chirurgus Andreas Hummel, qui illum cum ex India Orientali in Patriam adduxerat.*

Hinc Auctores *Catalogi Simplicium in Pharmacopæia Londinensi & Indices Medicamentorum in Pharmacopæia Parisiensi* non rectè, sed impropriè *Chinam Offic.* pro radice hujus Plantæ posuerunt.

Pag. 119. col. 1. post lin. 24. adde:

X. De Rhaponticoide.

Behen album, *Geoff. Tractat.* 286. Behen album *Rauwolfii*, *J. B.* iii. 37. Been album *Rauwolfii*, folio *Lapathi*, flore luteo, & radice longa flexili, *Cbab.* 448. Behmen aliud, *Park. Theat.* 1572. Jacea Syriaca spinosa folio laciniato, flore luteo, *Rauwolf. Itin. Ed. Angl.* 231. Jacea Orientalis patula, Carthami facie, flore luteo, magno, *Tourn. Cor.* 32. *Raii Hist.* iii. App. 104. Serratulæ affinis capitulo squamoso, luteo, ut & flore, *C. B. Pin.* 235. Rhaponticoides lutea foliis inferioribus dissectis, cæteris Carthami, *Vaill. Mem. Acad. Scienc.* Anno 1718. i. 229. A. *White Bean of the Antients.* Gal. *Been blanc.* G. *Weisse Behen.* B. *Witte Behen.* In Monte Libani invenit *Rauwolfius*. In Asia Minori, *Tournefortius*. Hujus Plantæ radix, referente *Rauwolfio*, est verum *Been album Arabum*, ideoque in Officinis in usu esse debet, sed quum raro in medicina usurpetur, in Britanniam non adfertur; ob quam causam in Officinis nostris haud occurrit, & tam *Anglica* quàm *Gallica Pharmacopæia*, pro succedaneo aliam substituerunt radicem, de qua supra scripsi, p. 252.

Pag. 122. col. 1. lin. 4. a fin. adde:

Hanc Plantam vi pollere purgatrice primo observavit *Cortusus*, quod cum *Clusio* communicavit, qui primum in *Pannonicis*, p. 395. postea autem in altera sua *Historia*, p. lxxxviii. id publici juris fecit utroque sub nomine *Hackal Indi*, sive *Admirabilis Peruviana*. Ex quo in *Medicina Pauperum* idem tradidit *Prevotius*. Hujus radix mihi missa fuit ex *Nova Providentia*, una ex Insulis Bahamensibus, nomine *Falapii*. In hunc errorem incolæ inducti videntur similitudine quadam inter utrasque radices, & vi illius purgante. (Quamquam verò eam in assulas secuerunt, uti *Falapium*, ex levitate tamen, & substantia radiceis spongiosa, & ex eo, quod duplex ejus quantitas ad dosim requiratur, differentia discerni possit.) Quibus causis adducti & *Plumerius*, & *Muntingius*, & *Tour-*

nefortius, Plantam hujus Classis Officinarum esse Jalapium conjecturam fecerunt. Ex illis Scriptoribus alii hunc errorem transcripserunt.

Pag. 123. col. 2. lin. 3. a fin. post n. 1331.
adde:

Quomodo factum sit, ut sequentia Synonyma, &c. hujus Plantæ omiſſa fuerint, mihi late: nisi quod forſan charta, in qua ſcripta fuerant, loco, in quo inferenda erant, haud affixa fuit. Quæ igitur ibi omiſſa ſunt, hæc addas.

Pareyra, Ambutua, Butua, overa Brutua, Ind. Med. lxxxix. Butua, overa Brutua, Planta Indiana, Zan. Hiſt. 59. Butua ſive Pareira brava Luſitanica, Geoff. Tract. 286. Pareira brava, Chom. A. Wild Vine. Gal. Pareira brava, (Nom que les Portugais ont donné à cette racine, il ſignifie en François Vigne ſauvage, ou batarde). G. Weiſer Weiſtock. B. Wilde Wynſtok. Ex India Orientali à Luſitanis advehitur. Uſu. Radix. Magnitudinis eſt diverſæ, cortice fuſco & ruſoſo, ſubſtantia interna tranſverſim ſecta, circulos & fibras habet; guſtu ſubdulcis, cum mixtura amaritudinis parum grata. Zanoni figuram Solis in medio radicis exhibet; ſed hoc merum eſt figmentum. Vires. Hæc radix valde urinam provocat in aqua cocta, & liquor colatus edulcoretur cum Syr. de Quinque Rad. Aper. Hac medicinâ ſanatus eſſe dicitur Abbas Bignonius calculo laborans. Eadem in colicis doloribus hepaticis laudatur. Pulvis in pilulas reductus in Gonorrhæa utilis eſſe dicitur. Luſitani alexipharmacum eſſe putant; & in angina, & aliis Gulæ morbis utuntur, Geoff. Optimum diureticum in hydropicis affectibus exiſtimatur à D. Tanç. Robinſono, M. D.

2. Pareira brava alba, Geoff. Tract. 287. Pareira ſpecies ſecunda, Lochu. Sched. 32. A. The White Wild-Vine. Gal. Pareira brava blanche, (Vigne ſauvage, ou batarde blanche). G. Weiſer Weiſtock. B. Witte wilde Wynſtok. Ex Braſilia adveſta dicitur. Uſu. Radix magis lignea quam prior eſt, cortice albo, ſed ſubſtantia interna flava eſt, uti Glycyrrhiza. In Officinis noſtris uſurpari non invenio.

Pag. 176. col. 2. lin. 40. poſt verbum tollit,
adde:

Inter omnes conſtat, Monardum hanc radi-

cem Hiſpanico nomine *Contrayerva*, i. e. *Alexipharmacum* edidiſſe. Illius Liber poſtea à *Cluſio* Latine verſus eſt; & ex eo factus eſt Liber decimus *Exoticorum*, ubi de hoc Pharmacum, p. 113. fuſius tractat. Sed vir celeberrimus *Franciſcus Drake*, Eques Auratus, à circumnavigatione per orbem rediens in Angliam primum attuliſſe videtur, & Anno 1581. eam *Cluſio* donavit, qui in *Draki* honorem *Drakenæ Radicis* nomine eam edidit in Libro quarto *Exoticorum*, p. 83. affirmans eam *Monardi* *Contra-yervæ* valde ſimilem, ſed non omnino eandem eſſe. Hinc *Baubinus* uterque, & *Dalecampius* in *Hiſt. Lugd.* diverſas eſſe plantas ſtatuunt; ſed *Johnſon*, *Parkinſon*, & *Raius* eandem eſſe agnoſcunt. Qualis herba hanc radicem profert, vel prorſus ignotum eſt, vel falſis conjecturis traditum. In *Hernandi Hiſtoria*, p. 301. Planta eſt nomine *Coaneni-pilli*, ſeu *Contra-yerva*, cujus Icon à *Recbio* addita *Granadillam* exhibet; unde multi illam falſo pro *Contra-yerva* acceperunt, inter quos & ipſe, exiſtimans virum in Colonia Hiſpanicis in America diu commorantem haud erraſſe, ad eandem Claſſem in priore hujus Operis editione eam retuli. Sed poſtea *Plumerius* in *Nova Genera Plantarum Americanarum*, p. 29. verum Iconem floris, fructuſque hujus Plantæ primus exhibuit, illique *Dorſtenia* nomen *Spondylii folio*, radice dentata pro *Contra-yerva*, Offic. edidit: & nuperius, vir nuper ſolertiſſimus, D. *Gulielmus Houſton*, qui quidem in iſtis regionibus diu commoratus eſt, duas ejuſdem ſpeciei Plantas obſervavit, quarum utriuſque radices affirmat pro *Contra-yerva* uſurpari. Harum figuræ, & deſcriptio editæ ſunt in *Act. Philoſoph.* N. 421. p. 195. Hæc fortasſe ſunt duo genera *Contra-yervæ*, ex quibus illa, quæ à *Cluſio* vocatur *Drakena Radix*, mihi videtur eſſe *Dorſtenia Spondylii folio*, radice dentata *Plumerii*. Cujus Synonymo additur ſequens, & altera videtur eſſe *Contra-yerva* *Monardi*, quæ in officinis etiam invenitur, ideoque poteſt eſſe altera *Dorſtenia Houſtoni*, eam igitur ut Plantam diverſam addidi.

P. 184. col. 1. l. 43. poſt verbum tranſlatum,
adde:

His, quæ ſupraſcripſi, ut probarem Radices *Cbina*, tam Orientalis, quam Occidentalis Indiæ, eſſe radices *Smilacis*, & non *Senecionis*, quum argumentum hujus opinionis parum firmum ductum ſit ex ſimilitudine inter utraſque radices, & ex eo, quod poſterior ad curandam *Hæcticam Dom.* *Ingrami* ſemel efficax fuerat.

addam, Doctorem Dillenium in *Horto suo Elthamensi*, p. 346. non dubitare, quin *Cbina Officinalis* sit radix *Smilacis*, tam in China Regno, quam Japonia nascentis.

2. Contra-yerva Radix, *J. B.* ii. 741. Radix Contra-yerva Hispaniorum, ut a Baptista Cortesio exhibetur, *Park. Theat.* 1680. Radix venenis adversans, *Clus. Exot.* 311. Cyperus longus odoratus Peruvianus, *C. B. Pin.* 14. *Ejusd. Theat.* 218. Dorstinea dentaria radice, Sphondylii folio, placenta ovali Houston. *Act. Philosoph.* N. 421. p. 196. f. 1. A. *The other Counter-poison.* Gal. *Contrayerve.* G. *Giffert.* B. *Gift-wortel.* In Vera-Cruz Americæ invenit Auctor. *Vires.* Cum priore convenit.

Pag. 187. *col.* 1. *lin.* 9. *a fin.* post successu, *adde:*

Ad dysenteriam remedium est singulare specificum & prope infallibile per totam Europam celeberrimum, *Raii Hist.* Hanc autem radicem in diarrhæis sistendis non specificè, vi autem emetica, & cathartica agere; neque singulis istius morbi generibus semper certò mederi, monstravit *Cockbournus*, M. D. in *Act. Philosoph.* N. 425. p. 385.

In Catalogo Simplicium apud *Pharmacop. Lond.* & à doctissimo *Commelino*, & *Montio*, unius tantum hujus radiceis mentio fit, & quum fuscum nobis in usu plerumque sit, de ea scripti loco supra citato. Sed *Pometus* tres species facit, videlicet album, cinereum, & fuscum; uti etiam *Geoff. Tract.* 291. & *Index Medic.* p. lxi. apud quem ultimum Cinereum vocatur *Vulgare*, & *Nigrum fusco* synonymum est. *Jacobus Douglas*, M. D. *Nigrum* asserit esse speciei diversæ a fusco, adeoque facit quatuor species, quas distinguit, & sic describit in *Actis Philosoph.* N. 410. p. 153. quarum cinerea pluris habetur, sicca magnitudinem pennæ anserinæ adæquat, parte corticali farinacea, extrinsecus subfusca, rugosa, & passim nodosa; medullâ gaudet lignosa, saporeque amaricanti, minor est Brasiliensi, nigrior, viribusque fortior. Hæc omnia præter *Album*, easdem vires & eundem usum habere putantur, & radices esse ejusdem Plantæ, sed in diversis locis nasci; ex quo oriri possit diversa facies externa. Quod ad *Album* attinet, *Pometus* id à cæteris distinguit, non solum quod album sit, sicut *Dictamni albæ* sive *Fraxinellæ* radix, verum etiam quod in operatione mitius sit; ideoque, uti scribit, a Lusitanis præfertur, ut magis utile mulieribus gravidis, & infantibus. Hanc

puto esse speciem, quam *Tournefortius* donavit nuper *Gulielmo Sberardo*, LL. D. qui eam clarissimo *Johanni Ruio* communicavit, in cuius *Hist. Plant.* iii. p. 350. descripta est his Verbis: "Coloris est flavescentis, non geniculata. Hæc species vomitum non movet, sed per sedem solummodo purgat: Hinc arbitror *Album* quorundam esse speciem, quum descriptio & vires ita bene respondeant."

Pag. 196. *col.* 1. *lin.* 3. verbo prædita, *adde:*

Hujus radix coloris paulo magis rufi est, quam planta genuina, parsque corticalis interior ad lutea rubescentem vergit; multo longior est, pauloque crassior, rinae magis distant, spatiaque intermedia læviora. Radicem hanc tanquam genuinam multis abhinc annis mecum communicavit *Chirurgus* quidam, qui eam ex Virginia quasi verum *Ipecacuanba* secum transtulit, ubi apud incolas in frequenti usu esse affirmabat. *D. Hans Sloanus*, Baronettus, & M. D. eam ex eadem regione accepit; sed observans usum ejus perniciosum esse, in Introductione sua *Historiæ Jamaicæ*, Vol. ii. p. viii. ix. medicamentum tam periculosum omnino omittendum esse monet, cui medetur *Canna Indica Alexipharmaca*. Et *Jacobus Douglas*, M. D. in *Act. Philosoph.* N. 410. p. 156. descripsit duas species lethalis hujus *Pseudo-Ipecacuanbæ*, videlicet albam, & fuscam, quarum utraque allata est ex Marilandia, ubi pro vera usurpatur. *Fuscam* puto esse radicem hujus *Apocyni*; sed cujus Plantæ radix sit *Alba*, nondum mihi constat: ex viribus tamen perniciosis verisimile est, radicem esse alius cujusdam *Apocyni*.

Postquam hæc scripseram, accepi Literas à Pronepote meo *Tho. Dale*, M. D. in quibus scribit, plurima genera *Jalapii*, & *Ipecacuanbæ* esse in Carolina Australi; & addit, se misisse ad me fragmenta quædam radiceis, quæ pro *Ipecacuanba* exportari solet; & vomitum ciet, & alvum movet, in dosi communi, absque ullo effectu malo. Hujus plusquam duas uncias ipse usurpavit: Hæc mihi videtur esse *Pseudo-Ipecacuanba fusca* supra citata.

Varias Plantas præter eas, quas memoravi, veram *Ipecacuanbam* esse censuerunt Americani: Namque Pronepos meus superscriptus anno superiori, videlicet 1736. mihi misit radices *Anapodii*; & plusquam viginti abhinc annis *Ulmaria Americana*, &c. pro eâ mihi missa est ab amico meo *D. Marco Catesby*; & eodem pene tempore *D. Isaacus Rand*, Botanicus apprime gnarus, mihi narravit, se ex Hollandia

can-

eandem Plantam nomine *Ipecacuanhæ* accepisse.

Pag. 201. col. 1. lin. 28. adde :

Nullum ante *C. Baubinum* observavi Auctorem radicis hujus purgatricis, quæ circa Annum 1600 in usum venire cœpit, mentionem fecisse: Ille quidem in *Prodromo suo*, p. 135. describit nomine *Bryoniæ*, *Mecboacannæ* nigræ, & ab India transportatam opinatus est: quandoquidem revera est Americæ indigena, unde, uti conjectari licet, ab Hispanis primò fuit allata. Cujusnam Plantæ hæc radix sit, quum *Raius* primum Historiæ suæ Plantarum Tomum ediderit, prorsus erat ignotum; ob vim vero, quâ pollet purgandi, eam inter Convolvulos collocavit vir celeberrimus. Tandem verò feliciter reperit *Houston*. *Jalapium* revera esse cujusdam Convolvuli radicem, & non *Mirabilis Peruvianæ*, à quo plenior hujus Plantæ expectetur narratio, si mors ejus non intervenerit.

Pag. 244. col. 2. lin. 38. verbo adveherent, adde :

Mihi videtur esse non ex venenata aliqua qualitate in hac *face*, quicquid Auctor jam citatus erroneè affirmet; sed ex causa politica, ne importatione illius usus *Smalti* impediretur, quod in illo Electoratu factum est. Malignam qualitatem habere *Smaltum* expertum est, uti omnes præparationes ex *Cobalto*. Vide supra, p. 36.

Pag. 258. col. 2. lin. 37. post verbum *Lafiteau*, adde.

Aureliastrum quinquefolium, folio majus, *Ninjin* vocatum *D. Sarrazin*, *Act. Philosoph.* Lond. N. 354. p. 705. *Lochn. Comment. de Acriv.* 30. *Ginzing, Act. Philosoph.* Lond. No. 337. p. 227. Nisi, *Genseng Sinenfium*, *Garentoguen Hiroquæorum*, *Geoff. Tract.* 194.

Pag. 259. lin. 40. adde :

D. Vaillant affirmat, hanc Plantam in *Canada* inveniri, ex qua in *Hortum Reg. Parisiensem* à *D. Sarrazino* allata est; uti etiam sequens, quæ in *Marilandia* inventa est, utrum ab altera differat, præterquam in magnitudine, mihi non liquet.

Observat *Geoffroy* *Canadensem Ginseng* distinguere à *Sinenfi*, eo quod non sit tam flava, aut gustu tam amara, sed valde grata. *Usum* ejus in febribus laudat; & addit, saporem illius esse amarulentum, & aromaticum, ostendere eam præditam esse vi attenuante, confirmante, & deobstruente.

2. *Aureliastrum minus*. *Aureliastrum* quinquefolii, folio minus, *D. Sarrazin, Act. Philosoph.* Lond. N. 354. p. 705. *Lochn. Comment. de Acriv.* 30. *Plantula Marilandica*, foliis in summo cauliculo ternis, quorum unumquodque quinquefariam dividitur, circa margines serratis, *Raii Hist.* iii. 658.

Inter specimina siccata olim ex *Virginia*, & nuper ex *Carolina Australi*, ad me missa, unum invenio, quod figuram optime refert; sed quum radice careat, & folia illius inter siccandum haud bene expansa sint, de eo affirmare non licet.

Pag. 275. col. 1. lin. 5. adde :

Costus Arabicus, *Ind. Med.* xli. *Costus* Dulcis est, non *Costus Amarum*, uti quidam notavit; neque minus erravit, quum *Costum* Dulcem eundem esse ac *Corticem Winteranum spurium* vel *Canellum album* statuerit.

Pag. 323. col. 2. lin. ult. adde :

Si *Piper Jamaicense*, ut mihi videtur, *Americæ* sit peculiare, id *Amonum* esse *Plinii*, concedere nequeo, quum *Novus* iste *Orbis* illius tempore prorsus fuerit ignotus.

Pag. 378. col. 1. lib. 23. verbo *Offic.* adde :

Simarouba, *Ind. Med.* xc. Hæc radix *Plantæ* est *Indiæ Occidentalis*, quæ, secundum *Geoffroy*, *Lignum Cayan*, levitate sua insignè producit. *Vires*. Radix & cortex ejusdem optima sunt astringentia, & diarrhæis, & dysenteriiis utilia esse dicuntur, quantitate unius unciae Radicis, aut duarum Corticis, in tribus aquæ fontanæ libris ad unam decoctâ, & pro potu communi usurpatâ.

5. Radix *Rinzago* sive *Bengalensis*, *Supplem.* 396. Hæc nuperrime tantum in usum venit. In nullo Plantarum Catalogo aut Pharmacopœia mentionem illius invenio. *Vires*. Pro Cephalico potentissimo laudatur à *D. Tancredo Robinson, M. D.*

I N D E X

Omniū Simplicium Officinalium.

quae in

P H A R M A C O L O G I A

Continentur.

| | | | | | |
|---------------------------|---------------------|--------------------------------|-------|-------------------------|-------|
| A. | | Acetosa Lanceolata | ibid. | Ærugo | 41 |
| Abies | Canadensis | Minor | ibid. | Æs | ibid. |
| | Fœmina | Romana | ibid. | Æs vitide | ibid. |
| | mas | Rotundifolia | ibid. | Æthiops | 164 |
| | rubra, picea | Vulgaris | 79 | Ætites lapis | 49 |
| | | | | Agallochum | 379 |
| Abiga v. | Chamæpitys | Acetofella v. Lujula , Oxytri- | 209 | Agaricum minerale | 23 |
| Abrotanum | campestre | phyllum | 350 | Vegetabile | 63 |
| | fœmina v. Santolina | Acetum | 51 | Ageratum | 107 |
| | mas | Achates | 104 | Agnus Animal | 437 |
| Abfinthium | Alpinum | Achyllea | 98 | Castus | 325 |
| | Marinum | Achyllea montana | 369 | Scythicus | 72 |
| | Minus | Achiotl | 18 | Agresta | 350 |
| | Ponticum | Acidulæ | 166 | Agrifolium | 351 |
| | Romanum | Acinos | 106 | Agrimonia | 122 |
| | Santonicum | Acmella | 49 | Agripalma | 166 |
| | Seriphium | Acone | 197 | Ajuga v. Chamæpitys | 170 |
| | Vulgare | Aconitum, Anthora | ibid. | Alabastritis lapis | 46 |
| Abrus | | Napellus | ibid. | Alabastrum Citrinum | 47 |
| Abutilon | | Ponticum | ibid. | Vulgare | ibid. |
| Acacallis | | Pardiaches | 198 | Alana terra | 23 |
| Acacia Indica | | Salutiferum | 271 | Alaternus | 348 |
| | Aegyptiaca | Acorus adulterinus | 284 | Alauda | 420 |
| | Germanica | Asiaticus | 283 | Album canis | 448 |
| | Vera | Verus | 259 | Græcum | ibid. |
| | Vulgaris | Acus Pastoris | 404 | Hispanicum | 39 |
| Acanthalzuca v. Echinopus | | Piscis | 55 | Olus | 120 |
| Acanthium | | Adamas | 44 | Alcanna | 347 |
| Acanthus | | Adarces | 70 | Alcea | 210 |
| | Sylvestris | Adiantum album | 71 | Alcedo | 410 |
| Acanus | | Americanum | 67 | Al es | 440 |
| Acarna | | Aureum | 71 | Alchachil v. Rosmarinus | 155 |
| Accipiter | | Canadense | 72 | Alchimilla | 83 |
| Acer majus | | Nigrum | 71 | Minima | 84 |
| minus | | Vulgare | 342 | Alcoa arbor | 330 |
| montanus | | | 438 | Alhandal v. Handal | |
| Acetabulum v. Andrafaca | | Adrachne | 301 | Alcyonium durum | 62 |
| Acetosa arvensis | | Ægagropila | 288 | Stupposum | ibid. |
| | | Ægilops Arbor | | Alcyo- | |
| | | Ægilops Herba | | | |

Index omnium Simplicium Officinalium in Pharmacologia.

| | | | | | |
|------------------------------|-------|--------------------------------|-------|-------------------------|-------|
| Alcyonium Vermiculatum | ibid. | Amygdalus Dulcis | ibid. | Apium Palustre | ibid. |
| Vesicarium | 398 | Amylum | 285 | Sylvaticum | ibid. |
| Tubulosum | 62 | Anacampteros v. Telephium | 191 | Apocynum Syriacum | 195 |
| Alectorius Lapis | 403 | Anacardium Occid. | 340 | Curassavicum | ibid. |
